This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 07438449 0

THE MILITARY SERVICE INSTITUTION OF THE UNITED STATES
NOT TO BE REMOVED FROM ROOMS

Class U No 15 Shelf

CHR. G. HEYNII

ITANNIAR. REG. A CONSILIIS IVSTITIAE INTIMIS
PROFESSORIS ELOQV. ET POES. IN ACAD. GEORGIA
AVGVSTA

OPVSCVLA
ACADEMICA
COLLECTA

ET

ANIMADVERSIONIBVS

LOCVPLETATA.

THE MILITARY SERVICE INSTITUTION
PRESENTED BY
NOT TO BE REMOVED FROM ROOMS.
OF THE UNITED STATES.

VOLVMEN V.

GOTTINGAE
APVD HENRICVM DIETERICH.
1802.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
561797
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS

PRAEFATIO.

Cum ſaeculi XVIII exitum tanquam metam aliquam conſtitutam eſſe viderem, qua rerum ſimili eodemque tramite procedentium, inprimisque laborum ac ſtudiorum publicorum, in orbem per vices redeuntium, ſtatio quaſi ſignari poſſet, ita, vt noua inde ſpatia viribus denuo collectis ac refectis iniri viderentur; Georgiae quoque Auguſtae hoc proſpicere volui, vt, cum illa habeat hoc annuorum commentariorum genus, Proluſiones inquam, quibus et anniuerſaria, et Prorectorum vices ſemeſtres et alia ſollennia euentusque memorabiles ſignantur, annales hi vsque ad ſeculi exitum continui et integri volumine hoc quinto comprehenſi proſtarent. Quod ſi enim ii, qui nos in his officii partibus excipient, iisdem curis ac ſtudiis aliquid tribuendum eſſe putabunt, vt Proluſiones ſuas

 aliquan-

aliquando in volumina ſua colligant: habebit Georgia Auguſta, cui numen propitium faveat, inuidendam aliquam fortunam in hoc, quod inde ab auſpiciis ſuis *) ſuppetent acta publica eaque perpetua, vnde rerum conditio ac ſtatus, incrementa, gradus, vices, ſaltem ex parte, cognoſci poſſint, et ea quidem ab aequalibus rerumque geſtarum teſtibus actoribusque perſcripta.

Cum haec animo agitarem, conſentaneum eſſe viſum eſt, vt ipſarum quoque Proluſionum eſſet finitum et abſolutum argumentum, vtque hoc Volumen complecteretur commentationes eas, quas ad illuſtranda artis priſcarum aetatum opera ex Philoſtrato exorſus eram. Cum enim per bellum ſuperius internecinum id agi videretur, vt omni humanitate ſublata et extincta ad ferarum luſtra mortale genus reuocaretur, et ex priore vitae cultu nil niſi vitia, flagitia ac facinora cum ſuper-

*) Gesneri Programmatum per 25 annos inde ab a. 1735 vsque ad a. 1760 recenſum factum cura fuit Eyringii, grati in memoriam Gesneri diſcipuli, Biograph. Gesn. Vol. III. p. 456 ſqq. nec tamen niſi pars aliqua in collectionem venit Opuſc. T. V. p. 87. T. VI. p. 163 ſq. Meae Proluſiones procedunt inde ab a. 1763.

ſuperſtitionibus et odiis fanaticorum remanerent; cum, inquam, per hunc exeuntis ſaeculi tanquam malorum ſentinam litterarum quoque ſtudia inſidioſa ac periculoſa haberi coepiſſent, in ipſis Proluſionum argumentis deligendis prouidendum mihi eſſe viſum eſt, ne, quandoquidem Academiae iuſſu et auctoritate iſta ſcribebam, in medium afferretur aliquid, quod aut inuidia et malignitas male interpretaretur, aut fanatica Erinnys pro fomite arriperet, quo peſtiferae faci alimenta ſuppeditaret. Dimiſſo itaque ſuperiorum Proluſionum genere, ex populorum ciuitatumque antiquarum inſtitutis, vitiis, fortuniſque petito, redii ad artium vetuſtarum monumenta et opera; quod ſtudiorum genus, ante XX et XXX annos magna celebritate habitum nunc, pro noſtrae aetatis more, ita elanguit, vt cum eo ipſa fama fere ſepulta eſſe videatur. Etſi itaque hoc ipſo tempore operae meae haud magnam gratiam fore praeuidebam, cum tamen exſpectari poſſit, vt, rerum et ſtudiorum orbe reuoluto, aliquando forte hoc ipſum antiquitatis ſtudium reuiuiſcat: non prorſus infructuoſam rem me acturum eſſe putaui, ſi Philoſtratorum Imagines

caſtigationi cenſoriae ſubiicerem; cumque tabulae ſint rhetorice enarratae, ego vero quaererem, num quid inſit, vnde de ipſa re et arte operum antiquorum certi aliquid colligi poſſit. Opera itaque erat haec iudicii liberalis penicillum a fuco rhetorico, et exquirentis lineas ab eo obſcuratas et oblitas, ſaltem reſtituentis argumenta tabularum, quae ſibi priſca ingenia conſtituerant exprimenda. Quod propterea quoque vtile factu videri poterat, quia operum antiquorum memoriae in his tabularum recenſibus latent, multaque in iis occurrunt, multorum artificum ſtudiis, vt in arte euenire ſolet, etiam aemulatione, iterato expreſſa, adeoque aliorum quoque monumentorum illuſtratio inde peti poteſt; vt taceam in his ipſis porticus Neapolitanae pictaris obliteſcere haud dubie multas picturas veras antiquas; docti autem viri, qui has Imagines ediderant et illuſtrarunt, de lectione et dictione conſtituenda potius ſolliciti fuere quam de ipſis imaginum argumentis; Vigenerius quidem, qui ipſas picturas aere delineandas curauit, etſi laude ſua haud priuandus nec iuſtas antiquitatis notiones nec ſermonis graeci notitiam ſubtiliorem habuiſſe videtur poteſt

poteſt; etſi velim aliquem eius veſtigia ſequi, et tabulas, quarum argumenta et formas, quantum fieri potuit, propoſui, aere ſculptas, extremis ſaltem lineis redhibere. Nec vero in iis exponendis quicquam, niſi quod ad ipſam artificis mentem et conſilium ſpectaret, afferre volui; ipſas itaque fabulas non ex copiis mythologicis illuſtrare, ſed ex ipſis Sophiſtae verbis declarare ſtudui. Vnum erat, quod ab initio in decretis haud erat; quod multis in locis ſententias videbam eſſe obſcuras ac difficiles, ſaepe etiam lectionis corruptelis; in his cum impeditum me ſentirem, facere non potui, quin ad verborum illuſtrationes, lectionis emendationes ſenſusque ſophiſtici meliores interpretationes deflecterem: reieci tamen ea in notas, ne lectionis impetum retunderent. Ita ſane is, qui aliquando Philoſtratearum Imaginum nouam recenſionem parabit, adiunctis Iacobſii noſtri animaduerſionibus, copias habebit paratas, quibus operam ſuam leuatam eſſe haud inficiabitur.

Addidi *Calliſtrati ſtatuas* ſimili modo illuſtratas. Ceterum, dum has Proluſiones prelo iterum ſubiiciendas perluſtrabam, liberiore nunc operis, olim per particulas ſecti et per

interuallo in manus ſumtis, proſpectu, et accuratiore intuitu capto, haud pauca interpoſui, quorum nonnulla vncis incluſa occurrent.

Erat alterum Proluſionum genus, quibus certaminum litterariorum iuuentuti academicae propoſitorum fortuna, ſimulque eorum, qui praemiis ornati ex certamine diſceſſerant, nomina publico praeconio erant vulganda. Quod quidem inſtitutum, a regia liberalitate et litterarum noſtrarum amore ac cura incomparabili profectum, per annorum XVII decurſum tam clara ac manifeſta ſuae vtilitatis documenta dedit, vt, in hac quidem ſaeculi noſtri mollitie ac deſidia, ingeniorum ad ſtudiorum leuitatem procliuitate, intentioris autem ſtudii, inprimis, quando ſtili cura opus eſt, odio, nihil videatur excogitari potuiſſe fructuoſius; effectum enim eſt, vt ſaltem nonnulli ſuperſint, qui ad ſeuerius ſtudium in litteris, doctioribus quoque, quae antiqua eruditione et latini ſermonis vſu indigeant, excitentur; de quo alioqui omnino diceres conclamatum eſſe. Proluſiones iſtas non ceteris interponere, ſed vna ſerie deinceps exhibere, ſatius eſſe viſum eſt.

His

His abſolutis, etſi conſilio operis ſatisfactum eſſe videri poterat, ſubiunxi tamen nonnulla, cum Philoſtrateis cognata, quae mihi, quoties per ſuperiora tempora antiquae artis monumenta illuſtranda ſuſceperam, moram iniiciebant: *certam* dico et exploratam, et a meris ariolationibus liberatam, *deſcriptionem temporum*, quae, ſeiunctis aliis, ea comprehenderet, quae ad artes, artifices eorumque opera ſeu aperte eſſent notabilia, ſeu, vnde argumentatione probabili aliquid, quod artium fortunam et conditionem declararet, poſſet elici. Deſiderabam tales annales maxime in hiſtoria artium Italiae et in comparatione graduum profectus, reſpectu ad Graeciam cultu artium florentem habito. Vt itaque ii, qui non ſomnia captare et nugari, ſed vera rerum veſtigia ſequi volent, haberent certa aliqua rerum momenta, ad quae, tanquam ad notas et ſigna, curſum dirigerent, ſelegi potiora ex hiſtoriis Graeciae, tum et Italiae, Etruriae maxime et Graeciae Magnae, quae quorſum ſpectent, quamque vim et vtilitatem habeant, intelligent illi, qui harum rerum notitias habent, et hiſtoricarum inueſtigationum, opinionum et veritatum leges norunt. Mihi

ſatis

ſatis eſt, ea ſtudiis aliorum propoſuiſſe, quae ad retinendum bonarum litterarum decus ſuperiore ſaeculo popularibus noſtris partum vtilitatem habere poſſunt.

Scr. in Georgia Auguſta M. Februario cIↃIↃCCCII.

CONSPECTVS PROLVSIONVM VOLVMINIS QVINTI

A. 1796 — 1800.

I. *Legatum tabularum pictarum Zſchornianum. Philoſtrati Imaginum illuſtratio.* Particula I. lib. I. tab. I. Ad commendandum Prorectorem Chph. Meiners Kal. Mart. 1796. Pag. 1

II. *Philoſtrati Imagines illuſtratae.* Part. II. lib. I. tab. II — X. ad indicenda anniuerſaria inaugurationis ſacra LIX. et ad commendandum Prorectorem Car. Frid. Stäudlin, ſimulque ad gratulandum Io. Steph. Püttero ſacrum ſemiſaeculare muneris Profeſſorii Kal. Sept. 1796. 21

III. —— Part. III. lib. I. tab. XI — XVII. ad commendandum Prorectorem Iuſtum Frid. Runde Kal. Mart. 1797. 39

IV. —— Part. IV. lib. I. tab. XVIII — XXVI. ad indicenda anniuerſaria ſacra LX. et commendandum Prorectorem Henr. Aug. Wrisberg Kal. Sept. 1797. 60

V. —— Part. V. lib. I. tab. XXVII — XXXI. lib. II. I — V. ad commendandum Prorectorem Io. Godofr. Eichhorn Kal. Mart. 1798. 77

VI. —— Part. VI. lib. II. tab. VI — XVI. ad indicenda anniuerſaria ſacra LXI. et ad commendandum Prorectorem Chph. Frid. Ammon Kal. Sept. 1798. 101

VII. —— Part. VII. lib. II. tab. XVII — XXV. ad commendandum Prorectorem Io. Petr. Waldeck Kal. Mart. 1799. 121

VIII. —— Part. VIII. lib. II. tab. XXVI — XXXIV. ad indicenda anniuerſaria ſacra LXII. et ad commendandum Prorectorem Henr. Aug. Wrisberg Kal. Sept. 1799. 139

IX.

IX. *Philoſtrati iunioris Imaginum illuſtratio.* Part. prior tab. I—VIII. ad commendandum Prorectorem Tho. Chr. Tychſen Kal. Mart. 1800. Pag. 159

X. —— Part. poſterior tab. IX—XVII. ad indicenda anniuerſaria ſacra et commendandum Prorectorem Theoph. Iac. Planck Kal. Sept. 1800. 180

XI. *Calliſtrati ſtatuarum illuſtratio c. I—XIV. extr.* ad commendandum Prorectorem Ge. Iac. Frid. Meiſter Kal. Mart. 1801. 196

Epimetrum in Philoſtratos et Calliſtratum. 222

XII. Gratulatur Academia Collegae Abr. Gotth. Käſtnero ſacrum ſemiſaeculare, L annis, profitendis diſciplinis mathematicis, exactis M. Novemb. 1796. 226

XIII. Ad promulganda nomina eorum, qui praemia in d. IV. Iunii propoſita, Ordinum academicorum iudicio reportarunt; cum nouis quaeſtionibus in annum ſequentem propoſitis:

et quidem in certamine litterario d. IV Iunii 1796. 231

XIV. —— in certamine litterario d. IV. Iunii 1797. 244

XV. —— in certamine litterario d. IV. Iunii 1798. 265

XVI. —— in certamine litterario d. IV. Iunii 1799. [illegible]

XVII. —— in certamine litterario d. IV. Iunii 1800. 302

XVIII. —— in certamine litterario d. IV. Iunii 1801. 319

Acceſſere:

XIX. Antiquior artium inter Graecos hiſtoria ad tempora ſua probabiliter reuocata. 338

XX. Origines, veſtigia et memoriae, artium et litterarum in Italia antiqua per tempora ſua deſcriptae. 392—456

Index.

I.

I.

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE
PRORECTOR
IO. FRIDERICVS GMELIN D.
CVM SENATV
SVCCESSOREM
IN
MAGISTRATV ACADEMICO
CHRISTOPHORVM MEINERS
CIVIBVS SVIS
HONORIS ET OFFICII CAVSSA
COMMENDAT
IX KALENDAS MARTIAS CIↃIↃCCXCVI.

Legatum tabularum pictarum Zſchornianum. Litterarum artiumque connubium in academiis. Philoſtrati Imaginum illuſtratio:
Particula I.

Magiſtratus academici vices ſemeſtres indicimus, Commilitones; ſuccedet enim die ...timo in magiſtratu, propitii numinis ſecundis ...iciis per hoc ſemeſtre geſto, Illuſtris noſter ...lega,
CHRISTOPHORVS MEINERS
...tatus ille et notus integritate, fide et conſtan...a, quam in reip. academicae cura et adminiſtra-

tione

tione nunc iri ſpectatum laetamur, et inde diſc plinae academicae, qui bonorum noſtrorum vbe rimus fons eſt, curſum conſtantem et perennei ominamur. Veſtri amor, Commilitones, veſtr rumque commodorum ſtudium quantum in hc viro ſit, noſtis ipſi. Spem itaque fouemus luci lentis argumentis conceptam, fore, vt, quae p ſuperiora ſemeſtria bene inchoata et informa ſunt, perficiantur; quae bene inſtituta radices eg runt, roborata matureſcant; inprimisque vt teterr mus tot malorum fomes, peſtifera ſodalitioru conſpiratio, omnibus bonis applaudentibus e m dio tollatur. Inter quae non minus intimo laet tiae affectu gratoque animi ſenſu exultamus, du felicitatem noſtram, fortunae multorum (quib vtinam melior fortuna affulgeat!) comparation reputamus. Dum enim alios *patriae fines et dulc linquere arua*, dum *patriam fugere* eos videmu aut omnibus belli ac diſcordiae furoribus exagita audimus, nos *lenti in vmbra* Muſarum ſacra co mus, litterarum otio et tranquillitate fruimu nouosque doctrinae fructus, vtilitates veſtras, Co militones, et litterarum incrementa meditamu Quod autem vix votis expetere auſi eſſemus: h ipſo tempore nouas publicorum doctrinae appar tuum et inſtrumentorum acceſſiones noſtrae A demiae obtigiſſe gratulabundi nuntiamus.

Nam primo, Collegii ſummi, quod redituu Principis tuendorum curam ſuſtinet, munificenti poſt *Friderici Ehrhart*, Botanici regii, deceſſum copiis botanicis ab eo relictis herbarium integru

collectu

collectum Academiae dono eſt transmiſſum. Nunc autem alia acceſſio, eaque ex eo genere, quo academiae tantum non omnes deſtitutae eſſe ſolent, ſecunda aliqua fortuna nobis contigit. Cum enim praeſens ſtudiorum liberalium ratio intra quatuor ſcientiarum cardinalium anguſtias vix porro ſe contineat, ſed primum litteras elegantiores, mox etiam artium ſtudium, tam antiquiorum quam recentium temporum, in ambitum ſuum iure meritoque admiſerit; non quidem eo conſilio, vt a ſeuerioribus ſtudiis auocentur ingenia, verum vt inſtitutio liberalis, quam omnes omnino Muſarum ſacris adſcripti conſequi debent, in academiis perficiatur, nec manca et truncata relinquatur; quae, inquam, cum ita ſint, bona aliqua fortuna Georgiae Auguſtae euenit, vt temporum ſucceſſu multa ingeniorum alimenta cum artium cognoſcendarum ſupellectili eam bearent ornarentque. Praeterquam enim quod Bibliotheca academica apparatu librorum inſtructa eſt, quibus omnium temporum artes, opera et fata exponuntur, aliisque libris, quibus hominum rerumque monumenta caelo et aere reddita ſunt; tam diuite quidem penu, vt vix multae ſint bibliothecae huic vni generi deſtinatae, quae maioribus copiis inſtructae ſint aut eſſe poſſint: acceſſit *Vffenbachianus apparatus* cum *librorum*, artes omnis generis complectentium, tum *chartarum*, nobilium pictorum artem et opera *aere et caelo aemulantium*, partim artificum ſummorum *manu delineatis* formis *inſignium*. Quod autem locupletiſſimis huius generis theſauris perraro contingit, vt nanciſcantur aliquem, qui eos recte diſponere,

 rite

rite rebus his vti aliosque earum vſum docere poſſit, noſtrae Academiae ſingulari aliqua fortuna obtigit, vt virum habeat *a*) pictorem, non modo artis ſuae peritia commendabilem; quam communem habere aliquis poteſt cum multis, verum artium litterarumque copiis in paucis inſtructum, ita vt chalcographa, quae in Bibliotheca academica ſervantur, per artificum manus et picturae archetypa rite diſpoſuerit, iisdemque ſiue ad artem docendam ſiue ad artium, artificum, operumque notitias impertiendas vti, eosque, qui ea loca, in quibus artium monumenta viſuntur, aliquando adituri ſunt, notionibus veris ac neceſſariis inſtruere poſſit.

Vt antiquiorum artis monumentorum aliqua ſaltem exempla apud nos extarent, gypſo effic̄ta ſigna iam ante plures annos curata erant. Deerant picturae exempla idonea, publice propoſita. Nam priuatum apparatum ſeruat ab aliquot inde annis *domus Böhmeria* haud vulgarem, nec pro merito ſuo ſatis notum *b*); at publice nullum omnino pictura

a) *Io. Dominic. Fiorillo*, Inſpectorem chalcographici apparatus Bibliothecae academicae. (* Nunc Profeſſorem Ordinis philoſophici extraord. inde ab an. 1799.)

b) Eſt hic apparatus pars dimidia earum copiarum graphicarum, quas olim *Io. Gotthilf Vockerodt*, a Conſiliis Confeſſui ſecretiori Regis Boruſſiae, memorabili cum ſtudio collegerat; ſunt in eo inſignioris artis et laudis tabulae haud paucae; vt, Paullus Apoſtolus cui Lyſtrenſes ſacrificium parant; *Franciſci Mieris* effigies, ipſius manu facta; *Ferdinandi Poll* et *uxoris* effigies; Danae a Guilielmo *Mieris*, Flores a *Dan. Segers* effic̄ti; vetula ab aliquo pictore e ſchola Rubens; plures omnino tabulae a Flandricis ſeu Belgicis artificibus pictae.

picturae iuſtae opus extabat c). Videte, quam propitiam fortunam Academia noſtra hac quoque in re habuerit. Vixerat Cellae *Io. Guilielmus Zſchorn*, Conſiliarii titulo, ob merita ornatus, ſummo Appellationum Tribunali a ſecretis litteris, vir probitate, humanitate, modeſtia optimo cuique probatus d). Is, in vita priuata ſobrium et moderatum victum cultumque ſeruando, tantum non vltra priuatae ſortis modulum tabularum pictarum apparatum conquiſiuerat, non ſine iudicio artisque ſenſu, nec, vt multi ſolent, cupide nimis, verum caute ac diſſimulanter fortunae caſuum opportunitates ſpeculando, ſimulque modeſte opes ſuas premendo magis, quam praedicantium rumoribus efferendo; vnde etiam non adeo magnam famam Muſeum hoc Zſchornianum habebat; neque ille ad tabularum ornamenta aut atrii, quo habebantur, ſplendorem impenſas fecerat; ipſa re contentus, etſi non niteſceret externo fuco. Itaque nec inter nos magna fuit exquiſitioris artis expectatio. Obiit fato *Zſchornius*, immortaliter de nobis meritus,

c) Fuerunt in aedibus ſacris, et adhuc ſeruantur, nonnullae tabulae haud contemnendae, quarum dabimus enarrationes futura aliqua Proluſione; digna enim res eſſe videtur, vt vna quaeque vrbs domeſtica ſaltem decora et artium monumenta, aut etiam veſtigia et reliquias, publica memoratione ab obliuione et interitu vindicet.

d) Arguit has ipſas animi dotes viri vultus, Generoſ. *Fried. Guil. Baſilii de Ramdohr*, in ſummo Tribunali Appellationum iudicis, manu ſcite expreſſus, quo apparatum hunc tabularum pictarum locupletatum videmus; cuius viri praeſtantiſſimi curae, fidei et peritiae artium exquiſitae, debemus hanc fortunam, quod illaeſae et ſaluae opes hae ad nos ſunt Cella perlatae.

meritus, ſub anni exitum, legauitque Academiae noſtrae apparatum ſuum tabularum pictarum, et eum conditione, vt, in perpetuam ſui memoriam publice propoſitus ille indiuulſus et integer ſerue tur. Summorum Virorum his terris regendis inui gilantium voluntate et auctoritate legatum eſt ac ceptum. Academia ea de re certior facta *e*); hi ipſis diebus omnem apparatum aduehi vidimus Cuius adſpectu non leuiter miratione ſumus per cuſſi; plura enim et maiora expectatione ad no perueniſſe manifeſtum erat. Eſt enim ea copia, e praeclararum rerum congeries, quae non mod nullius priuati, vel locupletiſſimi, fortunam de deceat, verum etiam publico cuique inſtituto, no ſcientiarum, ſed artium quoque ſtudiis deſtinato laudi et decori, nobis autem ingenti vtilitati, eſſ poſſit. Numerum ea CCLXX. tabularum exce dit; excluſisque aut ſubductis iis, quas caſus fort viro optimo, dum vixit, obtulerat, vltra CC. ta bulae ſunt ſatis probabiles, et in iis aliquot eius modi opera, quibus forte ipſa Principum Muſe haud carere malint. Artis quidem pleraequ omnes ſunt Flandricae, Belgicae et Germanicae non vltimorum ingeniorum *f*).

Hau

e) Per Reſcriptum ſub 1. Decembr. a. pr.

f) Dabit aliquando tabularum recenſum iuſtum et accu rate confectum *Fiorillo* noſter ſupra cum laude memo ratus. Memorabimus interea, ad eius ductum et iudi cium, nonnullas potiores. Eminent itaque: capu virile hominis conuerſis ad caelum oculis pia meditan tis, quae litteris perſcripturus eſt, primarium opu *Davidis Bailly*; aliud a *Rembrandtii* manu, vt pro babi

Haud ignoramus fore multos, qui pronuntient, paucorum vſibus huiusmodi opes lautiores ſeruire; adire enim academias ſcientiarum et literarum ſeueriorum cauſſa pleroſque omnes. Fide hoc, nec optandum eſt, vt ex iis multi in literarum et artium elegantias inſumant tempus, quod conſilii rationes aliis ſtudiis vindicant; attamen etiam paucorum vſibus in academiis bene inſtitutis prouidendum eſt; niſi praeſtare putamus, ut iterum ad priſtinum *Ianum quadrifrontem diſciplinarum academicarum* redeamus. Sunt in his, qui

babile ſit. Duae tabulae *Ottonis Marcellis*, altera floribus, altera inſectis et amphibiis affabre elaboratae. Conuiuium Cleopatrae *Ioannis Steen*, Tonſtrina *Kardyck*. Excubitorum diaeta *Le Duc*. Popina caſtrenſis *Bredael*. Taberna inſtitoria *Guil Mieris*. Chorographia pecudibus inambulantibus, *Ioannis Momper*. Praelium praeclare effictum, ignota manu. Chriſtus dormiens in naui, *Simonis de Vlieger*. Proſpectus loci a luna colluſtrati, in duabus tabulis, alter cum vici incendio, ab *Arthus van der Neer*. Caput ſenile *Ioannis Lievens*. Ioannes concionans in deſerto, cuius auctor eſſe *Breenberg* fertur, Proſpectus manu *Baſſen*, alius *van der Neef*. Flores a *Dan. Segers* picti. Chorographiae *Salomonis Ruysdal*, *A. Goevaerts*, (eximium opus!) *H. Roos*. Direptio vici, *Caroli von Fulens*. Chriſtus docens in templo, et, Philippus ſacra aqua initians Eunuchum Aethiopem, *van de Wett*. A *Ioannis van der Noort* manu Cimon, et Nympha dormiens; a *Bloemart* haud paucae; multae ab *Ostade*; a *Savery* manu plures, aliae ex eius ſchola; inter alias duo praelia *Caroli Breydel*; plures manu *Huchtenburg*, inter quas tabula magna equile referens; plures e ſchola Rubens, in quibus magna tabula, Meleagrum et Atalantam referens. Ecce homo *Alberti Dürer*. Paucae tabulae ſunt a ſecunda manu; in his adumbrata nota illa *Madonna della Sediola Raphaelis*, et Chriſtus in ſepulcro depoſitus *Federici Barozzi*.

ad nos confluunt, iuuenes, qui generis, fortu vitaeque futurae conſiliis ſuadentibus non t iurium ſubtilitate, quam litterarum variarum co et artium elegantia, imbuta ingenia ex acaden referre cupiunt: quibus ſi ſtudiorum ſuorum portunitates, ſubſidia, exempla et inſtrumenta fuerint, habent quod academiam numeris perfectam eſſe negent. Verum ad eos quoq qui ſeuerioribus ſtudiis vnice vacant, fructuoſ eſt, eo loco viuere, quo elegantiorum litterar et artium monumenta ſaltem videant, ſermo audiant, et obiter notiones ac notitias variar rerum percipiant; ita enim, etſi aliis in ſtudiis cupati, adſpectu, auditu, vſu, confabulatio exemplo, ſenſum aliquem bonarum litterarum artium elegantiae, tanquam in ſole ambulantes lorem, imbibunt; quem, niſi exemplis ante o los poſitis et iudiciis aliorum auditu percep nemo facile conſequitur; ad ingeniorum tam expolitionem, ad mores ac virtutes publicas p vatasque, et ad omnem humanitatis ſenſum, qu tam vim habeat pulcri ac decori, quod ſenſib percipitur, vſus aliquis: nondum quidem om bus, permultis tamen viris intelligentibus cog tum perſpectumque habetur. Intelligamus i que bona noſtra, propitiamque Prouidentiae v luntatem laetabundi et grati praedicemus, quand quidem illa Georgiae Auguſtae tot munera ac d cora indulgenter prouidit, quae, etſi nos ea *omn* bus communia eſſe litterarum cauſſa velimus, mu tarum tamen academiarum deſideriis fruſtra exp videmus.

Omni

Omnino mirationem facere poteſt, tam ſerò noſtras aetates *de litterarum artiumque ſtudiis coniungendis* cogitaſſe. Etiam ex eo tempore, quo et artes et litteras excolere coeptum eſt, vtrumque genus tanquam diuerſiſſimae naturae ſeorſum et ſigillatim coli ſolitum eſt. Inde perpetua illa inter eos, qui alterutrum genus amplexi eſſent, diſſidia, obtrectationes et contemtus mutui. Inde non niſi ſero artium principia et rationes ſub examen vocarunt philoſophi, et praeclarorum operum laudes et vitia expoſuerunt viri docti; etſi plerumque diſſidentibus iudiciis, quod nec artifices ſatis haberent litterarum, litterati autem viri artium eſſent non ſatis gnari. Verum vix aliquid cogitari poteſt, quod tam parum cum ratione et iudicio conſtitutum fuerit, quam ſtudiorum inde a renatis litteris conſtitutio, et formula. A caſu pleraque profecta ſunt, quem vtilitates et neceſſitates cuiusuis aetatis ac temporis moderabantur. Inde quatuor facultates ſubnatae; atque, etſi a ſeptem liberalibus artibus ſtudia proceſſerant, parum tamen aut nihil liberalitatis iis inerat, nihil quod ingenia et mores ad humanitatem fingeret. Vnde eueniſſe haud mirabimur, quod, cultu meliore per reliquam vitam iam propagato, extremam morum aſperitatem, barbariem et foeditatem, in academiis regnaſſe nouimus; adeo ad emollienda ingenia parum habent vim ſtudia in diſciplinis poſita, niſi aliunde culturae auxilia acceſſerint. Fatendum quidem eſt, poſſe ipſam morum diſciplinam, cum omni litterarum humanitate, ſiue mercenaria aliqua opera et ſocordia expoſitam, ſiue ad ſubtilitates et argutias

A 5 reuoca-

reuocatam, profeſſorie e cathedra tradi, vt tamen ad animos et ingenia non magni fructus inde redeant. Ita videmus ſtudia theologica magna cum aſſiduitate multos proſequi, libros ſacros interpretari, de doctrinis inde ducendis diſputare; nec tamen animorum habitum ad pietatem formatum per mores et vitam eluceſcere. Scilicet ipſa tradendi ratione ac modo excitandus eſt ſenſus veri, honeſti, pulcri; id quod fieri nequit ſine exemplis litterarum, artium, vitae, propoſitis, quibus afficiantur ſenſus, animus moueatur, excitetur generoſus impetus, decretum animi firmum, et voluntas efficax.

Etiam antiquis temporibus, iisque aetatibus, quibus maxime litterae arteſque floruerunt, nullum inſtitutum meminimus, quo de vtrisque ſimul, et coniuncta opera, praeciperetur. Fuere Corinthi et Sicyone, tanquam officinae pictoriae et ſculptoriae artis; inſtituerunt ipſi artifices alios, *Pamphili autem auctoritate*, vt Plinii verbis vtamur (lib. XXXV, 10 ſ. 18) *effectum eſt, Sicyone primum, deinde in tota Graecia, vt pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc eſt picturam in buxo, docerentur, reciperetur que ea ars in primum gradum liberalium.* Verum cum philoſophorum ſcholis nihil iis erat commune; ad liberaliorem tamen inſtitutionem referebatur hoc, vt et philoſophiam ſalutaſſet aliquis et idem artes attigiſſet. Ptolemaeorum aetate Alexandria et Muſeum habuit et viros doctos qui litteras traderent, habuit et officinas artium; nullum vero litterarum et artium contubernium. Multo minus

nus Romani, qui inſtitutionis publicae omnino rationem ſero habuere, de liberalium artium litterarumque diſciplina vnquam ſolliciti fuere; itaque nec pictores habuere litteris eruditos, nec viros litteratos in artium ſtudiis verſatos. Quod, ſi quo alio, Plinii vtique exemplo apparet, qui, ſi artium ipſe accuratiores notitias habuiſſet, de priſcae artis operibus haud dubie et vberius ſaepe et ſubtilius diſputaturus fuiſſet. Etſi negare nolumus, multos forte fuiſſe, a Scipionibus inde et Aemiliis, qui artium ſtudia probarent *g*). Fuere qui honeſto ſtudio ſtatuas et hermas et tabulas appeterent, in quibus Cicero, attamen vt ornamenta Academiae ſuae ea haberet; fuere qui prauo, vt Verres, cuius flagitia et latrocinia in conquirendis ſignis, tabulis, vaſis, omnisque artificii deliciis, exagitata a Cicerone adhuc legimus.

Subortum eſt ſerius litterarum genus, quod exempla produxit doctrinae in artium non minus quam litterarum monumentis curioſae. Scilicet ſophiſtae et rhetores vmbratici, qui artem dicendi ita tradebant, vt pro praeceptis exempla bene dicendi ſua declamatione proponerent; poſtquam argumenta ſollennia e forenſibus cauſſis petita vel adumbrata ad taedium omnium iterata decantauerant, vt orationem variarent, argumenta adoptarunt cum alia, tum deſcriptiones et enarrationes tabularum pictarum et ſtatuarum. [Longe aliud ac diuer-

g) Paullus Aemilius liberis ſuis non modo grammaticos, ſophiſtas et rhetores, verum et ſculptores et pictores magiſtros adhibuiſſe narratur. ap. Plutarch. in Paullo Aemilio p. 258 B.

diuerſum genus fuit aliquando interpretum in templis donariorum et monumentorum copia inſignibus, quos *ἐξηγητὰς* et *περιηγητὰς* appellabant, etiam myſtagogos, qui memorabilia locorum et rerum aduenis et hoſpitibus monſtrarent et enarrarent; fuere viri docti, qui ex iis comperta litteris conſignarent, hiſtorias et titulos donariorum colligerent, et ex iis rerum temporumque notitias conſtituerent. Vtinam ex hoc genere ſupereſſet Polemo, Periegetes dictus, Ariſtophanis Byzantini diſcipulus! circa a. CC ante C. N. Saepe is Straboni, Athenaeo, aliisque memoratus, conſcripſerat plures libros *περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν ἀκροπόλει. περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων. περὶ τῆς ποικίλης ἐν Σικυῶνι στοᾶς*, et alia; in quibus eminuit liber *περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων*. Fuere huius generis permulta alia volumina; enimuero meliora interierunt; nec ſeruata ſunt niſi nonnulla ſeriora et deteriora.]

Extant prioris generis, praeter Luciani nonnulla, Philoſtratorum libri inſcripti *Imaginum:* in quibus multarum pictarum tabularum argumenta expoſita ſunt oratorio cum ſtudio. De Philoſtratis, etſi non ad liquidum perducta ſunt omnia, teneri tamen poſſunt haec: quod praeter antiquiorem aliquem rhetorem, qui ſub Nerone vixit, cuius nullum ſcriptum ſuperſtes eſt, duo fuere Philoſtrati, quorum alter in Iuliae, Seueri Imp. vxoris, gratiam, *Apollonii Tyanenſis vitam h)* conſcripſit, tum *libros*

h) Vixerat is vsque ad Domitiani et Neruae, ſub exitum ſaeculi primi, aetatem. Quod cum ita ſe habeat, non a

libros duo Imaginum, et *Heroica*, alter iſtius ex fratre Neruiano nepos, cui *Vitae Sophiſtarum*, circa Alexandri tempora (circa A. C. 223.) ſcriptae, probabili de cauſſa tribuuntur; eiusdem ſupereſt *liber ſingularis Imaginum* ad patrui aemulationem exaratus. [Qui duo hos ſcriptores inter ſe comparauerit, corruptelae iſtorum temporum intra haud multos annos progreſſum facile animaduertet. A natiua aliqua elegantia et facilitate, Atticae dictionis venuſtate ſe commendante, multum iam diſceſſiſſe cum aegre feras Philoſtratum maiorem: non ſine taedio exantlabis ſtudium affectatum Philoſtrati iunioris in verbis doctis et exquiſitis captandis, fuco rhetorico, ornamentis et nimis cumulatis et longe petitis, cum ſubtilitate et acumine ſophiſtico nouandis. Haec enim illa ſunt, quae pro ſimplici ornatu, lepore et venuſtate ingeniique felicitate cum iudicio recto ſenſuque incorrupto, ii, qui melioribus ſcriptoribus ſuccedunt ſequiores, noſtra quoque aetate, obtrudere ſolent.]

Quandoquidem autem ſemel hunc in locum deducti ſumus, cum ſcriptionis hoc genus ſymbolam aliquam e doctrina encyclia deſideret: agedum ſubſiſtamus in Philoſtratis eosque pro crepidine ponamus, quibus tum huius tum aliquot futurarum Proluſionum commentationem ſuperſtruamus; ſi

a ſe comperta, nec, niſi aliorum fide accepta, centum fere annis poſt, ſub ſaeculi ſecundi exitum, de Apollonio quae narrauit, Philoſtratus tradere potuit; vt mirum non ſit, tam prodigioſa de iſto homine narrari potuiſſe. [Perperam ideo γόητος Tyanenſis praeſtigiae ſollicitos habuere viros doctos ac pios.]

ſi vita modo ſuppetierit ad tempora attingenda, quibus opera, per annos plures diſtribuenda, aliquando abſoluatur.

Faciamus initium a *Philoſtrati ſenioris* Imaginibus; poterunt aliquando ſuccedere iunioris, cum *Calliſtrati ſtatuis*. Narrat ille ſe Neapoli verſatum deuertiſſe ad hoſpitem in ſuburbio ad mare habitantem; *In hoc ſuburbio eſſe porticum ad occidentem conuerſam* (ad excipiendas leniores auras et ſolem mitiorem) *quatuor vel quinque contignationum, mare proſpicientem, marmoribus exquiſitis ornatam*, inprimisque *tabulis pictis parieti inſertis* conſpicuam *i*); *ab homine artium amore flagrante collectas tabulas videri, plurium enim pictorum manus in iis conſpici;* fuere ergo

i) Nam diſerte Philoſtratus p. 763 f. *μάλιστα δὲ ἤνθει γραφαῖς, ἐνηρμοσμένων αὐτῇ πινάκων*. Non ergo fuere picti parietes; ſed tabulae parieti inſertae, eaeque vndique conquiſitae ſeu collectae. Erat autem is ſollennis mos, vt tabulas pictas conquiſitas in parietibus porticuum includerent, quas etiam habebant gymnaſia et academiae bibliothecis contiguae, vt inambulando ac diſputando animum corpusque recrearent. Adiunctae quoque erant porticibus, etiam publicis, *ſcholae*, ſeu quae Graecis *λέσχαι*, vt *in Octauiae porticibus ſchola* memoratur Plinio XXXVI. p. 27. in qua Antiphili Heſione et Alexander ac Philippus cum Minerua in tabulis picti conſpiciebantur, et in *Philippi porticu* Liber pater, Alexander puer, Hippolytus tauro emiſſo expaueſcens; *in Pompeia* vero porticu Cadmus et Europe: omnia ab Antiphili manu. Ita plures in iisdem porticibus memorantur tabulae Zeuxidis, Cephiſſodori, Pauſiae, Theodori. [E ſignis ſupereſt nobile illud Amazonis, cum titulo in baſi: *translata de ſchola medicorum:* ex Villa Matthaeorum translatum in Muſeum Pio Clement. Tom. II, t. 38. nunc in Muſeum nationis Gallicae Pariſios migrare iuſſum.]

ergo collecta diuerſorum pictorum nobilium opera. Narrat porro, ſe ab hoſpitis filio adoleſcentulo, diſcendi audiendique cupido, exoratum, coetu iuuenum in eam domum ad ſe priuatim dicentem confluente, exercitationes diſcendi inſtituiſſe. Quae qualis fuerint, ex temporum rationibus eſt iudicandum, et ex ipſis ſcriptoris verbis apparet *k*). Docebant ſophiſtae artem dicendi, non praecepta tradendo, eaque interpretando, et exercitationem ſecundum ea proponendo; verum, vt diximus, ipſi, vt ſuo exemplo bene dicere diſcerent audientes, declamabant; cumque mos ſeu fiduciam ſeu vanitatem flagitaret, vt ex tempore dicere aliquis videretur, poſtulabant a praeſentibus, vt proponeretur qua de re dici vellent. Adoleſcentulo itaque tabularum enarrationem a ſe petenti Philoſtratus negotium dat, vt argumentum hoc in coetu proponat; annuunt ceteri. Sermone hos vere ita habitos eſſe vix credere licet; poteſt ſophiſta hoc inuento ad lucubrationis genus hoc publice prodendum vſus eſſe. Quaeri poteſt, verene iſta porticus, publica an priuata, et verene iſte tabularum ordo in illa extiterit: qua de re nondum habemus, quod in alterutram partem iudicium inclinet.

k) *ὁμιλίας* appellat, p. 763. *μελέτας* et *ἐπίδειξιν*. [Comparari poſſe putes Cebetis tabulam, in qua ſenex aliquis, qui tabulam interpretatur, inducitur; potuere forte feriorum Sophiſtarum ingenia per hoc aut ſimile exemplum ad nouum hoc genus *ἐπιδείξεως* inuitari: quod Luciani exemplo probabile fit, verum iſta Cebetis tabula non vera, ſed ficta fuit pictura, qua per allegoriam exponerentur placita philoſophica, non ſola diſputatione, ſed, nouo more, tanquam in tabula adumbrata.]

cliner. Animo magis obfirmato pronuntiare licet in auctoris diſputatione non eſſe expectandam artificis doctrinam ac iudicii ſubtilitatem, non artis ipſius demonſtrationem; ſed, ne fallamini, declamationes, quibus argumentum ſubſtratum eſt id, quod ipſius picturae eſt argumentum; quando quidem tamen hoc in tabula picta exhibitum erat: opportunitas inde exoritur ſophiſtae, vt nouitate tractandi fabulas et varietate detineat audientes ſeu legentes; ipſa quoque picturae ratio, rerum delectus, color, ars, velificatur ſtilo. Vtinam argumentum ſaltim picturae cuiusque, ſine rhetorico fuco, quale fuerit, praemiſiſſet! nunc magna plerumque ſagacitate opus eſt, interdum ſola ariolatione aſſequi licet, quod verum tabulae argumentum fuerit; raro licet exputare ac perſpicere, quae pictoris tractatio, qui eorum, quae bene pingi poſſunt, dilectus fuerit factus; qui modus fuerit, quo quodque redditum eſſet. Nam multa ille narrat, quae aut omnino non pingi, aut parum commode, nec niſi artis natura repugnante, pingi potuere. Nec tamen de his imperatorie pronuntiare licet, nec contendere, quod bene pingi nequeat, id nec pictum vnquam eſſe. Nam etſi ſummi artifices meliorum aetatum bene aſſequuti animis eſſe videntur, quos limites picturae, maxime qualis tum erat, natura ipſa fixerit; inprimis ratione ad poeſin habita; pictores tamen inferioris iudicii multa pinxerunt, quae aut omnino pingi nequeunt aut iſta ſaltem artis conditione, qualis tum erat, pingi nequibant; multa quoque coloribus reddiderunt, quae poetis relinqui debebant. Interea librorum lectio eſt iucunda

et

..eſſe poteſt vtiliſſima, ſi non modo verba ſequa..., ſed, quid ſophiſtae ante oculos poſitum fuerit, .. eſſe potuerit, aſſequi ſtudeas. Tabularum nu..erus eſt haud exiguus nec varietate caret; ſunt ..riusque libri Icones numero LXIV, et a iuniore ..ccedunt aliae XVII. Sunt pleraeque omnes e ..enere picturae *hiſtorico*, quod vocant, h. e. *my*..os antiquos partim *deorum*, *partim heroicae vitae* ..eddunt; ex *vera hiſtoria* petita non ſunt niſi argu..enta quinque: II, 5. *Rhodogune bellatrix*, 6. *Ar*..hion *Athleta*, 9. *Panthea*, 12. *Pindarus*, 32. *The*..*iſtocles*. *Chorographiae* ſunt I, 9. *Regio interamna* ..*paludoſa*, 12. *Boſporus*, 13. *Piſcatores*, 25. *An*..*rii*, 28. *Aprorum venatio*, II, 14. *Theſſaliae regio*, 17. *Inſulae in mari*. Duae tabulae *Xenia* inſcriptae ..ωραν ſeu *poma floresque* exhibent. *Symbolici* et *..llegorici* generis II, 3. eſt Palaeſtra; etſi in ipſis ..ythis nonnulla eo poſſunt referri.

Exacto paene ſpatio, quod huic ſcriptionum ..eneri praefinitum eſſe ſolet, ne tamen in ipſo li..ine ſubſtitiſſe, aut verius ante limen diſceſſiſſe, ..id? ne a limine quidem ſalutaſſe, videamur Philo..ratum, delibanda nonnulla eſſe videntur e pri..s ſaltem verſibus; ſeruanda alia futurae prolu..oni; quorum hanc tanquam arrham accipitote. ..xordium igitur operis a commendatione *artis pin*..*di* ducitur; ſociam eam ait eſſe et contuberna..m ipſi rerum naturae ac veritati, tum poeſi, et ..u quoque oratoriae; quandoquidem haec, non ..nus quam illa, in verbis et ſententiis conſti..endis ſymmetriae ſtudet; eſſe eam ipſorum deo..m inuentum habendam: picturae enim genus ex-

 hiberi

hiberi tempore verno, aliud exhiberi in aere ac caelo; originem ducere eam ab innata homini facultate et ſtudio imitandi res ſenſum oculorum ferientes. Conſtituit duo imitandi genera: *plaſticen* (latiore vtique ſenſu) et *picturam*, quam praefert; omnem enim fingendi artem ſuperari a pictura, colorum beneficio; de iis, qui picturae laude excelluere, aut qui eam ſtudio et honore proſequuti ſunt, nolle ſe dicere; dixiſſe iam alios, et nuper *Ariſtodemum* e Caria, quem per quatuor annos hoſpitem apud ſe habuerit; de quo nihil nobis aliunde conſtat nec magis de *Eumelo*, nobili pictore, quem ille aemulatus erat, vt multum tamen gratiae et venu ſtatis ipſe arti adderet. Progreditur inde ad expo nendum, quae ſibi occaſio enarrandis his tabulis obiecta fuerit; quam paullo ante iam memorauimus.

Tabula I. Scamander. Monitum eſt ſupra, pi ctores ſaepe aberraſſe ad ea, quae bene pingi ne queunt: cuius erroris exempla ſatis multa hae Phi loſtrati imagines ſuppeditant, et primo ſtatim loco prima haec tabula. Eſt ea argumenti admodum *poetici*, quod tamen, quantum nos quidem aſſe quimur, vix ſcite reddi poteſt penicillo. Cum Scamander, Simoente aduocato, iuncto quaſi aqua rum agmine, omnem inundaret camporum plani tiem, vt Achillem Troianos caedentem aquis op primeret, Iuno contra amnem excitat Vulcanum is ignium vi omnem agrum inuoluit; quo facto aquae efferueſcentes ebulliunt, et in vapores re ſolutae molem vndarum ita imminuunt, vt in al veum amnis ſe colligat. Pictura ita inſtituta eſt narratur, vt incendium per totam planitiem gra

ſetu

tur ignium contagione omnia corripiente; exuſtis in ripa arbuſtis ab igni, qui Vulcanum circumdabat in aquas irruentem *l*); dolet Scamander, et

 Vulcano

l) Τὸν δὲ Ἥφαιστον ἐμπεσεῖν φησιν (ἡ γραφὴ) τῷ Σκαμάνδρῳ πολὺν καὶ ἄκρατον p. 764. et p. ſequ. τὸ δὲ ἀμφὶ τὸν Ἥφαιστον πῦρ ἐπιῤῥεῖ τῷ ὕδατι. non ſatis aſſequimur, quomodo haec ſatis bene reddita fuerint. Extant Icones gallice verſae et argumentis annotationibusque inſtructae a *Blaſio Vigenerio*, homine pro iſtis temporibus haud indocto nec artium ignaro; adierat enim Romam, 1566. et iam ante alio anno; nam p. 653. narrat ipſe, ſe, cum Romae eſſet 1550, vidiſſe Michaelem Angelum in marmore ſculpendo occupatum, quod erat capitulum vnius ex octo columnis templi Pacis, vnde ille effingeret ſupplicium Chriſti cum X. vel XI. figuris adſtantibus. Emendatus ille liber poſtea a viro graece docto, quem Federic. Morellum fuiſſe aiunt. Serius impreſſum opus ſubiecta interpretatione Heroicorum, Imaginum Philoſtrati iun. et Calliſtrati Statuarum, ſub. a 1615 ſumtibus viduarum Abel l'Angelier et M. Guillemot, qui magnam pecuniae vim in illud impenderant, Pariſ. fol. inſcriptum Henrico IV. cuius tamen patrocinium operi haud multum profuiſſe videtur. Extant certe exemplaria nouo titulo ornata, notatis annis 1629. 1637. Praefatus eſt is, qui epigrammata gallice facta in titulo profitetur ſe addidiſſe. *Artus Thomas d'Embry.* Adiectum: *Iaſpar Iſac Incidit;* praefatio tamen fidem facit, tabulas a pluribus artificibus, partim in Flandria degentibus, eſſe delineatas et aeri inciſas. Hae vero tabulae (numero LXIV.) ſpectant tantum ad duo libros Iconum. Iconum ipſarum veritatem raro reddunt; antiquitatis notione aut nulla aut exigua imbuti fuere, qui illas exararunt; nam, vt ne artis quidem praecepta reſpicerent, putare potuerunt vetari ſe ab ipſo Philoſtrato eiusque expoſitione. Liceret ad ſingulas tabulas in criticen acerbam excurrere; vt ſtatim in hac prima; verum praeſtat ea afferre, quae veriora aut veris ſimiliora eſſe putamus; comparet haec cum aliorum inuentis is, cuius ea intereſt accuratius excutere.

Vulcano ſupplicat, (recumbens humi, vt credere licet, more Fluuiorum) exuſtis comis; notatu porro, Vulcanum non claudicare, ſed currentem exhiberi; e longinquo proſpici Troiam. Addit Philoſtratus, ignem non naturali colore, ſed auro et ſoli ſimili, eſſe redditum *m*).

Enimuero videmus ad alia progredienti ingenio frena iniici: ſeruanda ſunt alia in aliud tempus. Vos, Commilitones, agite id, quod pietas et officium facere ſuadet, vt craſtino die ſollenne, quod mos et ratio ſanxit, frequentia veſtra celebretis, ſpectabilius illud et grauitati ac dignitati philoſophorum conuenientius futurum, quod remotis nonnullis ritibus, qui noſtrorum temporum faſtidio non ſatis reſpondere viſi ſunt, ad ſimplicitatem, magis decoram et auguſtam; illud reuocatum eſt. P P. in Georgia Auguſta pridie Kal. Martias cIↄIↄccxcvI.

m) Videtur in his de vera, non ficta, tabula loqui. Cauſſam inuenti in ignis colore non aſſequimur. *καὶ τὸ ἄνθος τοῦ πυρὸς οὐ ξανθὸν, οὐδὲ δὲ τῇ εἰθισμένῃ ὄψει, ἀλλὰ χρυσοειδὲς καὶ ἡλιῶδες. ταῦτ' οὐκέτι* Ὁμήρου h. e. *non nititur hoc Homeri auctoritate, non ex eo petitum eſt, ſed a pictoris ingenio.* Fuit ne aliquid in loci natura eiusque temperie aeris, quod colorem mitigaret, an alia cauſſa? Pictura in Gallico opere propoſita cum omnibus artis praeceptis repugnat, tum ad topographiam prorſus erroneam compoſita eſt. Caylus (*Tableaux tirés d'Homère* p. 112.) aliam tabulam concinnauit, in qua videtur ipſum Achillem in medio ſtatuere velle. [Ceterum in ſequentibus adhibui codices tres Guelpherbytanos, de quibus v. inf. IX. de Tabb. Philoſtrati iun. Nota *b*) nec tamen vſus criticus fuit valde fructuoſus.

II.

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE

PRORECTOR

CHRISTOPH. MEINERS

CVM SENATV

ANNIVERSARIA INAVGVRATIONIS SACRA

LIX.

IN KAL. SEPTEMBRES CIƆIƆCCXCVI.

CELEBRANDA

INDICIT

SIMVLQVE

SVCCESSOREM

IN

MAGISTRATV ACADEMICO

CAROL. FRIDER. STAEVDLIN D.

CIVIBVS SVIS

HONORIS ET OFFICII CAVSSA

COMMENDAT

TVM VERO

COLLEGAE SVO DE ACADEMIA MERITISSIMO

IO. STEPH. PVTTERO

SACRVM SEMISAECVLARE

MVNERIS PROFESSORII PER L. ANNOS CONTINVATI

GRATVLATVR.

Philoſtrati Imaginum illuſtratio.
Particula II. Tab. II — X.

Habent mutuae de re aliqua laeta gratulation plurium, qui ſeu neceſſitudine aliqua offi ac ſtudii ſeu voluntatum et animorum conſenſu i ter ſe coniuncti ſunt, mirificam vim ad ſenſu hilaritatis et iucunditatis non modo communica dum et propagandum, verum etiam ad fructu communis laetitiae amplificandum et augendur Etenim tanquam contagio aliquo laetitia diffund tur, et altius animos penetrat, datque mutua incr menta et accipit; exhilarat enim ipſa alterum alt rius frons, adſpectus, vocis ſonus, verba. Iacta tur laetandi cauſſae, praedicantur proſperi caſu exponuntur bona omina futurorum; et ipſa gr tulatione votisque faciendis animi incaleſcunt. Ip ideo natura adduxiſſe homines videri debet, vt feſtis ſollennibus magni hominum coetus conu piant, gratulationes fiant, conuiuia et epulae h beantur, inter quas ſeueriorum quoque anin remiſſi et a curis ſoluti, hilaritati indulgeant, et ſ cietate ipſa laetitiae ſenſus cuiusque ſeu eliciat ſeu inflammetur. Non itaque eſt quod ii, q omnem maiorum morem et inſtitutum ſublatu eſſe volunt, improbent ritum academiarum ſolle nia habendi, in iis coetus cogendi, communi publicae laetitiae indulgendi, oratione aut ſcrip laetitiae cauſſas exponendi; quae quidem cum al huius diei ſollennibus ſint duae, altera anniuerſa ſacri, altera auſpiciorum ſuſcipiendi magiſtra academici: accedit nunc tertia, tanto magis mem rabilis et inſignis, quo magis illa raro incidere, pauciſſimis obtingere ſolet. *Primo* quidem *ſa*

ac

academiae noſtrae anniuerſaria redeunt, cumque iſta memoria tot tantorumque prouidentiae diuinae beneficiorum, quibus res haec academica per LIX. annorum curſum ſtetit, viguit, effloruit; gratulamur tot incrementa et ornamenta eximia, quibus illa eminet, tot inſtituta diſciplinis litterarum neceſſaria et vtilia, tantum virorum doctrina meritisque inſignium numerum: quibus omnibus effectum eſt, vt ad bonarum litterarum diligentiorem culturam, meliorem ſingulorum generum curam, et feliciores multorum auctus, multa a Georgia Auguſta profecta eſſe nemo, ne inuidus quidem et detractor, inficiari poſſit. Neque inter eius laudes vltimo loco memorandum eſt, quod nec nouarum opinionum commentis ſectarumue furoribus, tanquam vorticibus, abrepta et merſa illa eſt, nec humanitatis et honeſtatis fines egreſſi ſunt, qui de diſciplinarum finibus et iuribus contenderunt. Inprimis gratulamur hanc felicitatem optimi numinis beneficio nobis obtigiſſe, quod, cum per tantum annorum decurſum externis fortunae caſibus grauioribus nullis perculſa illa ſteterat, tum nouiſſimis etiam annis et hoc ipſo tempore, inter tot tantosque terrores, a belli calamitatibus, tanquam ab incendio late omnia vaſtante, intacta illa eſt, quodque his ipſis diebus digna illa viſa eſt Regi Potentiſſimo Principibusque Regiis a), quam ipſi inuiſerent. Haec cum ſint proſperae alicuius fortunae documenta ſumma, gratis piisque animis publica ſupplicatione recolenda: *accedit*, quod, ſe-

a) Friderico Guilielmo II. Regi Boruſſ. et Friderico Principi heredi Regni Daniarum cum Coniuge Principe.

meſtri hoc feliciter exacto, *magiſtratus academi honores et inſignia transferenda* ſunt in virum ſumm reuerendum,

ÇAROL. FRIDER. STAEVDLIN D.

cuius virtutem et conſtantiam vt fauſtus rerur conſiliorumque ſucceſſus excipiat, et precamur e ex rerum praeſenti ſtatu, diſciplina publica ſeuer ac prudenter exercita et tot exemplis bene fir mata, ominamur.

At *tertiam* ſollennium noſtrorum agendorum cauſſam acceſſiſſe diximus? Recte. Vnus e Col legio noſtro ſingulari diuinae prouidentiae beneficio ſeruatus eſt huic Academiae noſtrae totique reipu blicae hunc in annum muneris profeſſorii conti nuati ſemiſaeculare m. Per L. annos, quod paucis contigit, diſciplinas ille cum alias iuris, tum Iuris publici Germanici, e cathedra tradidit; per L. an nos, quod vix vni contigit, diſciplinae ille ſuae, Iuris publici Germanici, auctor fuit; habeturque is, qui eam hoc habitu, hoc loco, quo nunc eam videmus, conſtituerit; quique ad eam ornandam perficiendamque tot ſcriptis clariſſimis, ex temporum ratione vſuque vulgatis, elaborauerit: quibus ille meritis ſuis ad Georgiae Auguſtae celebritatem plurimum contulit; vt habendus ſit inter eos, quibus, etſi huic Academiae laudum ſuarum incrementa et nominis claritatem ipſi debeant, non minus tamen Academia celebritatis ſuae cauſſas magna ex parte debeat.

Tales itaque viros huic Academiae contigiſſe vt laetandum eſt, ita gratulandum eſt, ad prouectiorem

rem vitae humanae gradum eos Academiae ſeruari. Gratulamur adeo et Tibi, Illuſtris PÜTTERE, et nobis, quod hanc Georgiam Auguſtam, doctrina Tua, auctoritate, prudentia, meritis, adhuc ornas, quodque Tibi integris animi corporisque viribus vti, conſiliis et auctoritate reip. conſulere, docendo ac ſcribendo diſciplinam Tuam tueri et ornare, diuino aliquo munere ſingulari conceſſum eſt. Seruentur Tibi haec bona integra in multos annos, iisque, quae de Te commemorabit poſteritas, in celebranda nominis Tui fama accedat et hoc: eos vitae terminos, ad quos vix alii perue- nire licuerit, Te viuendo attigiſſe.

Videtis, Commilitones, cauſſas laetandi et gratulandi ſollennium in craſtinum diem indicto- rum. Nunc noſtrum eſt, parere mori et inſtituto, et adiicere his commentationem aliquam e ſtudiis communibus hauſtam; nec diu circumſpicienda eſt dicendorum ſumma; cum enim Zſchornianum legatum tabularum pictarum publice nuper commemorandum eſſet: factum eſt initium exponendi libelli Philoſtratei, qui, tabularum pictarum antiquae artis argumenta et laudes complexus, *Imaginum* nomine inſignitur. Quo itaque veſtigio ſubſtiteramus, eo nunc in via progrediendum eſt.

Tabula II. Comus. Comus, deus, ex hoc potiſſimum loco innotuit. Pictum memorat Philoſtratus ſic, vt adſtet foribus thalami, in quem noua nupta deducta ſponſi amplexibus tenetur; veſtibulum ante fores indicare opulentiam domini. Sera

 nocte

nocte rem agi, facile credas; tenebris itaque obducta omnia; ita vt difficile eſſet ſingula dignoſcere. Debuit ergo artificis ſollertia ſpectari in tabula illuſtranda per facem, quam Comus manu tenebat: de hoc tamen Philoſtratus nihil memorat. Comus narratur eſſe puer adhuc impubis, capite floribus coronato, ex vino rubicundus, ſtatu recto obdormiſcens, ore prae temulentia ad pectus inclinato, vt tamen nec ceruix adſpectui pateat; videtur itaque aduerſa facie ab artifice exhibitus fuiſſe; ſiniſtra manus, innixa venabulo *b*), ſoluta eſt et laxata, vtpote ingruente ſomno; dextra autem tenet facem, languore ita remiſſa, vt elapſura fax ſit, longius tamen

b) [*τὴν δὲ ἀριστερὰν προβολίῳ ἐπέχων* — *προβόλιον* eſſe venabulum docent lexica, et primo loco Pollux V, 19. 20. 22. vtitur quoque ea voce Philoſtratus alibi. Male tamen me habebat, quod iuuenis illud manu *ſiniſtra* tenet eique innititur. Itaque ſenſum voci quaerebam magis loco accommodatum. *Προβολὴ* dicitur omne quod obiicimus alteri, aut quod obiicitur nobis, *προβάλλεται*, ipſe quoque ſtatus, cum quis *ἐν προβολῇ* ſtare dicitur. Ita eſt munimentum ap. Sophocl. Aj. 1203.; eſt prominentia montis; ſuſpicabar ergo inniti ſomnolentum iuuenem prominentiae parietis. *ἐπὶ προβολῇσι πυλάων* eſt ap. Coluth. 303. Et *προβολὴ*, *πρόβολος*, eſt *proiectura*, *lorica*. Video tamen vſum *τοῦ προβολίου* pro haſta ſeu venabulo conſtantem; et obtemperaui viro doct. Iacobs Exerc. II. p. 72. et loco ſimili inf. c. 23. de Narciſſo; vt Comum exhibitum credam herois ſpecie haſtam geſtantis, ſaepe in artis operibus obuia. Cum *προβολὴ* ſit etiam pellis, qua pro ſcuto vtebantur antiquiſſimi homines, aut lacerna, qua inuoluebant brachium: alius erat vir doctus, qui amiculum laeuae iniectum, *τὴν ἐφεστρίδα* intelligebat; nec tamen *προβόλιον* alibi ſic dictum occurrere memini; et h. l. iuuenis dicitur *ἐπέχειν τὴν χεῖρα τῷ προβολίῳ*. manum admouere ei, vt ſuſtineat ſe.]

tamen a corpore protenta, ne illud flammam ſentiat; ſiniſtrum enim crus impoſitum eſt dextro, et dextra cum face verſa eſt ſiniſtrorſum. Cum tenebris obducta ſit tabula, quia noctu res geritur, Comi facies conſpicitur parum diſtincte, cum inclinatum ſit, et vmbram trahat a fronte et occipite; alioqui enim, ait ſophiſta, quodcunque iuuenile corpus pingitur, ore aduerſo et patente pingendum eſt: quod ni fiat, caeca eſt tabula *c*), hoc eſt, caret parte ſui praecipua. At *reliquum corpus eminebat lumine facis illuſtratum.* Coronam commendari ait, non tam ab arte, qua veritas naturae reddita eſt *d*), quam a molli et tenero habitu; inſidente adeo roſis rore, vt odorem ſentire tibi videaris. Haec quidem ſunt, quae ad picturam referri debebant; non cetera, quae rhetori debentur, qui omnia, quae in comeſſatione ſunt ac fiunt, comeſſantium turbam et habitum, et ipſum plauſum, *κρότον*, appoſuit, non quaſi ea in tabula viſa fuerint, ſed quae ipſe mente et animo videre ſibi viſus eſt; ſunt ea adeo orationis ornamentum, non argumentum picturae. More veterum vna figura abſoluitur tota tabula *e*).

Omnino,

c) *Τυφλώττουσί γε ἄνευ τούτων (τῶν προσώπων) αἱ γραφαί.*

d) Addit: *facile enim eſt coloribus diſtinctos reddere flores*, ſcilicet, vt cognoſcas e veſtigio, quae roſa, quae viola ſit, et ſic porro. — Sequitur: *ἀλλ' ἐπαινεῖν χρὴ τὸ χαῦνον τοῦ στεφάνου καὶ ἁπαλόν.* Eſt *χαῦνον* proprie *inflatum, tumidum, fungoſum*, tum *molle ac fluidum*, nunc *tenerum ac molle.*

e) Quod cum non perſpectum eſſet, tabula parum ſcite a Vigenerio eſt expreſſa. *Comum* ceteroquin nusquam alibi memoratum vel exhibitum meminimus,

praeter-

Omnino, ſi Philoſtratus veram tabulam ante oculos habuit, dubitari poteſt, an recte Comum in ea exhiberi cenſuerit; non minus enim de Somno aliquis cogitare potuiſſet, niſi forte corolla obſtare videbatur. Verum Genii coronis cincti et alibi occurrunt: Tibull. II, 2, 6. Genius — *Cui decorent ſanctas mollia ſerta comas.* Et I, 7, 52. Genius *Et capite et collo mollia ſerta gerat.* Genius diademate cinctus obuius eſt in numis familiarum; et Genius capite laureato vrbis Catinae extat apud Principem de Biſcaris *f*). Etiam *Hymenaeus* face et capite coronato inſignis eſt: Ovid. Ep. VI, 44. *Pronuba Iuno adſuit et ſertis tempora vinctus Hymen:* quomodo exhibitum eum videre ſe putabat WINCKELMAN. *Mon.* tab. CXI. p. 154. adiuncto Heſpero; etſi Genius, face altera ſublata, altera manu facem extinguenti ſimilis, vix Hymenaeum referre poteſt. Verum *ſomnolentum* Hymenaeum in noſtra tabula mali ominis et nouae nuptae abominandum eſſe dixeris; multo magis foribus thalami adſtantem: etſi eo nomine ſignum inſignitum eſt in Oxon. Marmor. tab. XIII. iuuenili ſpecie, alata, manu faci inuerſae innixa, dormienti ſimile. Somnum dixeris; nam vbique de Morte cogitare non licet, quoties faces inuerſas videmus. Illigatus tamen

trunco

praeterquam in gemma paſſim memorata, ab Aenea Vico adumbrata, aliis tamen ignota, vt de artis vetuſtate iudicium fieri nequeat; ſtat iuuenis cum face ante fores, poteſt ideo nec minus Hymenaeus eſſe. Repetita eſt gemma ab Auguſtino et Maffeio vol III, tab. 83. Alius eſt Comus Pindari; non comeſſantium, epulis factis; ſed chorum cantumque ac pompam victoria deſignans.

f) v. BARTELS *Briefe über Sicilien.* Vol. II. p. 299.

trunco appoſito arcus ad Cupidinem reuocare inmentes videtur. Somnum dixeris et illud ſignum binis facibus inſtructum, quod Hymenaei nomine inſignitum occurit e muſeo Garimberti in Cauallerio Vol. II. tab. 62. male adumbratum, et capite, vix antiqui operis, ornatum.

Tabula III. Μῦθοι. *Fabulae.* Verius *Fabula Aeſopia.* Accedunt Mythi, qua ſpecie, quo habitu, Philoſtratus non docet, coronam frondeam taeniis religatam manu tenentes, quam Aeſopo imponant. Aeſopus, ſedens, vt probabile ſit, oculis in terram defixis, meditanti ſimilis, ſubridentibus oculis, tanquam fabulam contexens, circumdatus eſt animantibus, quae in eius fabulis celebrantur; inter quae primo loco vulpes conſpicitur; ſecundo loco haud dubie lupus: qui ſecundas ab eo partes agere ſolet. Argumentum ſimplex et, ſi recte iudicamus, felix *g*).

Tabula IV. *Menoeceus.* Argumentum petitum ex rebus Thebanis; notum vel ex Phoeniſſis Euripidis. Tireſias Thebas ſaluas fore edixerat, ſi Mars placetur, Menoeceo Creontis filio pro victima mactato, ante antrum Draconis *h*); patre ignaro, filius ſuo conſilio ſe iugulat, apud Euripidem

g) Tabula a Vigenerio non minus male, quam ſuperior illa, adumbrata eſt: id quod in ſequentibus haud monebimus; comparatione enim facta facile id conſtare poteſt.

h) v. Phoeniſſ. 918 ſq. 938 ſq. De muro ſe iugulat etiam ap. Statium Theb. X, 756 ſq. Cum Philoſtrato fere conuenit Apollodor. III, 6. 7. — ἑαυτὸν πρὸ τῶν πυλῶν ἔσφαξεν.

pidem quidem de muro, qua parte ſpelunca moenibus ſubiacebat, iugulo reſecto; apud Philoſtratum autem ſtans ante ſpecum, latere enſe perfoſſo. [Addit hic plura, quae, qua arte reddita fuerint, non tuto licet pronuntiare. Vrbem ſeptem portarum in conſpectu eſſe ait; non, putamus, quaſi omnes ſeptem portae in conſpectu ſint. Admouentur vrbi ſeptem turmae Argiuorum; appropinquat Amphiaraus triſti vultu, quippe infauſtum euentum, vt vates, edoctus; reliqui duces manus ad caelum tollunt, propitium Iouis numen exorantes, praeter Capaneum, qui, deſpiciens propugnacula, muros adſpicit, tamquam ſcala expugnatu faciles.] Muris vrbis inſiſtunt Thebani propugnatores; Philoſtratus narrat tanquam mirabile artificium, in muris alios pleno corpore, alios dimidio, pectore vel capite tenus alios, proſpici: quae eo ſpectare videntur, quod murus in orbem procedens erat effictus, ita, vt longinquius recedentibus partibus ſtantium imminuerentur corpora *i*). [Hactenus

Iocus

i) Ita Philoſtratus: *ἀναλογία ταῦτα.* (non neceſſe, *ἀνάλογα* ſcribere) *δεῖ γὰρ κλέπτεσθαι τοὺς ὀφθαλμοὺς, τοῖς ἐπιτηδείοις κύκλοις συναπιόντας·* h. e. *fallendi ſunt oculi, progredientes per ea, quae in eadem linea poſita ſunt;* nam haec deminui optica fraude neceſſe eſt. Minus bene Olearius ſubiectum conſtituebat *ἄνδρας*, ita vt nec ſenſus nec ratio grammatica ſibi conſtaret. [Paullo ante: *Καπανεὺς δὲ τὰ τεύχη βλέπει, περιφρονῶν τὰς ἐπάλξεις, ὡς κλίμακι ἁλωτάς.* poſſis ſuſpicari *περιφρονεῖν* h. l. eſſe, obſeruare, non, deſpicere, modo de eo vſu ſatis conſtaret. Quod *λοχαγοὶ δεδίασι ταῦτα* (f. *ταὐτὰ*), reſpicere videtur mala omina quae ſe obtulerant. — *καὶ τὰς χεῖρας εἰς τὸν Δία αἴρουσι.* gloſſema *εἰς τὸν οὐρανὸν*, vt cod. Laud., habent quoque codd. Guelph. et inf. *εὐαγγελία* pro *εὐπαγία*

quo

locus eſt memorabilis ad diſputationem de perſpectiua lineari et optica veterum in picturis. Cum Menoeceus facinus ediderit, quod animum magnum et fortem prodit, pictor elaborate corpus robuſtum et validum effinxerat.]

Tabula V. Nilus. Pictura haec haud abludit a ſigno Nili, quod nunc in Muſeo Pioclementino viſitur, ſedecim pueris (Πήχεις, *cubitos*, eos appellat Philoſtratus cum Luciano) circa deum ludentibus, ad deſignandam menſuram Nili auctus, felicem prouentum frugum promittentis, ad exemplum ſtatuae a Plinio memoratae (lib. XXXVI, 7, 11.) in templo Pacis. Varii ſunt puerorum luſus, accommodati huius aetatis ingeniis et praeclare inſeruientes arti variandae. Abeſſe ait ſophiſta crocodilos et hippopotamos, ſcilicet qui pueros perterrefacere poſſent; quibus tamen alias Nilus declarari ſolet. Acceſſerat in pictura aliquid, quod in ſtatua non erat: Nilo ex aduerſo apparet daemon

quod Olearius ſubſtituit. In verbis: *διαφράττει δὲ αὐτὸ (τὸ μειράκιον) στέρνοις εὐαφέσι* mirum vitium eſt in Gud. 25. *εὐβαφέσι*.] Diſertus eſt ſophiſta in iuuenis ſpecie ac forma; *corpus athleticum* per partes deſcribit: de colore eſt: *οἷον τὸ τῶν μελιχρόων ἄνθος· οὓς ἐπαινεῖ ὁ τοῦ Ἀρίστωνος*: Plato de Rep. V. p. 474. (p. 55. Bip.). Legerat adeo non modo Plutarchus de auditione p. 45. A. verum etiam Philoſtratus, in Platone *μελιχρόους*, non *μελαγχλώρους*, vt in eo editum legimus: idem tamen Plato, cum *ὑποκοριστικῶς pallidos μελιχρόους* appellari ait, alio eos ſignificatu videtur dixiſſe, vt ſint *ſubflaui*, quam Philoſtratus, qui accepiſſe videtur de *fuſco* colore, qualis eſſe ſolet robuſtorum adoleſcentum, ſub dio ſe in palaeſtra exercentium. Conuenit hoc cum Lucretiano IV, 1154. *Nigra μελίχροος eſt.*

daemon Nilo praeſidens, ingenti ſpecie: quem reſpiciens Fluuius ſupplex precari videtur, vt aquarum incrementa ex voto largiatur *k*).

Tabula VI. Amores. Sunt luſus Amorum; artis ſatis ingenioſae; diſpoſitio tamen totius operis iuſta, ad certa praecepta facta, haud occurrit. Sunt varia per aream diſperſa ſymplegmata; modo cateruae, modo plures pueri inter ſe ſociati. Quod facile probes: geritur res in viridario, quod rhetorice deſcribitur *l*). Amores circumuolitant, alis verſicoloribus, caeruleis, puniceis, aureis, alii arborum ramis appendentes pharetras ſuas; ſtratum ſolum amiculis variegatis, quae ad leuandum corpus abieciſſe videri poſſunt, cum calathis ad colligenda poma. Alii choreas agunt, diſcurrunt, dormiunt,

k) [Phantaſma hoc daemonis fontibus Nili inſidentis et aquas, aquarii caeleſtis more, effundentis; petitum eſt ex Pindaro: v. Fragmenta Pind. Incerta p 125. XC. qui eum Ganymedi aſſimulauerat. Porro in princ. cap. *προσάγεται οὖν καὶ οἷον ἔρχεται αὐτῷ ἐκ τοῦ ὕδατος βρέφη ἁπαλὰ καὶ μειδιῶντα.* In binis codd. Guelpherb eſt pro *αὐτῷ*, *αὐτοῖς*: vt ad *Αἰγυπτίοις* referatur. Inferius: *ἐν Αἰθιοπίᾳ δὲ, ὅθεν ἔρχεται* Nilus. Guelph. 25. Gud *ἄρχεται.* Paullo ante eſt locus, in quo haereas: pueri Nilo inſident; at ille iis flores progignit, *ὡς στεφάνους τε ἀπ' αὐτῶν διαπλέκοιεν, καὶ καθεύδοιεν ἐπὶ τῶν ἀνθέων, ἱεροὶ καὶ εὐώδεις.* quid *ἱεροὶ*, dixeris? Leg. *διεροὶ*, roſcidi, inter flores, et fragrantes, ipſi pueri. Video Wakefield in Add. ad Moſchum corrigere *ἵμεροι.* quid tamen tunc *εὐώδεις*?]

l) [In verbis *μῆλα — προσάγονται τὸν ἑσμὸν ὅλων τῶν Ἐρώτων* apertum vitium eſt *ὅλων*, pro *τὸν ἑσμὸν ὅλον Ἐ.* Paullo poſt pro *μονονοὺ*, eſt in codd. Guelph. *μονονουχί.*]

nunt, pomis veſcuntur. Inter ceteros duo ſe ſtuo pomis petunt, alter iaciendo, alter iacta excipiendo; alii duo ſe petunt ſagittis: quorum iſtos philſtra interpretatur de iungentibus amorem *m*), is de amore alte in pectus deſcendente, ita vt conſtantiam promittat; alii ſunt luctantes, alii leporem venantes *n*).

Eſt in extrema tabula in proſpectu rupes cum antro, quod Veneris eſſe, donaria cum titulo in ribus ſuſpenſa, ſpeculum argenteum, ſandalia aurea

m) Alter *φιλήσας*, *amans* (non, vt Olear. accipit, *exoſculatus*) alter *ὡς ἀντιφιλήσων*.

n) In vtroque rhetor admodum verboſus eſt. Lucta in eo eſt obſeruatu digna, quod, etſi luſus cauſſa illa ſit, tamen luctantes ſibi mutuo dolores creant, alter intorquendo digitum, alter mordendo auram. Quo forte dubitationi occurri poteſt in interpretando nobiliſſimo ſymplegmate Florentiae ſeruato, quo duo Niobes filios exhiberi luctantes probabile ſit; niſi quod exercitationi et luſui non conuenire videtur violenta brachii intorſio, qua alter victum ad confeſſionem victoriae adigit. Mira Olearius comminiſcitur in verbis *εἰς πνῖγμα ἀπολαμβάνει*; accipimus ſimpliciter dictum: eum *comprehendit, tanquam ſuffocaturus*, ſeu, vt eum ſuffocet; et de digitis, vno ex iis reflexo, *quo fit vt reliqui non amplius firmiter tenere, neque tenaciter inhaerere poſſint*: *μεθ' ὃν οὐκέτι οἱ λοιποὶ ἔχουσιν, οὐδὲ εἰσὶν* (an pro *μένουσιν*?) *ἐν τῷ ἀπρίξ*. Poterat ſufficere *οὐκέτι ἔχουσι* (*tenent*) *ἀπρίξ*. [Lepores vtroque ſexu potentes, et ex iis philtrum, illuſtrat Olearius haud male. In verbis: *λέγεται μὲν οὖν περὶ τοῦ θήλεος, θηλάζειν τε αὐτὸν ἅ. ἅτ...* etc. Eſt *τὸ θῆλυ*, ideoque leg. *αὐτό*. Sicque in Guelph. 25. Gud. In ſeqq. *σὺ δέ μοι, τὴν Ἀφροδίτην βλέπε. ποῦ δὲ, κατὰ τί τῶν μήλων, ἐκείνη*; vbi illa et qua parte pomarii!" Ita lenior oratio, quam quod Olear. poſuit, *ἐκείνῃ*. Sunt *τὰ μῆλα* pro *ταῖς μηλέαις* dicta.]

aurea, et aureae fibulae arguunt; tum Amores p morum primititas deae ferentes et vota facientes.

Tabula VII. Memnon. Memnonis ab Achil caeſi corpus in medio Aethiopum, qui circun ſtant, et planctus faciunt, poſitum eſt. Locu apparet eſſe caſtra Troianorum, e longinquo Tr iam vrbem. Memnon inſignis eſt ingenti corp ris ſpecie, capillis denſis ac criſpis, vultu viril prima lanugine. Nigredo corporis nitore aliqu ſe commendat *o*). Dies iam eſt veſperaſcens, co lumque ſubnigrum; ita vt locum habeat, quo narratur Aurora filium clam ſurreptum in Aethi piam abduxiſſe; [conſpicitur in extrema tabu concurſatio hominum et, in aliquo terrae loco, t mulus, non Memnonis; nam is in Aethiopia i ſaxum nigrum verſus eſt *p*).]

Tabula VIII. Neptunus et Amymone. Nept nus mari inuehitur inſiſtens currui iunctis hipp campis, profecturus ad Amymonen vnam e Dan filiabus rapiendam: illa hauſta ex Inacho aq rediens conſpectu dei perterrita, ſtans attonit vrnam, quam portat, manu ſibi effluere haud ſe ti

o) *τὸ ἀκραῖτως ἐν αὐτῷ μέλαν ὑποφαίνει τι ἄνθους* ſc *ἄνθος* eſt in omni colore, inprimis in purpura, ſple dor coloris. [In pr. cap. *τὰ ὅπλα δὲ αὐτοῖς ἀπόκειτ* Gud. 25. legit *ὑπόκειται.*]

p) Ita enim putamus conſtituenda eſſe haec picta, qu rhetorice ſunt exornata. [Ait deos ferri nubibu Auroram lugere filium, et contriſtare Solem, et N ctem orare, vt ea tempus ſuum anteuertat et exer tum inuoluat, vt ipſa poſſit filium ſurripere, Io haec annuente. *Καὶ ἰδοὺ*, pergit, *ἐκκέκλεπται, ἔστιν ἐπὶ τέρμασι τῆς γραφῆς σπουδῆ, καὶ κατά τι τ γῆς τάφος, οὐδαμοῦ Μέμνονος.* niſi fuit, *οὐδαμ Μέμνων.*]

tit. Argumentum nec iniucundum nec tractatu indignum. Ceterum mare candido colore pictum erat, ſcilicet fluctibus ſpumantibus, auro tamen circumcirca fulgens ex caeli ſerenitate *q*).

Tabula IX. Paludes. Chorographiam eſſe puta, cuius generis tam pauca exempla memorantur inter antiquae artis opera. Eſt conuallis irrigua montibus vtrinque incluſa, plantis, quae loca irrigua amant, vireſcens. Montes autem variis arboribus conſiti ſunt, quae diuerſae naturae ſolum arguunt, tenuis, argilloſae, ſaxoſae, pinibus, cupreſſis, abietibus. A montibus deſcendunt riuuli et incertis flexibus vallem pererrant. Aquis innatant aues aquaticae, anates, anſeres, ciconiae, non vno motu et habitu. Colliguntur aquae e limpidiſſimo fonte in piſcinam, cui innatant cygni, quibus Amores inſidentes luſus varios exercent. [Cernitur Zephyrus, iuuenis alatus, tanquam cygnorum cantibus adſpirans; quo ſtatu exhibitus

 fuerit,

q) Quae adduntur de fluctibus iam ſe tollentibus et incuruantibus in arcus modum, ſub quo deus potiatur amplexu puellae, rhetoris ſunt, non pictoris. Reſpexiſſe Philoſtratum notum locum Homeri Iliad. N. 17 ſqq. manifeſtum fit; non tamen cum poetae reprehenſione, quod Olearius autumabat: diſcrimen tantum indicat, quod in poeta equi χαλκέποδες, in tabula ſunt hippocampi, [vngulis ſuperficiem maris radentes et nantes (νευτικοί) et glauci et delphinis plane ſimiles. Porro de his hippocampis ſunt verba haec: ἐνταῦθα δὲ ἱππόκαμποι τὸ ἅρμα, quod per ſe poteſt ferri in Sophiſta; ſunt illi vectura, vehunt currum; amplectenda tamen eſt emendatio Iacobſii Tom. II. Exerc. p. 75. ſophiſtico acumine digna: ἱππόκαμποι τὰ οὐραῖα, inferiori parte.]

fuerit, non memoratur *r*).] In proſpectu eſt amnis *s*), ripis palma in aquam prolapſa iunctis, pro ponte, quo incedunt caprarii et paſtores ouium cum gregibus; palmam marem eſſe ſophiſta contendit, quae alteram palmam feminam in aduerſa ripa natam appetens demiſerat ſe ad eam attingendam et fecundandam; quandoquidem vtriusque ſexus arbores in mutuos amplexus ferri et puluere maris feminam maritari ferunt.

Tabula X. Amphion. Sedet Amphion lyrae cantu ſaxa mouens; vt ad murum Thebarum exſtruendum ſponte illa accurrant. Ars rhetoris ſe exerit primo in lyra deſcribenda; ita vt locus hic ſit ad lyrae ſtructuram admodum notabilis *t*); tum Amphion

r) [ἐνδιδοὺς eſt proprie exorſus, auſpicatus (*der den Ton angibt*), vnde τὸ ἐνδόσιμον. Videtur Sophiſtae praeiuiſſe poeta antiquus lyricus. Eſt quoque apud Nicephorum Gregorium Hiſt. Byz. VIII. p. 205. Par. ὡς ἂν ὑπὸ Ζεφύρῳ πρωϊνῷ κύκνοι ᾄσειαν ἐμμελές.]

s) ἰδοὺ καὶ ποταμὸς ὑπεξέρχεται τοῦ ἕλους εὐρὺς καὶ ὑποκυμαίνων. putes riuulos in amnem fuiſſe collectos. Verum res ita traditur, ac ſi ex ipſa conualle prodierit amnis. [Ceterum cumulata ſunt in hoc capite ornamenta rhetorica et poetica orationis. In his cygni alii narrantur cingere ripas ἐπᾴδοντες, οἶμαι, τὸ ὄρθιον ὡς πρὸς τρόπον τοῖς ἁμιλλωμένοις. Lege τὸν ὄρθιον ſcil. νόμον, ſicque eſt in Guelph. 25. Gud. ſcriptum. Tum iungenda ſunt ἁμιλλᾶσθαι πρὸς τρόπον, certare ad numeros muſicos. Quod alias eſt ὑπὸ, vt incedunt milites ὑπ' αὐλοῦ ap. Xenophontem; σημεῖον τῆς ᾠδῆς autem iunge per appoſ. cum τὸν ὄρθιον.]

t) [Affectata tamen Sophiſtae oratio multa obſcurat. Amphion ψάλλει· καὶ ἡ ἑτέρα χεὶρ τείνει τὸν νοῦν εἰς τὴν πηκτίδα. quomodo dextra animum intendere poteſt in plectrum, quod ille dextra tenet? An χεὶρ — τείνεται οὖν εἰς τὴν πηκτίδα. extenditur ad plectrum, vt id arripiat, atque fides pulſet. Forte tamen τὸν νοῦν

Amphion ipſe accinit chordis; coma ei eſt fronti oberrans, flaua, faſcia religata *u*); chlamys vario

colore;

νοῦν ſpectantis intelligit. In antecedentibus teſtudinem ambiunt circuli ξανθοῖς τοῖς ὀμφαλοῖς, recte haud dubie; in cod. Guelph. 77. perperam eſt ὀφθαλμοῖς. Verſus finem, vbi ſedet Amphion in colliculo: cod. 71. κάθηται δὲ ἐπὶ κολωνοῦ, τῷ μὲν ποδὶ (quod praefero) κρούων ξυμμελὲς, τῇ δεξιᾷ δὲ πλήττων, non παραπλήττων.]

u) ἡ κόμη ἀναλύουσα μὲν τῷ μετώπῳ oberrans; (lubentes caremus coniectura Pierſon, Veriſ. p. 230. ἐπισαλεύουσα) — ἡδίων δὲ μετὰ τῆς μίτρης, ἥν φασιν οἱ τῶν ἀποθέτων ποιηταὶ Χάριτας καμεῖν, ἄγαλμα ἥδιστον καὶ πρὸς ἔσχατον τῇ λύρᾳ. δοκῶ (δοκεῖ) μοι τὸν Ἑρμῆν, ἔρωτι κατειλημμένον, δοῦναι Ἀμφίονι ἄμφω τὰ δῶρα. Inſunt in his, quae lectorem teneant: *mitram*, diadema puta, faſciam affabre textam, *quam poetae dicunt Gratias elaboraſſe*: ſed ſunt οἱ τῶν ἀποθέτων ποιηταί. τὰ ἀπόθετα inter modos aulodicos, ſecundum alios, etiam inter lyricos fuiſſe, ſatis conſtat, et monuit h. l. Olearius: docet Pollux IV, 65. Ad poetas tamen quomodo illi modi ſpectarint, vt ἀποθέτων poetae h. l. memorari poſſint, haud apparet; niſi ſophiſta doctrinam affectauit, cum omnino lyricum poetam declarare vellet. [Nec meliora didiceris ex Wernsdorf. ad Himerium Or. III, 1. p. 430. quem Iacobs l. c. laudauit cum Iungermanno ad Pollux. l. c. Conueniret forte, τὰ ἀπόθετα dici carmina minus frequentata et lecta. In cod. Guelph. 77. τῶν ἀποθέτων ποιητῶν legitur. Notabo adhuc lectionem e codd. χάριτας κοσμεῖν pro καμεῖν, gloſſema. Male Olear. οὖσα poſt μήτηρ extruſit, quod tamen etiam codd. ſeruant; interpungendum eſt: ᾄδει δὲ, οἶμαι, τὴν γῆν, ὅτι, πάντων γενέτειρα καὶ μήτηρ οὖσα, καὶ αὐτόματα ἥδε τείχη δίδωσιν. quod cum illa ſit genetrix omnium et mater, edat quoque ea nunc muros ex ſe.] Quis autem ſenſus in iſtis: ἄγαλμα ἥδιστον καὶ πρὸς ἔσχατόν τῇ λύρᾳ? Vertitur: *donum acceptiſſimum lyraque non inferius multo*. His Graeca vix reſpondent. Suſpicari licet legendum eſſe καὶ προσεχέστατον τῇ λύρᾳ et *cum lyra coniunctiſſimum*: quippe

citha-

colore; quem Sophiſta cum iride comparat; vt in ipſa tabula colorem variaſſe credas; eminere quoque digiti videntur e tabula, qui fides tractant. Ipſe Amphion inſidet colliculo; ſolum pede ad numeros pulſat.

Hactenus in Philoſtrato continuata eſto tela, vt et hac ex parte ſatisfeciſſe videamur officio noſtro: Vos, Commilitones, ſatisfacite pariter veſtro, vt frequentes affluatis ſollennibus, bona verba dicatis fauſtumque rerum curſum precemini, praeeuntibus iis qui e cathedra verba facturi ſunt. PP. pridie Kal. Septembr. cIɔIɔccxcvi.

citharoedo ſolenne; tam praeclarum, vt vtrumque lyra et diadema, cum chlamyde, de qua ſtatim agitur, ab Mercurio donatum eſſe videri poſſet Amphioni tanquam dei amaſio. [Hanc ſuſpicionem video nunc firmatam codice Gudiano, in quo diſerte ita legitur etiam in cod. 82. Vtque ex Iacobs l. c. diſco, ita iam coniecerat Koen ad Gregor. p. 85.] In deſcri ptione pulſatarum fidium verba: *τῇ δεξιᾷ παρακλήτ των τὰς νευρὰς ψάλλει, καὶ ἡ ἑτέρα χεὶρ ἐν ὀρθαῖς ταῖ τῶν δακτύλων προβολαῖς*, (ſupple, ψάλλει.) *ὅπε οἶμαι πλαστικὴν ῥιπκυθκδιεῖσθαι μόνην. quod ſolam fingendi artem exprimere auſuram credo.* Oleariu bene monet, cum his parum conuenire antecedentia ſi vertantur: *altera manus recta protenſos habet digi tos* hoc ſenſu, vt admoueantur digiti fidibus, pro tenti illi, adeoque *ὀρθαῖς προβολαῖς*. etſi ſic etiam *προςβολαῖς* accommodatum eſſet; nam admouentur *προςβάλλονται*, digiti protenti fidibus pulſandi. Nihil in hoc eſſe, quod miretur aliquis pictura ex primi poſſe; at eſſe aliud, quod Philoſtratus miratio nem facere dicere potuit: *extare viſos eſſe et promi nere tabula digitos*, non ſecus atque ſtatuaria extan tia ac prominentia reddere poteſt: quod v. c. mira ſunt veteres in Apellis tabula: *digitos eminere vide et fulmen extra tabulam eſſe.*

II

III.

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE
PRORECTOR
CAROL. FRIDER. STAEUDLIN D.
CVM SENATV
SVCCESSOREM
IN
MAGISTRATV ACADEMICO
IVSTVM FRID. RVNDE D.
CIVIBVS SVIS
HONORIS ET OFFICII CAVSSA
COMMENDAT
IN KALENDAS MARTIAS CIƆIƆCCXCVII.

Philoſtrati Imaginum illuſtratio.
Particula III. Tabulas Lib. I. XI - XVII. complexa.

Cum temporis, quod nobis viuentibus effluit, in partes ſuas maiores, minoresque diſſecti ac diſpoſiti, vtilitates ſint plurimae: habet ea res etiam hoc beneficii, vt partim rerum, eodem curſu perpetuo et continuo eodem tenore decurrentium, taedium animis eximatur, partim certis tanquam ſpatiis ſubſiſti atque diſpici poſſit, quantum curſus emenſi ſimus, quantum emetiendum reſtet, quae ſint ſpes, quae vota; quae rationis conſilia, quae prudentiae; inprimis autem ad animi pietatem

magnum in his temporum diſcretis interuallis eſt inuitamentum, magnum quoque incitamentum, cum, his temporum notis, facilius poſſit recenſus inſtitui et in ſummam colligi, qui progreſſus in vitae emendatione, virtutis ac bonae mentis litterarumque ſtudio, ſint facti *a*); qua fide, quo fructu ad nos ipſos, ad rempublicam, eiusque partes, quae nobis mandatae ſunt, res ſint geſtae ac curatae; quae tandem bona optimi numinis indulgentia intra certi temporis fines in nos cumulauerit. Habent itaque hoc quoque boni ſemeſtrium horum decurſuum academicorum interualla, cum in lectionibus publice proponendis habendisque, tum in magiſtratu academico ſumendo ac deponendo, quod vel inuitis aut alia agentibus offert ſe recordatio ac recenſus eorum, quae per ſemeſtre hoc tempus in republica geſta, acta ac curata ſint; tum cogitatio deducatur neceſſe eſt ad felicitatis noſtrae conſiderationem, quod, bellicis calamitatibus a tot inde annis Germaniae fines miſere vexantibus, nobis adhuc licuit in otio ac ſecuritate viuere, bonarum litterarum ſtudiis vacare et armis vndique ſtrepentibus pacis tranquillitate frui. Quid? quod res noſtra academica multis bonis aucta et locupletata eſt, inque his vno inprimis magnoque beneficio, quod legum academicarum noua recognitio curata et emendatius earum digeſtum euulgatum eſt; quod enim prudentiſſimi quique viri ſaepe monuere, legum, poſt aliquot annorum interuallum perluſtrandarum, et aliarum expungendarum

aliarum

a) [Secundum Pythagoreum illud: πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη.]

aliarum temporum viciſſitudinibus et rationibus accommodandarum neceſſitatem in rep. ſuboriri; hoc multo magis in republica academica locum habet. Docuit etiam ſtudium huius generis ſubtilius, eſſe leges tanto meliores, quo ſint pauciores ac breuiores; magnum contra malum eſſe, ſi leges ad magnum numerum excreuerint *b*); cum tamen tempora ſubinde aut ferant aut flagitent noua decreta, quae ſeu euentus ſeu caſus ſeu metus poſtulare videatur: ſumma cum laude praedicandum eſt ſummorum, qui res noſtras curant, virorum ſtudium, quo legum codici repetitae praelectionis prouiſum eſt, adhibitis in conſilium viris ex noſtro ordine prudentiſſimis, reip. amantiſſimis, inque his iuris peritiſſimi viri, cuius nobis nunc indicendus eſt magiſtratus academicus, quem craſtino die bonis auſpiciis ingreſſurus eſt,

IVSTVS FRIDERICVS RVNDE D.

b) Multae ſunt veterum hanc in rem ſententiae egregiae, iam primum ipſius Platonis: παρ' οἷς πολλοὶ νόμοι καὶ δίκαι, παρὰ τούτοις καὶ βίοι μοχθηροί. Et notum illud: *corruptiſſima republica plurimae leges.* De breuitate autem Senecae notus locus Ep. 94. (p. 704. ed. Lipſ.) *Legem breuem eſſe oportet, quo facilius ab imperitis teneatur, velut emiſſa diuinitus vox ſit; iubeat, non diſputet etc.* Et de legibus ſaepe nouatis iſtud trochaicum:

Lex ſaepe innouata, quamuis ſit bona, eſt peior mala,

Nec memoria elabatur neceſſe eſt alterum:

Nil valent, niſi et cuſtodes nactae ſunt, leges bonae.

[Hoc quidem poſtremum illud eſſe videmus, quo plerumque optima inſtituta, primum languore, tum tanquam tabe correpta, intereunt. Tanto difficilior eſt aſſidua inſpectio et conſtans diſciplinae ſeueritas, quam bonarum legum condendarum ſagacitas et prudentia.]

ſpectatus ille vobis, Ciues, iam antea magiſtratu magna cum laude geſto, nobis autem per omne tempus, amore academiae, et iuſti rectique cuſtodia, ea cum ſeueritate quae a legum ac iurium perito proficiſci poteſt ac debet. Magiſtratum itaque eius fauſtum proſperumque vobisque, commilitones, fructuoſum decurſum eſſe habiturum, cum ominamur, tum animo praeuidemus et tanquam pignore poſito ſpondemus.

Quae ex officii nobis impoſiti ratione cum iam ſint expedita ac peracta: faciemus id, quod grauioribus curis expediti facere ſolemus, vt ad leuiora delabatur ſermo, et, cum propoſita ſemel ſit huic ſermoni tabularum, quas Philoſtratus rhetorico fuco plerumque ornauit, ſaepe corrupit ac deformauit, expoſitio ad artis normam inſtruenda: agite redeamus ad hanc quam exorſi nuper eramus telam, non iam detexendam, verum, vt res ferent, iterum iterumque in manus ſumendam atque bono cum deo aliquando pertexendam. Perventum erat in ſuperiore commentatione ad tabulam vndecimam libri primi.

Tabula XI. Phaethon. Cum in hoc commentandi inſtituto non de fabulis, ſed de arte ac modo, quo illae ingenio artificis per lineas et colores redditae fuerint, agatur: aliena eſſet omnis doctrinae oſtentatio cum in expoſitione fabulae, tum in eius illuſtratione; attingenda ſunt ea tantum, quae cum conſilio coniuncta ſunt et argumento illuſtrando inſeruiunt; itaque nec in verbis Philoſtrati opera occupata eſſe poteſt ac debet, niſi quoad

ipſa

ipſa res id poſtulat; cuius tamen generis pleraque in marginem reiicientur Fabulam itaque de Phaethonte haud commemoramus, neque eius originem probabilem diuerſarumque fabularum contuſionem, qua compages ea concreuit, quam Ouidius aliique expoſuere, quamque auctor noſter ſequutus eſt, attingimus; ſpeciem ipſius tabulae exhibemus: id quod, cum alias raro id ſequi liceat, in hoc capite Sophiſtae ipſius verbis magna ex parte facere licet. Quod itaque caput et ſummam tabulae couſtitueret, eſſe debuit *currus* et *Phaethon*; "Caeleſtia turbata; medio die ſuboritur nox; ſolis orbis in terram defluens ſtellas trahit. Horae, quae caeli portas ſeruant, in tenebras ſibi occurrentes ruunt" *c*). Equi, iugo excuſſo, oeſtro aguntur. Terra (feminae ſcilicet habitu, vt ſaepe occurrit, etiam in Onyche Brunſuicenſi, humi recumbens) iam in eo eſt vt deficiat, et palmas ad caelum tendit, igne in eam cum impetu ruente *d*). Excidit curru adoleſcentulus et praeceps ruit, comam ambuſtus et fumo iam ſuffocatus *e*). In Eridanum

c) *Αἱ δὲ Ὧραι, τὰς πύλας ἐκλιποῦσαι, φεύγουσιν εἰς τὴν ἀπαντῶσαν αὐταῖς ἀχλύν.* Tenebras ſubortas verſus orientem volui ſic neceſſe eſt. [At prius illud in pictura portentoſum eſſe debuit: Sol in terram pronus cum ſtellis cadentibus; quod rudis ſeriorum ars in Iudicio nouiſſimo, quod appellamus, pingendo ſequuta eſt. Nec vero apparet, quomodo artifex *Solis orbem* (*ἡλίου κύκλον*) apponere potuerit; cum ille Phaethontem Solis curru inuectum et ex eo ſolis lucem ſpargentem exhibere debuerit.

d) Ornauit haec Ouidius Met. II, 272 ſqq.

e) *Τὰ στέρνα ὑποτύφεται* non: *inflammatus pectora*, vt vertitur latine. Ouid. Met. II, 229-232. *Ferentes*

danum autem delabitur, (fabuloſum illum priſcae vitae et priſcorum poetarum amnem, (v. Herodot. III, 115.) quem ſeriores minus bene in Padum mutarunt; de quo nec Sophiſta cogitaſſe videtur). [Quae ſequuntur: amni innatare cygnos, iamiam canentibus ſimiles: quam fabulae partem multis ille modis ornat, rhetoricae oſtentationi forte conuenienter *f*), magis quam arti; haec inquam, ad picturam haud ſpectant, quod Interpretes

tes auras, velut e fornace profunda, Ore trahit, — calidoque inuoluitur undique fumo. Idem 319. *At Phaethon, rutilos flamma populante capillos, voluitur in praeceps etc.*

f) Eſt enim rhetoricum aliquod pigmentum, quoties cygnorum canentium mentio fit, *Zephyri auram adſpirantem* commemorari: vt ſup. in Paludibus, tab. IX. add. inf. XX. princ. Affrictum hoc pigmentum paſſim ſophiſtarum fucatae orationi; vt Himerio Or. XIV, 7. σιγᾷ καὶ κύκνος παρὰ Καΰστρῳ, ἑτέρου τινὸς ἀνέμου πνεύσαντος. ἀλλὰ — αὐτὸς περιμένει τὸν Ζέφυρον, ὑπ' ἐκείνῳ μόνῳ βουλόμενος τὴν ἑαυτοῦ μουσικὴν ἐργάζεσθαι. Praeiuit his deliciis Anacreon Hymno in Apollinem: (ed. Fiſch. p. 328. ed. 93.) ἅτε τις κύκνος Καΰστρου πολιοῖς πτεροῖσι μέλπων ἀνέμου σύναυλον ἠχήν. In verbis noſtri loci difficultas eſt: Ζεφύρῳ τε χρήσονται (cygni) πρὸς τὴν ᾠδὴν, ἐλαφρῷ καὶ ἐνοδίῳ· λέγεται γὰρ ξυναυλίαν τοῦ θρήνου τοῖς κύκνοις ὁμολογῆσαι. ταῦτά τοι καὶ πάρεστι τοῖς ὄρνισιν· ὥστε ὥρα καὶ ψάλλειν αὐτοὺς οἷον ὄργανα. Verſa ſunt: *Zephyro autem ad hanc cantilenam utentur facili atque obuio* (ἐνοδίῳ: non clarum, quo ſenſu; an de vento leni terrae ſuperficiem, herbas et flores, perſtringente? Sed legendum, εὐδίῳ. vt Ζέφυρος εὔδιος ſit *lenis*, qualis ſereno caelo eſſe ſolet: vt, ex Xenoph. H. Gr. I, 7, 39. laudatur, ἐπεὶ ὁ ἄνεμος εὐδιαίτερος ἦν. et ἐκ δ' ἀνέμοιο εὔδιοι ἄκραν Apollon. I, 521.) *dicitur enim ille ad leſſum ipſum conſpirare. Haec itaque in auium iſtarum quoque natura ſunt; vt et expectandum ſit, vt perinde atque organa canant.*

tes credidere, et ipſi prima lectione arripueramus; ſed interponuntur haec a Sophiſta tanquam futura, et ex hoc Phaethontis caſu euentura, quandoquidem Cycnus, eius cognatus et amator, luctu ac deſiderio eius in olorem eſt mutatus: a quo cygnorum genus ortum habuit *g*).]. In ripa adſtant ſorores Phaethontis, Heliades, iam radicibus in terra fixis, manibus in ramos exeuntibus, et ſupra caput eminentibus populeis frondibus; lacrimae autem aureae ſub palpebris emicant, ſuccinum referentes *h*). Lacrimatur quoque Fluuius ſupra aquas emer-

g) [Verba Philoſtrati ſunt: Phaethon ποταμῷ τῷ Ἠριδανῷ ἐμπεσεῖται, καὶ παρέξει μῦθόν τινα τῷ ὕδατι· κύκνοι γὰρ δή, ἀναφυσῶντες ἡδύ, τὸ ἔνθεν (h. e. κατὰ τὸ ἔνθεν) καὶ (hoc interpoſitum in codd. et edd. omiſſum ab Oleario) ποιήσονται ᾠδὴν τὸ μειράκιον. pergit: et olores caſum hunc Καΰστρῳ καὶ Ἴστρῳ ᾄσονται. Iſtro cycni additi videntur ex fabulis Hyperboreorum. Pierſonus ſuſpicabatur καὶ Ἴστρῳ natum eſſe ex antecedente Καΰστρῳ.]

h) Καὶ ἡ γραφὴ ταῦτα οἶδε. ῥίζας γὰρ βαλομένη (ſc. ἡ γραφὴ) ταῖς κορυφαῖς, τὰ μὲν εἰς ὀμφαλὸν δένδρα αὐτάς, τὰς δὲ χεῖρας ὄζοι φθάνουσι: haec ſenſu carent, non enim *verticibus*, ſed *plantis* radices tribuuntur. Leg. ῥίζας γὰρ βαλομένη ταῖς κόραις. *puellis radices ſubiiciens*. Ouid. l. c. II, 346 ſqq. Jacobs Exerc. T. II. p. 80. coniecit ῥίζας γὰρ βαλομένη ταῖς παρυφαῖς, vt limbus puellae abierit in radices. Iam in lacrimis pictorem valde ſubtilem fuiſſe neceſſe eſt; nam aliae lacrimae in pupillis caeſiis haerentes aucto hinc fulgore radiabant; (τὸ δὲ ταῖς παρειαῖς ἐντυγχάνον δάκρυον μαρμαίρει περὶ τὸ ἐκείνων ἔρευθος. in codd. eſt ἐκείναις); aliae in genis ipſo rubore lucebant, τὰ δὲ στεγάζοντα κατὰ τοῦ στέρνου, χρυσὸς ἤδη. Corruptum στεγάζοντα, leg. στάζοντα *in pectus ſtillantia* [habent quoque hoc codd. Guelpherb.]. Nam δάκρυα στάζειν aliquis dicitur, et quoque τὰ δάκρυα στάζει, *defluunt*. Sic

emergens *i*), et ſinum expandens tanquam Phaethontem caſurum iamiam excepturus. Quomodo pictor in incendio reddendo verſatus ſit, quemque ſplendorem vel lucem ceteris inde affulgentem reddiderit, nihil memorat Sophiſta *k*).

XII. XIII. Boſporus. Piſcatores. [Non ſatis diſerte haec expoſuit Sophiſta; ſintne duae inter ſe diuerſae tabulae; vt fere in codd. et edd. disiunguntur; vt piſcatio thynnorum in freto alterius tabulae argumentum conſtituat; an, quod pro-

Sic ap. Eurip. *δακρύοισι κόρας στάζω.* Lucian. de Electro pr. narrat *ἀποστάζειν ἔτι αὐτῶν δάκρυον δῆθεν τὸ ἤλεκτρον.* Ad rem compara Apollon. IV. 603 ſqq. vbi *ἀμφὶ δὲ κοῦραι Ἡλιάδες ταναῇσιν ἐλιγμέναι αἰγείροισιν*, vt nunc legitur, antea *ἐφήμεναι*, et *ἀείμεναι*, fuiſſe videtur *ἐνημμέναι*, ab *ἐνάπτω*, innecto, *implico*.

i) *Θρηνεῖ καὶ ὁ Ποταμὸς, ἀνέχων τῆς δίνης.* Non bene verſum: *luget fluuius verticem ſuum cohibens.* [Τὸ γὰρ σχῆμα δεξομένου habemus ex emendatione viri docti ap. Morell. nam codd. et edd. *χρῶμα.* Sequitur: *τὰς δὲ Ἡλιάδας γεωργήσει αὐτίκα* (ſcil. fluuius Eridanus), elaborabit Heliadas, h. e. earum lacrimas, vertendo eas in ſuccinum. *γεωργεῖν* vſu ſeriorum, inprimis Patrum.]

k) Phaethontis caſus paucis artis monumentis expreſſus ad nos peruenit. Borgheſium marmor ap. Winckelm. Mon. ined. t. 43. ad Ouidii fere exemplum compoſitum eſſe dixeris; arte commendant ſe gemmae aliquot, ſed dubiae antiquitatis. Heliades, Phaethontis ſorores, in Accoleiae familiae denariis obuiae ſunt, cum P. Accoleii Lariſcoli nomine. Scopas ap. Plin. XXXVI, 4. S. 7. fecit Venerem, Pothon et *Phaethontem, qui Samothrace ſanctiſſimis caerimoniis coluntur.* Noli tamen hic de noſtro Phaethonte cogitare; erant enim hi Samothracica numina Cabiris ſubſtituta ſeriore religione.

probabilius ſit,] vtrumque caput vnius eiusdemque tabulae argumentum conſtituerit, varium et multiplex, nullo cum iudicio, nulla arte, quantum aſſequi licet, diſpoſitum. Eſt tabula genus *Chorographiae:* Proſpicitur Boſporus Thracicus cum littorali plaga Aſiae; quem proſpectum inde ab vrbe Conſtantinopoli omnes, qui ea loca adiere, ſatis laudare nequeunt; nec tamen, quantum intelligi poteſt, ad naturae veritatem memoratus ille eſt, ſed ingenio plura, paſſim obuia, in vnum cumulante. Proſpectus in tabula ſit e littore Europae. Vt breuiter ſummam complectamur: Ab hac parte venantur pueri equis inſidentes, et cum feris captis in Aſiam traiiciunt; alia proſpicitur domus amoena, alia domus in ipſo littore haerens, e praerupto ſupra mare prominens, a muliere inhabitata; et ſubter ea in mari amatorum naualis comiſſatio ſeu luſus; procul in terra armenta, venatio, aratio, amnis, lacus, fontes; extrema claudit templum cum pharo; tum piſcatio thynnorum in ipſo freto. Haec tam varia quomodo in vnum argumentum collecta ac diſpoſita fuerint, ex Sophiſta non ſatis aſſequimur.

Sunt adhuc ſigillatim nonnulla adiicienda aut monenda. Primo venantes pueros inclamant mulieres eorum vitae timentes: quod additur, nauem eos transuehere in littus aduerſum, et ibi iam ancoras iacere, hoc non niſi, dum alii curſu verſus littus contendunt, aliis traiectu iam facto nauem ad alterum littus appellentibus, indicatum eſſe potuit; tendunt hi ad domum admodum amoenam

ſitu

ſitu et ſtructura *l*): Porro in littoris parte paullo editiore ſtat Amor digitum in mare intendens. Quis ex his aſſequatur, quod ſignificatum eſſe voluit pictor: puellam cum amatore, omni ſpe potiundi votis ſuis abſciſſa, ex hoc ſcopulo mutuo amplexu ſe in mare praecipitaſſe. Alia domus a puella inhabitatur, quae, vt procos euitaret, in ſolitudinem hanc ſe abdiderat; ſed ecce amatores nauibus domum in abrupto ſtantem obſident comiſſantium in morem. [Voluitne Sophiſta duas puellas, alteram caſtam, alteram procacem, exhibere *m*)? Erat inde proſpectus in interiora continentis: paſcua cum armentis, agricolae, venatores cum amnibus, paludibus, fontibus.] Extrema tabulae

l) Pulcerrima res in ea eſſe fertur porticus: τὸ δὲ κάλλιστον αὐτῆς, ἡμίκυκλος περιέστηκε, στοὰ τῇ θαλάσσῃ. *ad littus extructa porticus mare ambiens*, ergo, qua mare ſinum facit? et ante domum? ad frigus ſcilicet captandum et ad proſpectus voluptatem. [Tales porticus conſpiciuntur in tabulis Herculanenſibus.] Narrat porro, porticum exſtructam eſſe lapide cerei coloris; eſſe enim in Phrygia fontem calidae aquae, qui, ſi imbribus augetur, lapicidinam inundat, et (partibus ſuis metallicis) varios lapidibus colores obducit." [Hic vtique locus memorabilis eſt de certo marmoris genere, eiusque natura: aliunde non nota. Abundauit autem Phrygia marmoribus, quorum nobile genus Synnadicum; de quo v. Strabon. XII, p. 865. A.]

m) [Procax puella et illudens amatoribus χλιδῶσα τοὺς ἐρῶντας, καὶ οὐ πλεῖν μόνον ἀλλὰ καὶ νεῖν ἀναγκάζουσα. Leg. ὡς οὐ πλεῖν. Sicque tres codd. Guelpherb. Tenuiora ſunt, quod in princ. capitis in codd. additur καὶ, παρακαλεῖν δὲ καὶ τοὺς ἵππους. Poſtea γένεσις ἐκ πηγῆς τῷ λίθῳ, vnus Guelph. πηγῶν. paullo ante haec: κηροειδὴς ὅσα ... λίθου ſuſpicari licet fuiſſe ἀπό. In fine capitis XII. ὥςανεὶ καὶ ἐν τ... γέγραφεν. codd. ἔγραφεν.]

tabulae occupat templum columnis inſtructum, tum ſpecula cum face, ſeu pharus, ad oſtium Boſpori, navigantium commodum *n*). Notabile ad artem eſt. quod in fine ſubiicitur: "expreſſiſſe picturam quae ſunt, et quae fiunt, et *quae fieri poſſint in-…ium*; nec tamen propter rerum copiam veritatem eſſe incurioſe neglectam, ſed id, quod proprium cuiusque rei ſit, eſſe ita elaboratum, tanquam ſi vnicum id eſſet picturae argumentum." Bene haec ſunt dicta; aſſequi tamen haud licet, quomodo in tali tabula, in qua nullam rerum rite diſponendarum curam, nullam earum ſummam, conſenſum et concentum, animaduertere licet, iſta obſeruari potuerint.]

Iam in eadem, quod probabile ſit, tabula, et in medio freto, mare fuit repletum piſcatorum ſtudiis variis, inprimis thynnorum piſcatione, quae multis veterum memorationibus eſt nobilitata, quibus hic ipſe locus eſt annumerandus *o*). Verum nunc

n) Ita enim accipienda verba: καὶ τὸν ἐπὶ στόματι πυρσόν. Vnde quoque colligere licet, enarrationem locorum procedere a dextra ad ſiniſtram tabulae, et ab auſtro verſus ſeptentrionem; nam ad introitum et oſtium Freti fuit turris, et adhuc extat. Templum autem eſt putandum Veneris Marinae, aut Neptuni alteriusue deorum maris. Illud praeterea notabimus, ſub princ. cap. fretum, Bosporum dictum, σταδίους μάλιστά που τέσσαρας habere; cum apud Strabonem, qua anguſtiſſimum eſt, quinque ſtadiorum lib. VII. p. 492. B. ſit; et apud Plinium IV. S. 24. quingentorum paſſuum eſſe memoretur.

o) Videndus ex antiquis Oppian. Halieut. III. ſub f. Strabo VII. p. 492. 3. vbi πηλαμύδες iidem ſunt, Plin.

nunc de pictura agitur: Plenus eſt Boſporus nauigiis piſcatoriis omnis generis; eſt qui alta de pertica, ad hunc vſum erecta in littore, in quam eſcendit, proſpicit thynnos ex Ponto fretum intrantes et nuntiat numerum; diſcerni poſſunt in pictura piſcium catervae colore ſuo, eoque variato diuerſis modis *p*). Iam non minor eſt varietas in ſtudiis piſcantium, et rerum peragendarum generibus: vnde argumentum tabulae haud iniucundum confieri debuit; modo accurate ad artis leges deſcriptum illud haberemus.

XIV. Semele. Fabulam crederes parum accommodatam eſſe picturae, nec multum habere quod placere poſſit. Cum Iupiter adiiſſet ad Semelen

Plin. IX, 20. Aelian. H. A. XV, 5. vbi v. Schneid. Piſcationem in his locis admodum quaeſtuoſam laudant recentes quoque ſcriptores, et iu his Belon Obſſ. I, 73., qui magnam lucem et Philoſtrato et Straboni affert; magnam tamen variorum piſcium copiam memorat; et in his non niſi obiter pelamydes. Strabo a Chalcedonis littore auerti eas narrat; contra pelamys Chalcedonia laudata a Varrone ap. Gell. N. A. VII, 16. Atque etiamnum piſcationem quaeſtuoſam ad Chalcedonem teſtatur Tournéfort Lett. XV. Tom. II. Verum conſtare fidem veteribus et recentibus, videbis apud Gyllium de Boſp. Thrac. III, 7. Noſtra aetate multo magis celebrata eſt multorum narrationibus piſcatio thynnorum in mari mediterraneo. Sed de his v. du Hamel noto libro *des Pêches*, et. in quo accurate de hac piſcatione agitur, *Voyage pittoresque en Sicile* par Houel T. I tab. 27. 28.

p) Ἐν γλαυκῷ δὲ τῷ τῆς θαλάττης ἄνθει τὰ τῶν ἰχθύων χρώματα· immo ἀνθεῖ *elucent*, adeoque diſcerni poſſunt. Paullo ante intercluduntur piſces βαθεῖ καὶ κλειστῷ δικτύῳ. forte κλωστῷ, *filis contortis* et *firmo* reti; etſi κλειστῷ, clauſo, non omnino abſurdum.

nden ea ſpecie, qua deus eſſe ſolet, correpta gni Semele conflagrauit, Bacchus infans immaturo rtu editus, femori Iouis inſuitur, donec iuſtum cendi tempus aduenifſet Quis pictor haec ſibi eris argumentum poſcat aut optet! Cum tot et morentur et ſuperſint anaglypha, quae Bacchum puerum, Nymphis traditum, ab iis nutritum, Thyonen in caelum ductam, exhibeant: Semeles caſum nusquam expreſſum meminimus; Iunonem ſub vetulae ſpecie eam in fraudem inducentem coniectabamus interdum videri in vaſis pictis. Coniecturis tamen, quae hoc vnum praeſidium habent, quod inter τὰ οὐ πάνυ ἀδύνατα ſunt, haud multum tribuimus. Videmus tamen hic narrari tabulam, quae Semeles partum exhibeat. Tempeſtate graui coorta ignea nubes vrbem Thebarum inuoluerat; conflagrat domus Cadmi, in qua extincta iam Semele per flammam conſpicitur; Bacchus disrupto matris vtero excidit, candiore aliqua luce fulgens inter flammas cetera obnentes, et comparatione cum ipſo puero facta obſcuriores: hactenus pictor non deſipuit, inpris maiore lucis candore, quo deum Bacchum inſigniit. Per mediam flammam diſſilientem aliqua rte proſpicitur antrum Bacchi; (quo ille a Nymis educabitur) antrum Nyſaeum (Νυσαῖον vel ηἴον) hederis ac vitibus vndique obſeptum. ecta parerga ſymbolica; non enim videntur nia, quae Sophiſta apponit, rhetorica ornamenta eſſe; terra tanquam in dei natalibus laeta reſcit herbis et arboribus, Pan aſſidet in monte ula canens, mox ſaltaturus in Bacchi orgiis;

Cithaeron viri ſpecie hedera coronatur, non ben
capiti haerente, iuxtaque eum abies et fons, quo
rum hic ad Actaeonis, illa ad Penthei caſum refe
tur *q*). Ad hunc fere modum, pictura haec inſt
tut

q) Scilicet cum Pentheus ad ſpeculanda Bacchi orgia e
abiete proſpexiſſet (Eurip. Bacch. 1053 ſq) vnde d
tractus mox a Bacchis diſcerpitur; Actaeon autem i
fonte lauante Diana conſpecta in ceruum mutatus
canibus dilaniatus eſt. [Quod abietem iſtam Megae
iam nunc plantare dicitur, ingenioſum eſt inuentum
In verbis huius capitis ſunt multa dura et a ſtudi
inepto profecta. In princ. *βροντὴ ἐν εἴδει σκληρ*
quid in pictura ſit, et quomodo reddi potuerit in t
bula, nemo facile dixerit. *ἀστραπὴ σέλας κατὰ τ*
ὀφθαλμῶν ἱεῖσα, repoſitum ab Oleario, cum lectio vu
gata eſſet, *ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν*, iam emendatum eſt
Iacobs Cur. ſec. in Eurip. p. 52. *ἐκ τῶν νεφελῶν*.
ſtatim *πῦρ ἐξ οὐρανοῦ* ſequitur. Mox Bacchus naſcit
πρὸς τὸ πῦρ, paullo durius dictum, pro *ἐν πυρὶ*, d
τοῦ πυρός *in medio igni*. Sequitur *καὶ τὸ μὲν τ*
Σεμέλης εἶδος ἀμυδρὸν διαφαίνεται, ἰούσης ἐς τὸν οὐρ
νὸν, καὶ αἱ Μοῦσαι αὐτὴν ἐκεῖ ᾄσονται, (ita codd.
ant. edd. Male Olear. *Μοῦσαι ἐς αὐτὴν ἐκεῖ ᾄσοντ*
rhetorica eſſe putemus; picta tantum erat Semele
obſcuriore tabulae parte; non vero quaſi illa iam eu
laret ad Olympum, cum mox inter deos fuerit r
cepta. [Etſi hoc per ſe picturae argumentum val
idoneum eſſe poſſet; vti fuit anaglyphum in temp
Cyziceno, cuius epigramma ſeruatum v. ap. Iaco
Exerc. T. II. p 145. et ibid. egregie illuſtratum.] In
ὡς καὶ πυρὶ εἶναι ἔνια ſcil. *δένδρα*. excidit puto *ἐν πυ*
Ita igni coruſcabat locus, vt et arbores viderentur
medio igni efflorescere. Antea viſum erat pro *πυρὶ εἶ*
legere *πυρὶ ἐοικέναι*, et reddere ſeqq. *nec mirum*,
στεφανοῖ τὸ πῦρ ἐπὶ τῷ Διονύσῳ ἡ γῆ, *ſi tam laetis*
nitentibus floribus frondibusque, vt ignem aemul
videatur, terra ornat ſe. Nec tamen ſatis reſpo
dent verba: ſed cogitandum eſt de acumine rhetori
terra coronat ſe igni, qui eius ſuperficiem cingit. P
tenta addit etiam maiora; ſpectant haec et reliq

[...]nta eſſe videtur; ſi modo expoſitionem fuco ſophi[ſti]co ornatam recte perſpeximus. Ars non omnino nulla in igni puriore, quo Bacchus naſcens inſignitus erat, in medio incendii, eſſe debuit. Probandus quoque picturae auctor, quod noluit Iouem exhibere, infantem ſuo femori inſerentem; at miramur Iouem curru inuectum cum fulmine, cum Semelen adiret, non eſſe exhibitum: quod videbatur argumenti tabulae conuenire, et bene reddi pictura poſſe.

XV. Ariadne. Argumentum multis artis operibus effictum. Videamus, quam rationem tractandi noſter Sophiſta inierit. Principem locum obtinet Ariadne dormiens, placido ſomno r), nuda ad medium corpus, capite reclinato; ala dextera tota oculis patet, altera manu in laena poſita, ne a vento illa moueri poſſit. Accedit Bacchus purpurea veſte indutus, et roſis redimitus;

 nulla

ad prodigia Bacchi numen praeſens in Bacchicis declarantia; quae cum aliunde, tum ex Euripidis Bacchis facile memineris. Paullo poſt ἕλικές τε γὰρ leg. codd. pro καί.

r) [Non male itaque ea, quae olim vulgo pro Cleopatra, poſtea pro Nympha habita erat, olim in Palatio Beluedere, inde in Muſeo Pio Clementino poſita, nunc Pariſios deportata viſitur, huic picturae aſſimulata, Ariadnes in Naxo nomen nacta eſt.] Τὴν ἐπὶ τῶν πετρῶν, ὡς ἐν μαλακῷ· κεῖται τῷ ὕπνῳ. leg. ὑπὸ τῶν π. in antro. [Tenue eſt, notandum tamen; in verbis μεθύων τῷ ἔρωτι; Φησὶ περὶ τῶν ἀκρατῶς ἐρώντων Τήϊος. Graece dicendum eſt ὁ Τήϊος. ſic quoque Guelph. Gud. et paullo poſt καὶ μηδὲ εἰπεῖν ἔχειν vbique habetur, nec καὶ eiiciendum erat]

nulla alia re conſpicuus. E longinquo Theſei gientis nauis proſpicitur. ita vt vnico patriae bis, nullo Ariadnes amore teneri videatur. inſula Dia illa geri, per ſe intelligitur s).

XVI. Paſiphae. Infames Paſiphaes amo [haud dubie ex antiquiſſimo ſigno ſymbolico M notauri ductos, cui mater erat, reperiunda, c tale monſtrum vere extitiſſe credi coepiſſet,] reris arte alicuius ingenui artificis tractari potui Eſt tamen potius inſcribenda tabula: *Officina D dali* ſeu *fabrica;* nec Paſiphae niſi foris, extra e ſtans, conſpicitur, taurum in grege circumſpicie Iam officina multa habet, quae Daedalo fab tribuit: circumſtant ſtatuae, aliae inchoatae, al elaboratae t). Daedalus ſollertiam ingenii ocul ru

s) Quod Sophiſta tanquam ſingulare in hac tabula not eſt, quod Bacchus nullis inſignibus et attributis co ſpicuus eſt. "Alioqui, inquit, nulla laus picto pulcram pingere Ariadnen, pulcrum Theſeum; ha enim facilia eſſe, non minus quam Bacchum pinge cuius tot extent formae (*Φάσματα*), quibus facile, Bacchum exhiberi intelligas, efficitur:" ex attribu puta: *ὧν κἂν μικροῦ τύχῃ τις, ᾕρηκε τὸν θεόν.* qu ſi quis minima ex parte attigerit, aſſequutus eſt deu h. e. dei formam, vt ille agnoſci poſſit. Numerat in his corona ex hedera, cornua et pardus adſtan tum crocota, thyrſus, nebris; Bacchae, cymba pulſantes, Satyri, Pan. Putauit igitur homo, arte abſolui ac contineri hoc, vt facile agnoſcas, qu ille ſit, qui pictura exhibitus eſt.

t) *Ἀγάλματα τὰ μὲν ἐν μορφαῖς, τὰ δὲ ἐν τῷ διορθο σθαι διαβεβηκότα ἤδη, καὶ ἐν ἀπαγγελίᾳ τοῦ βαδίζει* quae de Daedali ſignis nota ſunt. [Melius legitur Gud. 25 *ἐπαγγελίᾳ.*]

a acie et obtutu prae ſe ferens u), attico habitu, lio et nudis pedibus, conſpicuus ſit; "hoc im Athenienſes maxime gaudent." Videtur adbratus eſſe philoſophi habitus. In manibus eſt enti ipſe bos x), quam in Paſiphaes gratiam ricatur. In quo autem mireris iudicium et artis et Sophiſtae, eſt, quod Amores operi ſocios diderat ille, miraturque hic y); tam parum ſens amoris inceſti eos tetigit! Amores igitur, alii uidem terebram verſant, alii aſcia poliunt, aut d amuſſim opus exigunt z), aut ſerram ducunt: n vltimis his deſcribendis ſcriptor ſibi perplacet a). it Paſiphae extra fores ſtans eximie ornata, vt in

D 4 amorem

u) Δαίδαλος ἀττικίζει. Nec hoc mirum; fuit enim Daedalus Athenienſis e Metionidarum genere v. Apollodor. III, 15, 8. 9. III, 1, 4. [De voce ἀττικίζει v. Dicaearchus in βίῳ Ἑλλάδος].

x) [κάθηται ἐφ' ἁρμονίᾳ τῆς βοός. h. e. ἐπὶ τῷ ἁρμόζειν τὸν βοῦν.]

y) [καὶ τοὺς Ἔρωτας συνεργοὺς ποιεῖται μηχανήματος, ὡς Ἀφροδίτης τι αὐτῷ (τῷ μηχανήματι τοῦ βοὸς) ἐπιδεῖν. vltimum hoc debet eſſe ab ἐπειδεῖν ut conſpiceres aliquit venuſtatis in eo. An forte ἐπιθεῖν ſcriptum fuit? Nam ἐπιθέειν, ἐπιτρέχειν, ἐπανθεῖν, dicuntur ea, quae ſuperficiem obducunt, oculis apparent.]

z) Καὶ οἱ σταθμώμενοι τὴν ἰσομετρίαν, ἐφ' ἧς (non ᾗς) ἡ δημιουργία βαίνει, cui tota fabrica (tanquam fundamento) innititur.

a) Ait hos ſerram ducentes "ſuperare omnem ſollertiam et artem manus et colorum," h. e. eā, quae picturam conſtituunt. Paullo poſt: διάγουσι δὲ αὐτὸν (τὸν πρίονα ſerram) οὗτοι οἱ Ἔρωτες, ὁ μὲν ἐκ τῆς γῆς, ὁ δὲ ἀπὸ μετεώρου, (retinendum erat ὁ δὲ ἀπὸ μηχανῆς, nam erat machinamentum aliquod paullo editius, cui alter Cupidinum inſiſtebat) ὀρθουμένω τε καὶ προνεύοντε.

τουτὶ

amorem ſui pelliciat, conſcientia flagitii turbato eſt obtutu; circumſpicit tamen taurum et ad eum properat qui, nulla eius ratione habita, vaccam ſuam ſequitur; quae et ipſa eum ſpernit et ſubſultim fugit. Vtriusque, tauri et vaccae formam eximiam deſcribit Sophiſta haud inſcite *b*).

XVII. Pelops vel *Hippodamia*. Cum Oenomaus, Elidis rex, filiam Hippodamiam nemini, niſi a quo curſu curuli victus eſſet, in matrimonium dare ſe velle pronuntiaſſet: poſt multos victos aduenit Pelops e Phrygia, et victor Hippodamiam duxit, vſus Neptuni equis, et dolo Myrtili aurigae, qui clauo ſubducto rotam ab axe ſolverat. Equos Neptunus conceſſerat Pelopi a ſe amato. Tres ſunt in Philoſtrateis tabulae ad hoc certamen ſpectantes: praeter hanc, eſt vltima libri primi et vna Philoſtrati iunioris n. IX. tria diuerſa euentus momenta complexae. In ea, quae medio

τουτὶ δὲ ἐναλλὰξ ἠγώνισθε, ὁ μὲν γὰρ ν. Immo vero leg. τὸ δὲ ἀπὸ μηχανῆς. Ὀρθουμένω τε καὶ προνεύοντε τούτω ἐναλλὰξ ἠγώνισθε. putemus hos duo Amores per vices modo erigere corpus modo incurnare. mox τὸ χεῖρε. em. τὼ χεῖρε.

b) Eſt inter laudes tauri vt ſit *βεβηκὼς*, *qui firmo gradu incedit*, quod apud Geopon. XVII. 2. *σκέλη ὀρθὰ, στερεὰ, παχύτερα μᾶλλον ἢ μακρότερα, μὴ παρατριβόμενα πρὸς ἄλληλα*. Ceterum ſimile huic picturae anaglyphum innotuit e Winckelmanni Mon. ined. 93. cum altero 94. Sed prius illud, quod in tres diuerſas areas diſpertitum eſſe teneto, ipſam officinam Daedali et opus pene abſolutum exhibet. At Daedalus non Attico habitu, ſed fabrili exhibetur. [Paullo ante, vbi ſe ornat Paſiphae, verba ſunt: *οἰομένη προσάξαι αὐτὸν τῷ εἴδει*. Codd. habent *προσάξεσθαι* verius.]

dio loco memorata eſt (lib. I. extr.) equi a Neptuno dati ad curſum iunguntur et adornantur ipſo deo adſtante; in tertia tabula curſus initium exhibetur: in noſtra, exitus. Nam fracto iam Oenomai curru ad metam properat Pelops. Circumſtat Oenomaum turba *c*), regis fortunam lamentis proſequuta. Currus ſunt quatuor equis iuncti *d*). Equi Oenomai ſunt nigro colore, feroces, ſaeui, conſternati, ſpuma madentes; Pelopis autem candidi, frenis et imperio adſueti *e*), hinnientes, vtpote iam victoria potiti. Oenomaus ferus et truculentus in terra proſtratus; Pelops, tanquam is qui dei amore dignus habitus eſſet, pulcerrimus adoleſcens *f*); currus leuitate commendabilis; inſiſtunt

 ei

c) *Arcades* appellat Philoſtratus non ſatis accurate. Nam, Elidis etſi antiquiſſima origo obſcura eſt, ab Epeis tamen ex Aetolia incoli coepit.

d) Obſeruat Philoſtratus, antiquiorem fuiſſe quadrigarum vſum in certaminibus quam in bello; et Lydos fuiſſe inprimis arte equeſtri claros; [Pelopis tempore *τέθριπποί τε ἦσαν καὶ ἤδη ἁρματῖται.* Alterum hoc praecedere debuit; potuere *curules* eſſe, etiam cum bigis vterentur; temporis progreſſu quadrigis vſi ſunt, Poſtea narrantur] adoptaſſe quoque curſum octonis equis: *ἅρμα* ſic erat *τετράῤῥυμον*, *quaternis temonibus*. Occurrere per haec Sophiſta voluit animaduerſioni antiquitatis peritorum, qui mirari debent, cum in Homero et in heroum vita non niſi bigae memorentur, nusquam quadrigae, vnde eae hic in Pelopis curſu memorari poſſint.

e) *ὡς λευκοί τε εἰσὶ καὶ τῇ ἡνίᾳ πρόσφοροι.* Gudph. 77. *τὴν ἡνίαν πρόσφοροι.* doctius, *κατὰ τὴν ἡνίαν.*]

f) Vterque, non modo cum Hippodamia, verum et Myrtilus. redditi erant opere anaglypho in faſtigio templi Iouis Olympii. Pauſan. V, 10. quem locum praeclare

ei Pelops et Hippodamia, mutuo ſui adſpectu amorem teſtantes; iſte molli Lydio ac delicato veſtitu, haec nuptiali habitu, vt tamen iam in eo eſſet, vt velamine ſublato genam retegeret, certa iam victoriae, qua in amatoris amplexus ventura eſſet *g*): hoc pictoris acumen eſſe videtur admodum ſuaue. Parerga ſunt: Alpheus fluuius, amne emergens, et coronam ex oleaſtro Pelopi protendens *h*); in hippodromo ſepulcra tredecim procorum, qui victi perierant; terra tamen circa eos herbis et floribus laeta *i*). Fabula non male exhibita eſſe videtur a priſco artifice. Occurrunt paſſim in ſarcophagis et vaſis pictis curſus curules, qui ad Oenomaum et Pelopem referuntur; ſed deeſt fere cauſſa, quae ad alterutrum vocare animum poſſit: vt enim id fieri iure poſſit, aut currus alter fractus eſſe debet, aut poſterior priorem haſta

clare illuſtrauit Voelkel V. C. in docta commentatione *Ueber den Tempel und die Statue des Jupiters zu Olympia* p. 74 ſqq. Signum Hippodamiae, taeniam tenentis, tanquam Pelopem victorem mox redimiturae, ſtabat in hippodromo, ad vnam metarum Olympiae Pauſan. VI, 20. extr. praeclarum inuentum!

g) [Noue hoc dictum eſt, eleganter tamen: ὅτε εἰς ἀνδρὸς (ſcil. εὐνὴν, λέκτρα aut ſimile quid) ἥκειν νενίκηκε. Male Cod. Gud. 25. εἰς τὸν ἀνδρός.]

h) Ad Olympiam haec ſunt translata, quae proprie in agro Piſatarum erant geſta; cf. Pauſan. VI, 21. vnde patet quoque principem mythi fuiſſe fontem τὰς Ἠοίας. Inter ſeriores fabulam nobilitauit Pindarus Olymp. I.

i) Meliora haec, quam quod inf. in iunioris Icon. 9. crania foribus atrii affixa ſunt a pictore, aut quod de aceruo craniorum narratum eſt; etſi fabula ſic a tragicis fuit ad terrorem compoſita. v. Hygin. f. 84.

haſta inſequi, et alteri currui inſiſtere cum viro femina *k*: in quo quidem vno conuenit vas illud nobile Hamiltonium, in ceteris parum reſpondet. Hoc erat quoque, quo in Cypſeli arca certamen hoc curule Pelopis eſſe cognoſcebatur (Pauſan. V, 17.); additae tamen Pelopis currui alae *l*), more antiquitatis, cui locum fecerat *ſermo antiquior; hunc enim et artes et poetas anteceſſiſſe ipſa rerum hominumque natura credere iubet*.

Subſiſtemus et nos in curriculo noſtro, etſi vix mediam arenam ingreſſi. Aliud edetur munus, aliud ſolenne, quod in craſtinum diem indicimus, ſollenne noui magiſtratus academici ineundi: ad quod, Ciues, frequentia veſtra celebrandum vos ita vocatos eſſe volumus, vt officium veſtrum iucundum amoris veſtri et obſequii pignus nos ſimus habituri. PPA Gottingae pridie Kalend. Martias cIↄIↄccxcvII.

k) Ad vinum expreſſa haec ſunt ab Apollonio Arg. I, 753 – 758. in palla Iaſonis.

l) Cum in illo opere, tum in Pherecyde (Schol. Soph. El. 507.), qui ex priſcis carminibus ſuas hiſtorias compoſuerat.

IV.

IV.

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE

PRORECTOR

IVST. FRID. RVNDE D.

CVM SENATV

ANNIVERSARIA INAVGVRATIONIS SACRA

LX.

IN KAL. SEPTEMBRES cIↄIↄccxcvii.

CELEBRANDA

INDICIT

SIMVLQVE

SVCCESSOREM

IN

MAGISTRATV ACADEMICO

HENR. AVGVST. WRISBERG D.

CIVIBVS SVIS

HONORIS ET OFFICII CAVSSA

COMMENDAT.

Philoſtrati Imaginum illuſtratio.
Partic. IV. Tab. Lib. I. XVIII - XXVI. complexa.

Etſi numero noſtro imminuto, Ciues, nobisque viro morte ſubtracto primario *a*), quem ante paucos dies ſollenni funere extulimus, redeundum

a) *Ge. Lud. Böhmer* Seniore Academiae et Ord. Iur. Ordinario defuncto Aug. XVI.

dum tamen erat ad ſolita vitae officia, et nunc ad illud ſollenne, quod partim ad Prorectoris vices in alium translatas, partim Anniuerſarium Academiae noſtrae diem ſpectat. Ita enim ferunt res humanae, idque poſtulat officium, vt ſuos quisque aut bene de ſe meritos lugeamus et vbi eluxerimus, memoria eorum alte animis infixa, virtutumque exemplo ante oculos poſito, memores ſimilis ſortis, quod et nobis eadem via ad calcem eſt perueniendum, ad vitae officia redeamus, vt, dum viuimus, proſimus aliis publice et priuatim *b*). Quis enim vitae honos, quis fructus eſſe poteſt, niſi viuendo id aſſecutus fueris, vt tibi dicere poſſis: *Viuendo viuentibus victurisque profui!*

Transferentur autem, ſemeſtri tranquille ac proſpere exacto, craſtino die, pompa in templum academicum ducta, magiſtratus academici inſignia in Collegam honoratiſſimum

HENR. AVG. WRISBERG D.

tertium

b) Praeclare iam dicta haec ſunt ab Vlyſſe Il. XIX, 225 ſq. vbi 228. *ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν καταθάπτειν, ὅς κε θάνῃσι, νηλέα θυμὸν ἔχοντας, ἐπ' ἤματι δακρύσαντας· ὅσσοι δ' ἂν πολέμοιο περὶ στυγεροῖο λίπωνται, μεμνῆσθαι πόσιος καὶ ἐδητύος, ὄφρ' ἔτι μᾶλλον ἀνδράσι δυσμενέεσσι μαχώμεθα νωλεμὲς αἰεί.* Poteſtne quid ſapientius dictum eſſe! Necdum videris meliorem conſolationis, cariſſimorum in morte, clauſulam, quam illam ſollennem in Periclis et Aſpaſiae Epitaphiis: *νῦν δὲ ἤδη ὑμεῖς τε καὶ ἄλλοι πάντες, κοινῇ κατὰ τὸν νόμον τοὺς τετελευτηκότας ἀπολοφυράμενοι, ἄπιτε.* Sat luctui datum eſt! abite et res veſtras curate! vt ordine quisque ſuo hunc, qui fatis ſuis iam eſt defunctus, ſequamur. *Nos alias hinc ad lacrimas Fata vocant:* vt Aen. XI, 94. Aeneas, *nec plura effatus ad altos tendebat muros greſſumque ad caſtra ferebat.*]

tertium Prorectorem; vſu ideo exempſoque ſuperiorum temporum probatum, qui reip. academicae ſplendorem ac veſtra, Ciues, commoda et vtilitates primo loco ſe habiturum eſſe ſpondet. Eiusdem viri diſertiſſimi verbis, fauente Suada, bona vota pro ſalute reip. ſuſcipientur precesque concipientur piiſſimae. Qua ipſa re, translata in eum aliqua parte eorum, quae a nobis peragenda eſſent, ceterisque, quae muneris lege nobis incumbebant, peractis, licebit nunc procedere ad reliqua munia more conſtituta, vt praefanda ſint nonnulla, quibus ſollenne ipſum quaſi inauguretur. Redibimus itaque ad telam, quam ſemel ſumus exorſi et quam certis penſis diſpertitam diebus huiusce modi ſollennibus detexere conſtitutum eſt.

Subſtiteramus ad Philoſtrati Iconum *decimam octauam*.

XVIII. Inſcripta ea eſt *Pentheus* et *Bacchae*. Fabula vel ex Ouidii Metamorphoſeſin et ex Euripidis Bacchis nota. Exhibitus erat in tabula mons Cithaeron cum inſignibus et miraculis Bacchicis, petrae ſcaturientes vino, arbores melle ſtillantes, ſolum lacte profluente, hederis et uvis omnia plena *c*), thyrſi, ſerpentes; in medio abies proſtrata

c) Ad verbum: ὄφεις ὀρθοί, καὶ θύρσοι, καὶ δένδρα, οἶμαι, μέλι στάζοντα. Ponimus καὶ ante δένδρα. nam θύρσου δένδρα firmari quidem poſſunt ſ. 14. p. 785. vbi legitur: ἕλικές τε καὶ περὶ αὐτῷ (τῷ Διονύσου ἄντρῳ) τεθήλασι, καὶ κιττοῦ κόρυμβοι, καὶ ἤδη ἄμπελοι, καὶ θύρσου δένδρα, οὕτω τοι ἑκούσης ἀνασχόντα τῆς γῆς. — Atqui nec illo loco ſanum eſſe arbitror; nam θύρσοι erant

ſtrata a Bacchis, cui inſederat Pentheus, qui laniatur a matre eiusque ſororibus *d*), furore percitis, eumque leonem a ſe proſtratum credentibus, fruſtra ille ſupplicans. Adſtat Bacchus in colliculo, iſta intuens, ore iram prodens *e*), et oeſtrum mulieribus afflans.

Quae ſequuntur, alius tabulae argumentum eſſe debuere; narrantur tamen ita, ac ſi in eadem tabula alium locum, tanquam in proſpectu, occupauerint; eſt enim vrbs Thebarum et in iis regia Cadmi; Bacchae iam reſipiſcentes, et quae perpetrauerint ſentientes; adiacet abſciſſum Penthei caput iuuenile; humi ſedent Bacchae, remiſſo furore languentes, capite demiſſo; in his mater Agaue cruore nati adſperſa, corpus filii non audens attingere. Tandem in conſpectu Cadmus et Harmonia, iam inferiore corporis parte in draconum formam mutata *f*).

XIX. Tyrrheni. Diuerſis modis eſſe narratam fabulam, notatum iam eſt ab aliis. In Hymno Homerico Bacchum puerum, in littore oppreſſum, nautae

erant ferulae, arundines, et forent ſaltem *θύρσων δένδρα*, non *θύρσου*. Interpungendum puto: *καὶ ἤδη ἄμπελοι καὶ θύρσοι· δένδρα οὕτω τοι ἀκούσῃς ἀνασχόντα τῆς γῆς, ὡς καὶ (ἐν) τῷ πυρὶ εἶναι ἔνια.*

d) *αἱ μὲν ἀποῤῥηγνοῦσαι τὰς χεῖρας.* em. *ἀποῤῥηγνύουσαι.* οῦ eſt vitium ed. Lipſ.

e) *ἐμπλήσας τὴν παρειὰν χόλου*, *genis ex ira rubentibus.* Miro modo dictum!

f) *δράκοντες γὰρ ἤδη ἐκ μοιρῶν γίνονται.* quod ἐκ μηρῶν emendandum eſſe, non effugit ſagacitatem Iacobſii in Curis ſec. in Eurip. p. 147.

nautae Tyrrheni praedantur et in nauem impoſitum abducunt; a deo in delphines mutati in mare proſiliunt; eadem in Ouidio et Nonno. At in Philoſtrato nauem, qua Bacchus cum turba Bacchica vehitur, adoritur nauis piratica; dumque impetum in nauem faciunt piratae, ecce in delphines mutantur. Artificis ingenio larga eſſe debuit formarum copia in turba Bacchica effingenda: Satyri, Silenus, Panes, Bacchae *g*). At piratica nauis erat in bellicarum nauium ſpeciem inſtructa *h*).

Iam

g) Commemorantur cum his *mulierculae Lydiae;* tum, *vinum Maroneum* (an in vtribus et cyathis?) et ipſe *Maron:* quem in Bacchi comitatu memorauerant antiquiores, vt ap. Athen. I, p. 33. D. et paſſim Nonnus, vt XVIII Dionyſ. 107 ſqq.

h) Locus eſt ad nauium talium formam memorabilis; tum ad nonnullas nauium partes declarandas; in his eſt prora in monſtri formam adornata; non vt inſigne nauis, *paraſemum*, monſtrum fit; ſed nauis ipſa, inquit, *κατὰ πρῶραν βλοσυροῖς ὀφθαλμοῖς οἷον βλέπει*, erat ergo *ſimilis prora monſtro oculato*; [non enim videtur eam partem prorae declarare, qua nomen nauis inſcriptum erat, πτυχὶς et ὀφθαλμὸς dicta, a forma rotunda: ap. Polluc. I. 86] Porro erat nauis caeruleo colore picta, *γλαυκοῖς γέγραπται χρώμασι*, puppis autem in dimidiatae lunae ſpeciem inflexa, *λεπτὴ δὲ ἡ πρύμνα, καὶ μηνοειδὴς, καθάπερ τὰ τελευτῶντα ἰχθύων.* Sollenni more eſt puppis extrema pars inflexa in ſpeciem colli anſerini, cum apluſtri in pinnarum ſpeciem in extima ora. Bacchi autem nauis proram habebat in aureae pantherae formam factam: *τὴν δὲ πρῶραν εἰς χρυσῆν πάρδαλιν εἴκασταί τε καὶ ἐξῆκται.* (ergo ἐξάγεσθαι h. l. *produci* vt promineat? Forte ἐξήσκηται, *elaborata*.) Ipſa autem nauis habebat formam *petrae*, et in anteriore ſui parte *ſquamoſa* eſſe videbatur. Haec fatendum eſt parum videri conuenire inter ſe; nauis petrae ſpeciem referens! accedente

quoque

[illegible]am quae ipſa actio fuerit, quodue eius momen-tum, ex Philoſtrato coniectura aſſequendum eſt; ſcilicet iam in eo res fuerat, vt nautae Bacchi nauem conſcenderent, cum repente puer Bacchum ſe prodit. Sedet deus in prora; panthera ei adſtans in piratas irruit; qui conterriti et in furorem i) coniecti, mutantur in delphines, ita vt alii exhibiti ſint iam medio, alii ſummo corpore piſces, et ſic porro. Vix putes, has formas ſatis placere poſſe; videmus tamen eas ſcite expreſſas in Lyſicratis monumento, quod Athenis adhuc viſitur k). Addita ab artifice alia prodigia, quae numen

quoque *panthera*, vt vidimus, in prora; ex verbis tamen aliud vix exſculpas: ἡ δὲ τοῦ Διονύσου ναῦς τὰ μὲν ἄλλα πέτρᾳ, μοι δοκεῖν, ἐξείκασται, Φολιδωτὸς δὲ ὁρᾶται τὰ εἰς πρώραν, κυμβάλων αὐτῇ παραλλὰξ ἡρμοσμένων. Fuit ergo illa para anterior cymbalia inſtructa, vt gratum ſonum Baccho, obdormiſcentibus Satyris, redderent: conuenit hoc Baccho et turbae Bacchicae. Quomodo tamen inde nauis eam ſpeciem habere potuit, vt in anteriore parte *ſquamata* eſſe videretur? Squamae, Φολίδες, aut in piſce aut in ſerpente expectantur. In animum ſcilicet reuocanda eſt *cymbalorum forma*; quae appenſa cum eſſent in nauis latere, bene videri illud poterat *ſquamis* obſitum eſſe. In verbis haud dubie corruptela foedatis πέτρᾳ μοι δοκεῖν διείκασται, ante Olear. erat, πέτρᾳ μοι διείκασται. Fueratne ſcriptum τετράποδι εἴκασται? vt *animantis* formam haberet? In ed. Ald. exemplo biblioth. Gotting. adſcripſerat vir doctus: μὰ Δί' εἴκασται, acute nec tamen vere. Erat δοκεῖ in cod. Angl.

i) Puta Bacchicum (vt diſerte apud Nonnum lib. XLV, 152. 3. vbi paullo ante βαθυνομένου muta in — μένης ſc. πρύμνης, in naui caua fons erumpit vini.

k) In eo Bacchus ſedens pantherae e patera potum praebet; adſtant Fauni ludentes; tum alii Tyrrhenos caedunt,

numen manifeſtarent? thyrſus mutatus in malum et velum purpureum intextis Bacchis et rebus Bacchi in Lydia et Tmolo narratis; totam nauem obumbrat vitis cum hedera, et in media naui fons vini ſcaturit, vnde vinum hauritur *l*). Ceterum Tyrrheni hi, pro Etruſcis ſerius accepti, fuere ſtirpis Pelasgicae, qui illa aetate maris imperium habuiſſe dicuntur, hoc eſt, mare Aegaeum nauibus frequentarunt et infeſtarunt *m*).

XX. Satyri, aut potius *Olympus*, vt inſcriptum eſſe debebat; eſt enim hic argumentum tabulae; nunc quidem, tibia iuxta poſita, ipſe ſedet cantillans *n*), turba Satyrorum circumdatus. Fabula

caedunt, proſternunt, vinciunt, fugant, qui in mare deſilientes in delphines mutantur: ap. Stuart (*Antiquities of Athens* c. IV.). Videmus itaque et hic a ſculptore fabulam diuerſo more eſſe effictam: agitur res in littore, pugnatur inter Faunos et piratas; dum Bacchus otioſe deſidet, tanquam deus, hominum iniurias parum curans. Inter piratas vnus eſt anguibus religatus, cuius ori facem Bacchicam intendit Faunus.

l) Omnia haec prodigia inepte cumulat Nonnus, vbi XLIV, 142. τὸ δὲ λαῖφος (excidit ὑπὸ) σκιεροῖσι πετήλοις Ἡμερίδων εὔβοτρυς ἀνηέξητο καλύπτρῃ. *velum excreuit, factum eſt, pergula vites obumbrans nauem.* Vini in naui ſcaturigo iam in Hymno 35 ſq. memoratur.

m) v. Commentat. de populis θαλασσοκρατοῦσι ad Caſtoris epochas: in nouis Commentariis Soc. R. Gott. Vol. I. Part. hiſt. p. 85.

n) Multis pigmentis habitus pueri deſcriptus eſt: inter quae eſt: καὶ ὁ Ζέφυρος ἐκκαλεῖ αὐτὸν προσπνέων τῇ κόμῃ. ὁ δὲ ἀναπνεῖ τοῦ ἀνέμου ἕλκων τὸ ἀπὸ τοῦ στέρνου ἆσθμα. Zephyri ſuſurrum ſophiſtae comparare amant cum cantu: vt ſup. tab. IX. vidimus. Nunc itaque

bula haec ex genere Phrygiarum eſt; erat ille puer pulcerrimus, Marſyae deliciae, a quo tibias inflare didicerat. Forma eius capti Satyri circumſtant, variis modis ac geſtibus amorem et mirationem pulcritudinis teſtantes. Locus, quo ſedet puer, ad Celaenae Phrygiae, fons cum antro.

XXI. Olympus: nunc ille tibia canens, in ſolitudine, iuxta fontem, in quem intuetur tanquam vmbrae ſuae miratione captus; putido acumine deſcribitur a Sophiſta canentis habitus *o*). Spectat ad artem, quod coma eſt inornata, pinea corona cincta, quodque oris venuſtatem haud imminuit inflantis tibiam habitus. Vnicum eſt, quod forte ad operis artem trahas: ſcite puerum petrae inſidentem dicit eſſe exhibitum, non ſtantem: ita enim infra pectus corporis partes non decus ſuum ſeruaſſent; nam in aqua contracta fuiſſet vmbra corporis deſuper imminentis. At alterum

E 2 ineptum

itaque prouocat Zephyrus murmure ſuo cantum pueri, puer ipſe cantans alte ducto e pectore ſpiritu auram efflat. Adiacebant puero cum tibia inſtrumenta perforandis (non, poliendis) tibiis idonea.

o) *τῷ ἐπὶ τῇ πέτρᾳ ὕδατι.* leg. *ὑπὸ*, nam ipſe inſidet *rupi.* Mox: quid inſpicis aquam? *οὗτε γὰρ κελαρίζει σοι, καὶ πρὸς τὸν αὐλὸν ὑποδέσται.* corrupta vltima vox, ſed ſine codice vix expedienda; ſenſus eſſe debet, aut, aquae murmur ad tibiae ſonum obmuteſcit, *ὑποστέλλεται, ὑφίεται*, vel eſt *καὶ (οὗτε) ὑπηχεῖ, ὑποκρέκει, ὑπᾴδει*, aut ſimile quid, quod ſcripturae vulgatae reſpondeat. Quae ſequuntur: *οὗτε διαμετριοῦμέν σοι τὴν ἡμέραν*, eo referas, quod vmbram in aqua obſeruare puer et ex ea diſcere velle videtur, an ea creſcente nox ingruat. Ineptiae ſophiſticae.

ineptum eſt, quod ait, vmbram moueri aqua agi-
tata ex ſpiritu pueri tibias inflantis.

XXII. *Midas*, aut, vt inſcribenda erat tabula, *Satyrus a Mida captus*, apud alios nomine Silenus *p*); de quo diſerta narratio eſt apud Aelianum (V. H. III, 18.), ex Theopompo *q*). Captus Satyrus

p) Ex h. l., vt ex aliis, etiam ex ſuperiore capite, apparet, Graecorum Satyros, partim ſaltem, fuiſſe ea forma, qua Faunos nunc declaramus, humanae propiore. Silenus enim Fauni ſenis ſpeciem refert Cap. XX. *ἐρυθροὶ* erant picti *καὶ σεσηρότες*. prius ad agreſte corpus rubicunda cute referre placet.

q) Et quidem ex Theopompi Mirabilibus (*θαυμασίοις*) omnino probabile ſit, praeiuiſſe aliquem ſcriptorem antiquum, qui, ſapientiae praecepta, per mythos et mythica commenta, vt veteres ſolebant, traditurus, Silenum induxerat variis de rebus diſputantem, ex quibus alius aliud memoratum ad noſtram memoriam ſeruauit. [Fuiſſe in his Pindarum, intelligitur ex Fragmento, a Schol. ad Ariſtoph. Nub. 223. ſeruato (v. inter fragm. Pindari CLII. p. 148.) in quo Silenus Olympo praecepta edit.] Eſt in his notum illud de vitae miſeria apud Plutarch. de Conſolat. ad Apollon. p. 115. ex Ariſtotelis Eudemo. Attigit quoque Cicero Tuſc. Diſp. I, 48. Sunt vero et alia *μυθικώτερα*, in his illud apud Aelianum de magno continenti extra noſtrum terrarum orbem, de binis ciuitatibus maximis in eo, et de amnibus triſtitiae et hilaritatis. Fabuloſam hanc Meropidem alii quoque perſtrinxerunt, vt Strabo VII. p. 458. C. (p. 299.) ex Apollodoro (Fragm. p. 1106.). Commentus erat is, qui fabulam inuenerat, Silenum a Mida captum, qui ex eo quaeſiuerat multa de rebus philoſophicis. Color quaeſitus commento ex eo, quod Bacchicis religionibus imbutus erat Midas, quodque ex Orphei diſciplina ille prodierat. Sileni autem perſona erat aptiſſima, quippe qui Bacchi fuiſſet educator. Antiquior origo fabulae

Satyrus a Mida, fonte vino mixto, vt inebriaret illum r). Quo conſilio id factum ſit, hic non memoratur; at, ex aliorum fide, factum id eſt, vt ille caneret, ſeu doceret recondita ſapientiae praecepta. Vnde Virgilianum carmen Sileni ductum eſt. In Philoſtrato hoc vnum memoratu dignum eſt, quod Satyri forma accuratius deſcripta eſt s). Midas, vtpote Phryx, tanquam mollis homo exhibetur; mitra cingens comam in cincinnos redactam, ſtola aurea indutus, thyrſum geſtans. Ita inter Bacchi comites eum eſſe putes; forte et ipſum e Satyrorum genere; qui, cum auriti ſint, locus inde fieri potuit fabulae, prominentes aures eum habuiſſe; quae, ſerius forte, in Mida in aſininas mutatae ſunt, aliis de eo variisque fabulis adiunctis, inque iis de auro et auaritia, quarum

E 3 hic

fabulae fuiſſe videtur ex Thracia, cuius mons erat Bermius, mox Macedoniae, ſub quo loca tenebant Briges ſeu Phryges, antequam in Aſiam traiecerant: imperabat iis Midas. v. Herodot. VIII, 136.

r) [Μίδας αὐτοῦ οἴνῳ τεθήρακεν ἐν Φρυγίᾳ περὶ αὐτά, ὡς ὁρᾷς, τὰ ὄρη, — intellige montem Olympum, Galatiae, vt ſeriores appellant. In vno Guelph. eſt περὶ αὐτὴν ſcil. Phrygiam, Minus bene.]

s) [Satyri ſaltant, non molli et leni, ſed acri et multo corporis motu, iucundo tamen; rident blando vultu; Lydas mulieres palpando et deliniendo captant et ad amorem ſui alliciunt; porro] σκληροὶ γράφονται καὶ ἄκρατοι τὸ αἷμα, intelligimus, dura, non molli, cute, et *toto corpore rubentes*: nullo candore admixto: quod agreſtium corporum, ſupra vt diximus, proprium eſſe ſolet, vt rubeant; *auribus prominentibus*, καὶ τὸ ἰσχίον, *lumbis non ſatis carnoſis*, omnino *ſquammeis*, et *cauda equina*. Porro Nymphae illudunt dormienti Satyro, vt apud Virgilium Sileno.

hic mentio non fit. Omnino Midas ad fabulas eſt referendus, quarum non niſi fragmenta ad nos peruenerunt, amiſſis iis poetis et ſcriptoribus, qui plura de eo copioſius expoſuerant. Sedes autem fabulae fuit inter fabulas Bacchicas.

XXIII. *Narciſſus.* Fabula eſt ſatis nota, quam Sophiſta ſuo more ornauit. Ad picturae naturam et artem ſpectant ſequentia: Fons eſt ex antro ortus; antrum Acheloi et Nympharum dictum eſt; adſtant ſigna e ſaxo, rudi arte facta *t*), partim vetuſtate deformia, vel paſtorum petulantia mutilata; os antri vitibus et hederis obtectum; canunt aues; flores roſcidi humum obducunt *u*), quibus apes inſident, quod neſcias an nimii ſtudii reprehenſionem habeat. Erat autem ſpecies adoleſcentis e venatu reducis haec: pedibus ſtabat decuſſatim implicitis, iaculum tenens laeua terrae infixum *x*); dextra in lumbum circumducta, par- [illegible] tibus [illegible]

t) *φαύλου τέχνης τὰ ἀγάλματα.* Platonem in Phaedro p. 230. b. (Tom. X. Bip. p. 286.) ante oculos fuiſſe notauit Olearius.

u) Acumen ſophiſticum eſt in verbis: *καὶ ἄνθη λευκὰ τῇ πηγῇ παραπέφυκεν οὔπω ὄντα, ἀλλ' ἐπὶ τῷ μειρακίῳ φυόμενα.* Videntur, inquit, ipſi narciſſi, mox demum ex eius ſanguine veri Narciſſi naſcituri. Mox *ἡ κηρὰ προστέτηκας*, non eſt apum, ſed picturae in cera. Paullo poſt egregie emendauit Iacobs: *περιμένεις, εἴ σοι ἡ πηγὴ μύθῳ χρήσεται*, cum incommode legatur editum: *εἶτά σοι*, expectas, an fons, h. e. formae vmbra in aqua, etiam voce tecum loquutura ſit.

x) [Hoc non memineram ſupra, c. 2. de Como q. v. ſup. p. 26. Nota *b*). Obuerſabatur locus Philoſtrati iun. c. 14. de Hyacintho: *ἕστηκε — ἀκοντίῳ δὲ τῇ δεξιᾷ ἐπερείδει.*]

tibus corporis ſiniſtris retroactis; ſcilicet eſt tenendum, inclinato eum paullulum capite dextrorſum, intenta mente tota, aquam, in qua ſuam vmbram, ad verum expreſſam, ſpeculatur y), inſpicere; dextra ita eſt applicita corpori, vt brachium non adhaereat lateri, ſed incuruato cubito inter brachium et latus vacuum interuallum ſit; manus autem interior, ſeu vola extrorſum verſa ſit et complicata, ita vt vmbram proiiciat ea digitis inaequalem, cum illi modulo ſuo decreſcant z). Ceterum os erat ſuſpirantis, et oculus amoris affectum et cupidinem arguebat. Etiam in coma artificis argutiae laudantur; denſa ea erat et flaua partim per ceruicem

y) Inde manus impoſita eſt femori, (ὥστε) ἀνασχεῖν τε αὐτὸν, *vt ille promineat* (hac parte); καὶ σχῆμα πράττειν ἐκκειμένων γλουτῶν, *vtque ſpeciem ille praebeat lumbi dextri ſublati*, διὰ τὴν τῶν ἀριστερῶν ἔκκλισιν, *quoniam ſiniſter lumbus recedit.*

z) Copioſus eſt Sophiſta in hoc vmbrae reddendae artificio, ſatis vulgari. Manum, vola extrorſum verſa, digitis paullulum in pugni modum inflexis, vmbram proiicere, nemo miretur. [cf. Philoſtr. iun. c. 14. de Hyacintho ſtante: laeuum corporis latus, paullulum ſubductum; chlamyde inuolutus, dextra iaculo innixa, ἀνακειμένῳ τῷ γλουτῷ, καὶ τῇ πλευρᾷ διῃρημένῃ. vbi vide.] Dixit parum proprie: λοξαὶ δὲ αἱ ἀκτῖνες τῆς σκιᾶς, διὰ τὴν εἴσω ἐπιστροφὴν τῶν δακτύλων. Paullo poſt ex argutiis Sophiſtae ſunt iſta: δοκεῖ δὲ ἴσως ἀντερᾶσθαι Narciſſus, βλεπούσης αὐτὸν τῆς σκιᾶς, ὡς παρ' αὐτοῦ ἐρᾶται, *videt vmbra in aqua ſe amari ab adoleſcente.* Non mutari debebat in ἐρᾶται. [In ſuperioribus e codd. adhuc ſunt notanda: decepit te, o Narciſſe — ἐκτυπῶσαν σε τὸ ὕδωρ, οἷον εἶδες αὐτὸ, leg. ἐκτυπῶσάν σε τὸ εἶδος, οἷον εἶδες αὐτό. Poſtea: ἐμπέπτωκεν ἐπὶ τὸ ὕδωρ mſſ. ἐπιπέπτωκεν. Et δοκεῖ δ' ἴσως ἀντερᾶσθαι. mſſ. ἴσως καὶ ἀ.]

cem ſparſa, partim per aures diſcriminata, aut i
fronte a vento agitata, aut in genas defluens.

XXIV. Hyacinthus. Nec hac de fabula ne
ceſſe eſt multa monere. At de ſtatu Apollini
aliquid eſt monendum: iacet proſtratus puer, diſc
deſuper illapſo; emiſſus itaque iam erat diſcus a
Apolline, qui eius capiti inciderat; ſtabat Apoll
defixus in puerum, caſu attonitus. Proſpicit hae
laetabundus Zephyrus, qui per inuidiam Apolli-
nis diſcum ipſe in puerum vento ac flatu direxerat
notat quoque Philoſtratus Zephyri molle corpus
coronam e floribus, et alas in temporibus; cu
alias humeris illae inſertae ſint, etiam in turr
octogona Athenis. Pictor itaque argumentum fe
cerat ipſam pueri mortem *a*) et Apollinem grau
caſu perculſum. Expreſſus quoque in tabula flo
hyacinthus nondum rubens *b*). Adiicit alia ſo-
phiſta

a) Puer iacebat proſtratus: τὸ μὲν κεῖται ὑπ' αὐτοῦ γ
τοῦ δίσκου. Λακωνικὸν τὸ μειράκιον, καὶ τὴν κνήμη
ὀρθὸν, καὶ δρόμου οὐκ ἀγύμναστον, καὶ βραχίονα ὑπε-
γεῖραν, ἤδη καὶ τὴν ὥραν τῶν ὀστῶν ὑπεκφαῖνον. Ob-
ſcurauit ſententiam ſophiſticum acumen. Habitu
corporis palaeſtram arguebat, exercitationem in curſ
ſuſpicari licet agnoſci potuiſſe e tibia recta ac crur
carnoſo ac valido; alterum, quod brachium tolleba
adeoque coſtarum pulcritudinem aperiebat, ad more
eius, qui vulnus capitis inflictum ſenſerit, forte ſpe-
ctat; eſt tamen omnino recubantis habitus, qu
feliciter vtuntur artifices, vt *latus nudum* forma ſu
grata oculis ſe commendet. Pro ὀστῶν eleganti con-
iectura ὀσφύων Iacobs ſubſtituit; nam in puerili pul-
critudine femora laudantur praecipue.

b) Prima capitis verba: ἀνάγνωθι τὴν ὑάκινθον· γέγραπ-
ται γὰρ, intelligimus de litteris αἲ flori inſcriptis, v
fabula

phiſta, quae ad iactum diſci ſpectant, nil vero ad id, quod in tabula conſpicitur c).

XXV.

fabula ferebat; conuenit hoc acumini Sophiſtae; pergit: *et declarat flos, ſe ex adoleſcentis ſanguine natum eſſe. Nec de eo dubitare te ſinit pratum hoc;* καὶ γὰρ ἐνταῦθα ἐκπέφυκεν, ὁποῖα τῆς γῆς ἀνέσχε, *nam naſcuntur hic et alii flores, quotquot quidem terra edi ſolent.*

c) Eſt in his βαλβὶς, aliis de curriculi principio dictum, nunc de eo loco, in quo ſtat ille, qui diſcum emiſſurus eſt; debuit eſſe ſolum paullulum eleuatum, quod ſatis eſſet ei qui inſiſteret: βαλβὶς διακέχωσται μικρὰ, καὶ ἀποχρῶσα ἑνὶ ἑστῶτι. Spectat huc in Heſychianis βαλβὶς — βουνός. Adiicitur cauſſa eleuati ſoli, vt dextro pede ei innixus aliquis promineat laeuo pede, vt maiore cum niſu dextra diſcum emittere poſſit [ea βαλβὶς eleuat ſic alterum crus κουφίζουσα θάτερον τοῖν σκελοῖν, ὃ χρὴ συνεφάλλεσθαι καὶ συμπορεύεσθαι τῇ δεξιᾷ. Pro συνεφάλλεσθαι omnes tres codd. συναναπάλλεσθαι; recte; vna tolli, eleuari. Similem permutationem vtriusque vocis videbis in Homero Il. Υ. 424.] Iam pergit idem: diſcobolum, ait, in iactu caput reclinare in dextrum latus, eo vsque, vt latera ſua proſpiciat, et iacere diſcum debere, tanquam ſi e profundo hauriat, dextris corporis partibus innixus. Notiſſimum eſt ſignum Myronis, cuius deſcriptiones ſunt ap. Lucian. in Philopſeud. c. 18. et Quinctil. II. 13, 10. Conuenit prior locus ſaltem in hoc, quod in dextrum latus reclinatum corpus ſuperius in eo memoratur: ἀπεστραμμένον εἰς τὴν δισκοφόρον (ſc. χεῖρα). Sunt quoque nonnulla in Statio Theb. VI, 646 ſqq. quae comparari poſſunt. Aliud fuit ſignum Naucydis; Plin. XXXIV, c. 19, 19. Iam ſuperſunt ſigna antiqua diuerſae claſſis; alterum genus ſtatu recto: quale eſt in Mo Clem. Vol. III. t. 26. quod Naucydis exemplum referre coniectat Viſconti. Similis eſt pictura Herculanenſis Vol. III. p. 129. (Expreſſam figuram v. apud Winkelm. hiſt. Art. T. II. t. 2.) Alterius generis ſunt plura, vt in domo Marchionum de Maximis; aliud Londini in domo Townleii;

XXV. *Andrii.* Narratum eſt apud Plinium (H. N. II, 106.): *In Andro inſula, templo Liberi patris, fontem Nonis Ianuariis ſemper vini ſapore fluere, Mucianus ter Coſ. credit.* Altero loco (XXXI, C. 13.) additur: *ſtatis diebus ſeptenis fluere: ſi auferatur a conſpectu templi, ſaporem in aquam tranſire.* Hoc ſeu impoſtoris (γόητος) commentum, ſeu ex poeta petitum phantaſma, tabulae eſſe puta argumentum. Nec male res expreſſa. Fluuius ſpecie viri cubat, fontem effundens, vrna puta; integra ipſe aetate et bono corporis habitu. Pro ſtrato ſunt vitium racemi; pro arundinibus fonti adhaeſcuntur thyrſi. Profluentis amnis vtraque ripa videas choreas ſaltantium; alios recubantes, alios cantantes. Sub oſtia fluuii in mare exeuntis Tritones vinum cochleis hauriunt; alii vinum bibunt, iisdem cochleis vinum alii efflant, ore tanquam ad canendum cochleae admoto; alii ebrii ſunt, alii ſaltant. Interea Bacchus naui aduectus eſcenſum parat, Satyros, Bacchas et Silenos comites habens cum Ioco et Como *a*).

XXVI. *Mercurii natales.* Peccat tabula haec in artis praecepta haud vno modo: multo magis, ſi ex titulo capitis rem aeſtimes. Natum enim iam [illegible] Mercu-[illegible]

leii; aliud ante aliquot annos repertum, quod Canova ſculptore reficitur. Creduntur haec eſſe ad Myronis exemplum facta. Cum Philoſtrati tabula non conſentiunt. [Potuit itaque in tabula ars tertio alio modo eſſe variata.]

a) τον [Γέλωτά τε ἄγει καὶ τὸν Κῶμον, ἱλαρωτάτω καὶ ξυμποτικωτάτω δαίμονε, vbi [Γέλωτα] bene additum eſt a Oleario locus.

Mercurium tabula, et furta tentantem exhibet. Scilicet geritur res in Olympo monte e); et *primo* loco puerpera Maia exhibetur lecto recubans; circumſtant eam Horae; ex iis aliae puerum faſciis inuoluunt, floribusque conſpergunt; nunc *altero* eiusdem tabulae loco exhibitus eſſe debuit puer, dum faſciis clam elapſus, Olympo degreſſus, abigit Phoebi vaccas ſub monte paſtas, abſconditque eas in ſpelunca, candidas et aureis cornibus inſignes. Narrat haec Sophiſta, vt geſta ſunt, non vt picta; addit enim eum redire et in faſciis ſe abdere.

e) Quam diuerſa haec ſint a narratis in Hymno Homerico, facile vnusquisque animaduertet; inprimis in locorum, in quibus haec geruntur, notatione. In hymno Mercurius in antro Cyllenes Arcadiae natus, in Pieriam Theſſaliae digreſſus Apollinis inde armenta abigit; tranſierat in itinere Oncheſtum Boeotiae et Alpheum attigerat. Apollo veſtigia ſequutus inde e Pieria ad Pylum peruenit; Arcadiae autem eſſe neceſſe eſt, ad Alpheum ſitum, vt ex hymno intelligas, ſatis quidem remotum a Cyllenio monte; et inde Cyllenen peruenit. Alia, quae facile alius comparare poſſit, non attingimus. In principio capitis [illegible] αὐτοῦ κατιδεῖν, niſi [illegible] eſt τεκμήριον eius rei, ſcil. tantum luſus cauſſa furta ab eo exerceri, amplectenda eſt ingenioſa conjectura Iacobſii, καὶ λίκνον legentis, pro cunis: quas alii hac in re memorant; ipſe Philoſtratus tantum σπάργανα nominat. [ἐπὶ ~~τὴν [illegible] τοῦ~~ Ἑρμοῦ τρέπονται λέχει κειμένην mſ. 25. λεχῷ κειμένην, recte puerperam iacentem. In ſeqq. abigere dictus puer boues tantum eo conſilio, vt Apollinem ludificetur: ἀλλ' ὡς ἀφανισθεῖεν εἰς μίαν ἡμέραν, ἕς τ' ἂν τὸν Ἀπόλλω δάκῃ τοῦτο. In cod. 77. τὸν Ἀπόλλω δάκῃ ἐς τοῦτο, etiam hoc recte, ἐς τοῦτο, κατὰ τοῦτο. Elegans inuentum eſt, quod nutricum partes agunt Horae; vt Muſae apud Theocritum XIV, 53. et Callimach. Fragm. p. 569. CCCCX.]

dere. Inde *tertio* loco exhibetur Apollo expoſtulans cum matre Maia, vt ſibi reddantur boues, dum intereá puer faſciis euolutus clam a tergo dei non ſentientis ſoluit pharetram; qua ſe ſpoliatum mox animaduertens ridet Apollo: quo in riſu Sophiſta artificis artem elucere putat. Igitur in hac tabulae parte putandus eſt Apollo ſtare ante Maiam in lecto recubantem, verba faciens; a tergo adrepente Mercurio puero et ſurripiente arcum ex humero ſuſpenſum, haud dubie cum pharetra; prorſus vt in Horatio habemus: *puerum minaci voce dum terret, viduus pharetra riſit Apollo.* Videant artis periti, an vltima haec pars per ſe idoneum tabulae argumentum praeſtare poſſit: Apollo cum Maia agens, arrepente interea a tergo Mercurio puero et arcum ſurripiente.

Verum ſatis proluſum his de luſibus; grauiora ſunt ea, quorum cauſſa haec ſcripta ſunt, vt ſollennem conuentum in craſtinum diem nouique magiſtratus auſpicia indicamus, quae vt fauſta et ſecunda ſint, ex animo precamur. P. P. in Georgia Auguſta pridie Kalendas Septembres clɔlɔccxcvii.

V.

V.

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE
PROREctor
HENR. AVGVSTVS WRISBERG D.
CVM SENATV
SVCCESSOREM
IN
MAGISTRATV ACADEMICO
IO. GODOFREDVM EICHHORN
CIVIBVS SVIS
HONORIS ET OFFICII CAVSSA
COMMENDAT
IN KALENDAS MARTIAS CIↃIↃCCXCVIII.

Philoſtrati Imaginum illuſtratio.
Particula V. Tabulas Libri. I. XXVII-XXXI. Lib. II. I-V. complexa.

Martis Romani feſtae venere Kalendae; Exoriens noſtris hinc fuit annus auis: verba ſunt, a quibus vna ex Tibulli elegiis exordium ducit. Vt rerum vices ſunt variae et mutabiles, iisdem verbis nunc vti licet, Commilitones, in vſus noſtros, etſi modo paullo diuerſo, inſtant Kalendae Martiae, *exoriens nobis vnde eſt academicus annus:* ſaltem creatus in priores ſex menſes magiſtratus auſpicia inde ducet, in iis inſignia ſumet. Nomen quidem Martis

Martis parum cum ſtudiis noſtris conuenit; malimus menſem Mineruae aut Muſarum eſſe. Bonum tamen factum, quod nec arbitrii noſtri ea res eſt. Nam ſi in animum veniret aut liceret hoc nouare: haud defuturi eſſent, qui, nos populum rerum potentem, (qui et ipſe annum menſiumque nomina mutauit,) aemulari, eoque nouas res moliri, plebem concitare, in patriam coniurare, clamarent: vt ſunt homines fanatici et maleuoli, qui ſimilibus de cauſſis, leuioribus quoque, homines litteratos et litteras accuſant tanquam rerum nouarum primam ſcaturiginem, quam ipſi intra ſe quaerere debebant; ipſi enim ſunt, qui ſuſpiciones, metus, odia, per omnes ordines diſſeminant; cum enim perſpicientiam veri rectique aut nullam habeant aut parum iuſtam, nec niſi opiniones praeiudicatas ac temere ſuſceptas de rebus diuinis humanisque animis imbiberint, eas mira cum arrogantia aliis obtrudunt, cumque videant libera eſſe hominum iudicia, nec dominationi in his eſſe locum, diis hominibusque iraſcuntur, minas miſcent, et religiones atque imperia peruicacia illa hominum, aliter quam ipſi ſtatuentium, conuelli ac diſſolui clamant; odia, crimina, calumnias, ſpargunt, aures diuitum et potentum obſident, ſuſpiciones et metus inſtillant; conſpirare alios ad rerum ſtatum labefactandum vociferantur, libellis quoque diabolaribus eadem euulgant; cum ipſi ſint, qui furore ſuo tranquillitatem publicam conturbent, et ad notandos atro carbone viros innocentes inter ſe coeant ac conſpirent. Neque noſtra Academia omnino intacta

fuit

fuit ab horum biliosorum et fanaticorum hominum calumniis; quas ipſo temporis ſucceſſu, vt bene prouideramus, diſpulſas et proſtratas eſſe laetamur. Nobis loci ac muneris litterarumque, quas quisque profitemur, nomine et cauſſa iniunctum eſt, et a nobis hoc exſpectatur, vt, in qua quisque occupati ſumus, diſciplina; opiniones varias ac iudicia hominum trutinemus, exploremus, et ad rerum veras naturas exigamus: quid mirum, homines litteratos a plebe diſſentire? nec ſemper cum viris etiam perſpicacibus et vſu rerum doctis conſentire? etiam iudiciis ipſos inter ſe diſſentire? etiam in nonnullis errare? falli? Haec vt fiant, ipſa rerum natura poſtulat, neque humanae mentis vis et facultas admittit hoc, vt ab omnibus eadem ſentiri ac ſtatui poſſint. Eniniuero his diſſenſibus ac diſputationibus vulgus parum mouetur, parum attendit; nec rerum actus ex iis pendet. At enim ſunt hominum cupiditates ac furores in appetendo principatu, in ſuperbia et arrogantia, in congerendis opibus, vnde luxui et rei familiaris ruinae ſubueniant, ſunt flagitia, corruptelae, vitia; haec illa ſunt quae imperia conturbant; et res antiquant nouantque; atque ea in litteratis et illiteratis pariter vigent et regnant. Neque bonae litterae in partem aliquam ſeu laudis ſeu culpae veniunt, niſi quod bonis viris recte ſentiendi et faciendi rationes ac modos praebent, malorum hominum ingenia forte acuunt ad reperiendos colores aut cauſſas probabiles, quas prauis ſuis conſiliis praetexant; atqui eas, etiam ſine litterarum ſtudiis, reperturi fuiſſent; vti ſine omni litterarum afflatu

eas

eas reperiunt alii, iique ipſi qui litteras accuſant. Contra academiae, Bonae Mentis ſacraria, cum in ſtatu rerum publico locum et ordinem occupant, vt nec luxu in effundenda pecunia, nec artibus in ea paranda cum aliis certare poſſint, nec vias habeant ad honores conſequendos expeditas, quandoquidem a rerum adminiſtratione longiſſime abſunt. Colimus otium, non, quod multi, iners ac deſes, ſed otium litterarium, a rerum actu remoti ac ſecluſi; atque in hoc felicitatis noſtrae ſummam poſitam eſſe bene perſpicimus; hanc nobis per hoc quoque ſemeſtre ſeruatam eſſe integram et illibatam, propitio numine, ſummorum virorum prudentia, laetamur, deoque immortali gratias agimus, agemusque publice in his ſollennibus, quae in diem craſtinum indicimus; transferentur enim inſignia magiſtratus academici in domum

IO. GODOFREDI EICHHORN,

collegae honoratiſſimi, fama doctrinae et ingenii meritisque litterariis clariſſimi; quibus nunc additurus eſt merita ex rerum gerendarum conſiliis ac prudentia: quibus vt fortuna ſecunda adſpiret, ita precamur, vt cum iis reipublicae noſtrae ſalutem et incolumitatem coniunctam eſſe intelligamus. Veſtra ſtudia, veſtrumque obſequium, Commilitones, ita praeſtate, vt, quod vobis proficuum et ſalutare ſit, in eo vos nobis quoque gratiam facturos eſſe arbitremini.

Nunc cum alteri parti officii noſtri ſatisfecerimus, Commilitones, ne in curſu ſubſiſtamus, pergendum eſt ad alteram: quam, vt ſine offen-

ſione

ſione peragamus, nec calumniandi ac ſuſpicandi locum faciat argumentum ipſum, materiam tractandam ſuſcepimus a bonis litteris haud alienam, cum artium ingenuarum elegantia coniunctam, dum *Philoſtrati Imagines* ita perluſtramus, vt, ſeiunctis et ſemotis his, quae pigmenta ars rhetorica adiecit, tabularum ipſa argumenta eruamus, quidnam et quomodo pictum in tabulis fuerit, probabiliter aſſequamur.

Tabula XXVII. Amphiaraus. Vnus ille e ſeptem ducibus Argiuorum in bello ad Thebas, idemque vates, fuga facta, cum iam telum infeſtum tergo eſſet excepturus, terrae hiatu facto conſpectui ſubducitur. Nunc ille bigis fertur; equi candidi, ſudore, puluere, ſpuma oris, anhelitu narium, iubaeque iactatione, curſum concitatum teſtantur: quae ſi pictor ſcite reddidit, non imperitus ille artis habendus erat. Amphiaraus curru inſiſtit, armatus, capite tamen, vtpote vates, nudo, et laurea corona circumdato, ipſo adſpectu ſacrum ſe et fatidicum ferens. Iam vt locus declaretur, in quo res geſta eſt, vna cum euentu, adiuncta ſunt plura; appoſitus eſt Oropus heros, conditor vrbis Oropi in finibus Atticae et Boeotiae ad mare ſitae; in conſpectu receſſus, Amphiarai ſacrum antrum; aſſidet Veritas, candido amictu; apparet porta Somniorum, nam oraculum Amphiarai conſtitutum poſt eius mortem eſt per ſomnia; et ipſe Somnus membris quiete ſolutis, veſte candida ſuper nigra indutus, cornu tenens manu. Ingenioſe in his concepta ſunt animo

 nonnulla;

nonnulla; qua tamen arte ac ſollertia in ſummam argumenti ab artifice recepta, et ad vnitatem, quam artis ſubtilitas poſtulat, redacta ſint, haud apparet. Sigillatim monenda in marginem reiicimus *a*).

XXVIII.

a) Fabula ipſa eſt ex celebratiſſimis in antiquitate. Delphis quoque Amphiaraus inter duces Argiuorum ſtabat ex aere, curru tamen iuxta poſito, cui non ipſe, ſed Bato auriga inſiſtebat, Pauſan. X, 10, 2.

Bigis eum inſiſtere monet Philoſtratus, non quadrigis, quibus heroes in bello Troiano nondum vſi ſint: τὸ γὰρ ἐπὶ τεττάρων οὔπω τοῖς ἥρωσι διὰ χειρὸς, εἰ μὴ ἄρα Ἕκτορι τῷ θρασεῖ. Vltima haec ab interpolatore eſſe profecta, cenſebat Valkenarius ad Eurip. Phoen. p. 19. Enimuero non Philoſtrati haec eſt interpolatio, ſed loci in ipſa Iliade Θ, 185. qui verſus non eſt Homericus, ſed rhapſodi. At in ſeqq. rediit ducum nullus, πλὴν Ἀδράστου καὶ Ἀμφιάρεω. Atqui nec hic rediit; tollendus adeo. [Bigae ferunt Amphiaraum ἐκ Θηβῶν ἐπανιόντα. Dictum de fuga, τοὺς δὲ λοιποὺς Καδμεία κατέσχεν, expreſſum eſt ex Iliad. Γ, 243. τοὺς δ' ἤδη κάτεχε φυσίζοος αἶα etc.]

Vix vera ſunt illa: γράφει δὲ καὶ τὸν Ὠρωπὸν νεανίαν ἐν γλαυκοῖς γυναίοις. τὰ δέ ἐστι θάλατται. *medium inter glaucas mulierculas; maria autem* (*denotant*) *iſtae*. Quam inepte! Fuiſſe videtur ἐν γλαυκοῖς ἱματίοις. τὰ δέ ἐστι θαλάττια. *caeruleis* Oropus heros indutus eſt *veſtibus*, qui *marinus color* eſt. Erat autem vrbs Oropus ad mare ſita, [Noſter Sophiſta eam ἐν τῇ Ἀττικῇ collocauit. Pro ea Pſaphidem ſeu Pſophidem, nam corruptum nomen eſt, memorat Strabo IX. p. 612. εἶτα (poſt Rhamnuntem) Ψωφὶς ἡ τῶν Ὠρωπίων. ἐνταῦθα δέ που καὶ τὸ Ἀμφιάρειόν ἐστι ſqq.]

τὸ φροντιστήριον τοῦ Ἀμφιάρεω. ita appellat Sophiſta hiatum terrae: ῥῆγμα ἱερὸν καὶ θειῶδες. forte quod ad eundem aedicula fuit, in qua ſedebant ii qui ſomnium expectabant. Pauſanias quidem lib. I 34. nil niſi templum et in eo incubationem memorat; verum in oraculo Trophonii, quod accurate deſcripſit

XXVIII. Venatio. Non male inſtituta eſt pictura haec. In medio venantium ex equis, eſt pulcher adoleſcentulus, quem obſeruant ceteri et

ſcripſit, IX, 39. paria occurrunt. Creditus vulgo eſt hic hiatus terrae eſſe idem, per quem Amphiaraus ad inferos deſcenderat (Pauſan. I, 34.), etſi duo alia loca eadem fama ſe tuebantur; Harma in Boeotia in agro Tanagraeo: Pauſan. ibid. et IX, 19, 4. [*Secundum* haec fuga Amphiarai vtique fuit paullo longius producta inde a praelio ante Thebas; apud Pindarum in ipſo praelio Periclymenus eum inſequutus in eo erat, vt haſta tergum transfigeret: Nem. IX, 57-61 ſq. cf. X, 14. 15.] et alter vtique locus haud longe a Thebis ad viam Potniis ad Thebas ducentem; v. Pauſan. IX, 8. Sed fanum Amphiarai ex loco propiore ad Thebas eſſe ad Oropum traductum ipſe Strabo obſeruat lib. IX, p. 619. *ἐκ Κνωπίας δὲ τῆς Θηβαϊκῆς μεθιδρυμένον δεῦρο τὸ Ἀμφιαράειον.* De Cnopo locus, a Caſaub. laudatus, eſt in Scholiis Nicandri ad Ther. 889. p. 49. (41.).

Somnus veſte indutus eſt candida ſuper atram inſecta; additur: *τὸ, οἶμαι, νύκτωρ αὐτοῦ καὶ μεθ' ἡμέραν.* Obſcurum hoc, et excidiſſe videtur aliquid; ſenſus eſt: ſpectare hoc eo, quod noctu, et die exacto, Somnus nos opprimit. Porro Somnus cornu tenet manu: *vt qui inſomnia per veram portam inducere ſoleat, ἔχει καὶ κέρας ἐν ταῖν χεροῖν, ὡς τὰ ἐνύπνια διὰ τῆς ἀληθοῦς ἀνάγων.* Supplendum *τῆς ἀληθοῦς πύλης.* Miro modo petiit hoc Philoſtratus a portis Somniorum cornea et eburnea: de quibus v. Excurſ. ad Aeneid. VI. Quidni reputabat cornu Somni, quo ſomnum in mortales effundit! vt toties apud poetas, vt ſtatim in Thebaide II, 143. 4. *Illos poſt verbera feſſos exceptamque hiemem, cornu perſuderat omni Somnus.*

[In principio capitis: *οὔπω τοῖς ἥρωσι διὰ χειρὸς* bene addit *ἦν* Guelph. 74. cum edit. Iunt. *πρότερος μὲν οἶμαι* Cod. 29. *πρότερον*, et paullo poſt *ὑπὸ τοῦ ἱδρῶτος.* et in extr. pro *ὡς τὰ ἐνύπνια*, miro lapſu, *τὰ ὕπτια.*]

colunt; deſcribuntur ſingulorum habitus, quo colore fuerint, et equi; inprimis adoleſcentuli, equi forma, phalerae, chlamys, apparatus venatorius. Proſiluerat aper ex latebris excitus, qui leui iam vulnere ictus in paludem et in medium lacum ſe proripuerat; eum perſequitur adoleſcens cum quatuor canibus; minantem illum ictum iaculo transfixerat; pictus erat adoleſcens eo ſtatu, quo iaculum emiſerat, capite ad dextram inclinato, vt omni corporis vi iaculum emitteret, quod in apri parte ea haeſit, qua humeris collum iungitur. Occupati ſunt canes in fera ad ripam deducenda, inter acclamationes adſtantium *b*).

XXIX.

b) Expreſſerat pictor etiam vaſtationem agri per apri incurſum factum. Aprum iam iaculo transfixum ab iuuene venatore conſtituere argumentum tabulae, recte videmur perſpexiſſe ex parte nouiſſima capitis. Adoleſcentulus ille eſt *ἐρώμενος* et qui cum eo venantur, *ἐρασταί*. Expoſuit rem Sophiſta non modo viuide, tanquam viuidiſſime ab artifice reddita, verum deliranti ſimilis et cum parenthyrſo. [Conuerſi in puerum ſunt omnes. *τί δὲ παρ' αὐτῷ ἐπέστραφθε*. Guelph. 77. *παρ' αὐτὸ*; hoc recte, ad *μειράκιον*. ſed malim quoque *ἐπ' αὐτό*.]

In ornatu equorum deſcribendo locus eſt notabilis p. 804. vbi declarat picturam in aere inuſtam, encauſticen appelles, nos *Email*. *Argenteis equi ornati ſunt frenis, Phrygii operis; aureae autem phalerae ſunt: Aiunt barbaros Oceani accolas iſtos colores aeri infundere ignito; colores vero coire, et indureſcere, et quae picta ſunt ſeruare.* *ταῦτα φασὶ τὰ χρώματα τοὺς ἐν Ὠκεανῷ βαρβάρους ἐγχεῖν τῷ χαλκῷ διαπύρῳ, τὰ δὲ συνίστασθαι καὶ λιθοῦσθαι καὶ σώζειν ἃ ἐγράφη*. Britannos deſignari exiſtimamus; nam ſi Galliae oram borealem declarare voluiſſet, *τοὺς ἐπ' Ὠκεανῷ βαρβάρους* dixiſſet. Putabamus veſtigia ineſſe operis encauſtici,

XXIX. Perſeus. Etiam in hoc attendendum eſt, momentum actionis diuerſum eſſe ab eo,

cauſtici, quod nos *Email* appellamus; retudit tamen impetum maturum iudicium Collegae, quem honoris cauſſa nominamus, Io. Beckmanni, de huius artis inuento inter veteres dubitantis et Oleario adſtipulantis, qui (ad Vit. Soph. I, 25, 2, 17.) verba ad artem incoquendi album plumbum operibus aereis refert ex loco Plinii XXXIV. c. 48. (Nos dicimus, *ſtanno inducere*, *verzinnen*. v. Beckmann. *Geſchichte der Erfindungen*, IV. Bd. p. 361.)) Sane conuenit: τὸ ἐγχεῖν τῷ χαλκῷ διαπύρῳ, quod Plinii *incoquere* eſt, conuenit τὸ συνίστασθαι et λιθοῦσθαι, nam refrigeratum plumbum indureſcit; at τὰ χρώματα *colores infundi et incoqui*, *et colores ſeruare* ἃ ἐγράφη, *quae picta ſunt*, difficultatem faciunt, ſi ita acceperis. Verum verſamur in ſcriptore verbis improprie et none vbique vtente; hic etiam perturbate; nam obſcurum eſt, ad quodnam ex anteeedentibus referenda haec ſint; vix ad aureas phaleras, ſed ad *argentea frena;* iam *colores* pro ſingulari dicere potuit, vt ſit color albus, et γράφεσθαι improprie forte de albo colore, quo aes erat inductum. Eſt quoque de purpurae e luce et vmbra variatione locus ingenioſe ſcriptus eadem pag. extr. τῷ τῆς Ἴδης ἄνθει, verbis locum Iliados de Iunonis amplexu (ξ, 347 ſqq.) reſpicientibus, quae bene illuſtrat Iacobs: cum ea purpura ſit nigricans, ſplendorem accipit a ſole, et in floridum colorem mutatur: hunc floridum colorem appellat ἄνθος, et, vt notionem amplificet, flores omnes Idae natos arceſſit.

p. 805. καὶ ὑπὸ τοῦ ἵππου ἐπῆκται adoleſcentulus, καὶ συνίησιν, ὅτι ἐρᾶται. Quid hic ſit ὑπὸ τοῦ ἵππου ἐπάγεσθαι, vix intelligas. Fuit ἐπῆρται, quod ſenſus poſtulat, vt et vertitur, *equo ſuperbit*, *ſeque amari intelligit*. atqui hoc eſt ἐπαίρεσθαι. [Paullo ante ὅτε ἀτακτήσῃ ἡ κόμη. Guelph. 77. ἀτακτήσει. in quo etiam ἐπῆρται legitur. Paullo poſt canes οὐχ αἱ ῥῖνα ἀγαθαὶ μόνον idem melius quam μόναι. Mox: καὶ μὴ δεδιότα. ἔχονται (excidit puto δὲ), μετὰ τὴν εὐχὴν, τῆς θήρας. Poſtea: καιρία μὴ ἐντυχόντων, corr.

F 3 καίρια,

eo, quod in aliis operibus eſt narratum. Caeſa enim iam bellua Andromeda liberatur; inuento tamen nouo. Nam in notis ſignis, etiam Walmodeniano, vt quoque in notis anaglyphis, Perſeus ipſe vincula ſoluit; at in hac tabula Amor Andromedam rupe liberat; Ceto in littore proiecto et mari e ſanguine rubente. Perſeus in herba ſedens recreat ſe aurae frigore; ſepoſita Gorgone porrigunt ei lac et vinum paſtores Aethiopes; ipſe, laeuo cubito nixus, intuetur puellam, chlamyde purpurea a vento ſinuata, guttis ſanguinis belluae adſperſa; pulcher ille et ex labore ſuffuſus ora rubore, venis intumeſcentibus, anhelanti ſimilis. In Andromeda formae gratia addita erat ex ipſo caſu: vix ipſa rebus ſatis fidere, cum ſtupore gaudere, Perſeo arridere *c*).

XXX

καίριχ, pro καιρίως. letali vulnere. καὶ ἐς τὰ δεξιὰ κλῖναι. idem codex, μετακλῖναι.],

Ibidem in apparatu venatorio ſunt προβόλια, venabula, quae iam ſup. tab. II. vidimus; vbi nodum in ſcirpo quaeſitum eſſe, ſero intelligimus; nam Comus ibi, herois more in ſignis, manum habet impoſitam, admotam, venabulo; τὴν ἀριστερὰν προβολίῳ ἐπέχων. Mox haud longe a loco venationis abeſſe ſacellum Dianae narrat, καὶ ἄγαλμα λεῖον ὑπὸ τοῦ χρόνου. quale hoc eſſe putabimus? ſi e ligno aut e lapide eſt, corroſum potius erit longo tempore, non laeuigatum. Inueniet aliquis meditando aptius vocabulum. Statum iaculantis luculentius deſcriptum vide ap. Xenoph. de re equeſtri c. 12, 14.

c) Aethiopes memorat Philoſtratus e vulgari interpretatione nominis Aethiopum et Indorum ad vetuſtatem ignorationem geographiae. Quae vulgo in Phoenicia ad Ioppen eueniſſe narrantur, ad Aethiopiam retulerunt alii, ex incerta notione nominis Aethiopum

XXX. Pelops. Narratur ille a Neptuno quadrigas accepiſſe, vt Hippodamia potiretur, cuius nuptias pater Oenomaus, Piſae rex, ei propoſuerat, a quo curſu victus eſſet, morte victo inflicta. Momentum, quod tabulae argumentum conſtituit, eſt huiusmodi: Eſcenderant iam mari

et Indorum; ſic Apollodor. II, 4, 3. et noſter. [Tollenda eſt in cap. principio interpretatio, quae ſenſum interuertit, qui hic eſſe debet: *non hoc eſt rubrum mare; non Indi; ſed Aethiopes; et eſt Graecus homo in Aethiopia.* Erant quoque in Cod. 77. adſcripta verba: *τὸ πᾶν τοιοῦτόν ἐστι* (*tota ſententia haec eſt*). *σὺ μὲν νομίζεις ἴσως τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν εἶναι ταύτην. διότι βεβαμμένην αὐτὴν ὁρᾷς ὑπὸ τοῦ αἵματος τοῦ κήτους. ἀλλ' οὐκ ἐστιν, καὶ τὰ ἑξῆς.*] Hinc *Ἀτλαντικὸν κῆτος* h. l. quaſi ſedes fabulae eſſet in occidentali Africae littore; eſt enim inter antiquiſſimum mythorum genus referendum, quidquid de Perſeo narratur, et Perſeis carmen debuit eſſe vetuſtiſſimum: quae ex ipſa rerum narratarum natura facile colligas.

Amor *iam iuuenis* pictus erat: *γέγραπται πτηνὸς μὲν, τὸ εἰωθός. νεανίας δὲ παρ' ὃ εἴωθε.* Ergo iam Philoſtrati aetate Amorem iuuenili aetate exhibere deſierant artifices?

Andromeda candida erat facie, etſi inter Aethiopes. [Dicitur illa forma vincere vel *Λυδὴν ἁβρὰν, καὶ Ἀτθίδα ὑπόσεμνον, καὶ Σπαρτιάτην ἐῤῥωμένην.* Ita puellae Lydiae mollitie, Athenienſes grauitate, Spartanae corporis firmitate inſignitae erant.] Quod Aethiopes ruricolas accolentes et lac cum vino praebentes Perſeo appoſuit pictor, e noſtris moribus non eſt diiudicandum. Quod *illi rictu oris diducto rident*, *βλοσυρὸν μειδιῶντες*, *et libere gaudent, et inter ſe ſimiles plerique ſunt*, non indoctum pictoris eſt commentum. [In extr. *ἐπιλαμβάνοντος τούτου αὐτάς.* mſ. 77. doctius, *ἐπιλαμβάνον τοῦτο αὐτάς.*]

equi in littus; adſtat equis Pelops, cuius manum Neptunus tenet, in eum intuens, et ſalubria mo- nens. Laudatur forma adoleſcentuli vix puberis mollitie Phrygiam patriam prodentis; toto corpore veſtiti, nudato tamen humero eburneo, hoc eſt candore eximio, qui noctu tanto magis eluceſce- bat. In equis artem quaerit Sophiſta ſigillatim in hoc, quod quatuor equorum pedes haud con- fuſi ſunt, et quod equorum quisque alio ſtatu exhibitus eſt; vnus enim coërcetur, vt ſtet inuitus, alter pulſat vngulis ſolum, tertius obſequioſum ſe ſiſtit, vltimus adhinnit Pelopi. Neptunus forma Pelopis delectatur *d*).

XXXI

d) Mythus ex Pindari prima Olympica notus eſt. Phi- loſtratus *Lydum* prodit Pelopem, qui e Phrygia fuit, confuſis multorum exemplo Phrygibus et Lydis. Haud dubie vera eſt lectio: Pelops Ἀλφειὸν πνεῖ pro ἀφνειὸν, iam toto animo infixus eſt in curſu ad Alphei ripam. Sequentia laborant, quod notauit iam Valkenarius ad Herodot. I, 132. p. 66, 41. nec emen- dauit: βλέπει δὲ ἡδὺ καὶ μετέωρον, ὑπὸ τοῦ τιάρα ἐπι- σοβεῖν, ἧς, οἷα χρυσαῖ λιβάδες ἡ κόμη τοῦ μειρακίου ἀποστάζουσα, μετώπῳ ὁμολογεῖ. Videntur ſic conſti- tui poſſe: βλέπει δὲ ἡδὺ, καὶ μετέωρον ὑπὸ τοῦ τιάρα ἐπισοβεῖ, οἷα τε χρυσᾶς λιβάδας ἡ κόμη τοῦ μειρακίου ἀποστάζουσα μετώπῳ ὁμολογεῖ etc. *obtutu eſt iucundo, et ſub tiara in ſublime ſe efferente; et tanquam aureas guttas deſtillans coma adoleſcentis reſpondet fronti*: ſcilicet vtraque madeſcit ſudore. ἧς male adſcriptum erat ad τοῦ τιάρα: quippe quod feminino genere ef- ferri ſolet. Paullo ante: καὶ ἀναφέρει αὐτὸ, non τὸ μειράκιον, ſed, τὸ ἐρᾷν αὐτοῦ.

Mox barbarorum morem laudat, hoc eſt Phrygum ſeu Lydorum, quos vocat, totum corpus veſtimen- tis operientium: recentioris adeo moris ſunt ſigna Paridem aut Atyn referentia veſtimentis in aluo et

femori-

XXXI. Xenia. Eſt haec tabula vnica ſui generis in toto Philoſtrato; nam quae altero libro inſcripta eſt eodem Xeniorum nomine, lib. II, tab. XXVI. non prorſus eiusdem eſt argumenti, accedentibus ſcilicet animantibus. At ea tabula, in qua nunc verſamur, nil niſi fruges exhibet; vt prorſus ſit ex eo genere tabularum, quas nos nomine hinc ducto denotamus. Nomen Xeniorum ex eo inſcriptum eſt, quod inter munera hoſpitibus appoſita vel miſſa erant poma omnis generis. Quae tamen in deſcriptione a Philoſtrato facta deſiderantur, ſunt ea ipſa, quae iudicium de arte operis et laude conſtituunt; nam quo ordine haec diſpoſita, aut quomodo colores variati inter ſe et ad certam rationem temperati fuerint, haud apparet. Promiſcue et aceruatim omnia in ſolo diſperſa eſſe putes. Nam in ipſo ſolo ficus foliis viteis impoſitas cerni ait, iuxta eas ramum ficis grauidum; nucibus totum pauimentum eſt inſtratum, pira piris ſunt accumulata, mala malis; ſunt et ceraſa. Inter haec viſitur calathus vuis plenus; praeterea in foliis ficulneis mel, in aliis caſeus recens; appoſiti lactis crateres. Eſt poſt haec omnia

F 5 aliquid,

femoribus diſciſſis, vt nudum corpus eniteſcat. In his verba ſunt: *γλουτὸν, καὶ στέρνα, καὶ ὅσα περὶ γυμνοῦ τοῦ Πέλοπος ἐλέγχῃ ἄν.* vert. *Nates et pectus et quaecunque de nudo Pelope dici poſſent, tegit pictura.* Noua loquendi forma, *ἐλέγχειν περὶ τινος. de aliqua re prodere aliquid.* [Immo vero *ἐλέγχειν τινος.* Senſus: Quicquid nudi eſt, occulit veſtis. Lege *ὅσα περ.* Pro *ἐλέγχῃ ἂν* mſ. 77. inſcite *ἐλέχθη ἄν.* Melius idem in cap. princ. articulos addit: *τοὺς τῆς Ἱπποδαμείας* et *τοῖς τῶν μνηστήρων.*]

aliquid, in quo iudicium auctoris deſideres, quod nulla anni ratio eſt ſeruata in fructibus ſeligendis; nam ficus maturae et crudae, eadem in congerie, eodem in ramo, ſunt cumulatae *e*).

Lib. II. Tabula I. Puellarum chorus hymnum canens ad aram Veneris; cuius ſignum adſtat eburneum, deam nudam referens. Extare illud et prominere in tabula narrat auctor; et recte in laude operis ponit. Ornata eſt dea gemmis, in monili

e) Multus eſt Sophiſta in ornandis per ornatiſſima verba e poetis et rhetoribus delectis fructibus. In his eſt de ramo ficulno: *σκιάζει δὲ σῦκα* (ficus quas ipſe habet), *τὰ μὲν ὠμὰ καὶ ὀλύνθους ἔτι, τὰ δὲ ῥυσὰ καὶ ἔξωρα, τὰ δὲ ὑποσέσηρα, παραφαίνοντα τοῦ χυμοῦ τὸ ἄνθος.* Vertitur: *ficus inumbrat, partim quidem crudas et groſſos, partim vero rugoſas et exoletas, partim* hiantes quodammodo, *ſuccique florem oſtendentes.* Grammaticum non eſt *ὑποσέσηρα.* ſaltem deb. *ὑποσεσηρότα.* ſed leg. *τὰ δὲ ὑποσέσυρρα*, *aliae hiant.* [Sicque legit mſ. 25. at in mſ. 77. eſt *ὑποσέσυρε.*]

Sequitur: *τὸ δὲ ἐπ' ἄκρῳ τοῦ ὄζου στρουθὸς διορώρυχεν*, argutias exprimit in opere, quod in ſummo ramo ficus aliquot perfoſſas adumbrauit; quia paſſeres ſolent has arrodere roſtro: quo ipſo ſuauiores illae redduntur. Non vero paſſer appoſitus erat, vt Vigenerius putauit.

Paullo poſt: *Ceraſi haec munera: fructus ecce, racematim in calatho congeſti.* *κεράσου δὲ ταῦτα δῶρα, ὀπώρα τις αὕτη βοτρυδὸν ἐν ταλάρῳ.* Non haec cohaerent. Interpungendum: *κεράσου δὲ ταῦτα δῶρα. ὀπώρα τίς αὕτη βοτρυδὸν ἐν ταλάρῳ*; interrogatiue.

Ingenioſum illud, quod calathus uvis plenus ex viminibus viteis eſt contextus. Mel impoſitum eſt ficulnis foliis *latens adhuc in fauo*, ſed exſudans et efflorefcens: quod de ſucco ex percoctis ficubus accipit Olearius.

monili puta vel armilla, non colore diſtinctis, ſed pelluciditate notabilibus, Ara eſt ture ardens, Choragus eſt anus non ingrata forma ſenili, ſervans aliquid e priſtino aetatis flore. Puellae omnes pulchrae; veſtes cingulo cinctae, variegatae, colorum diuerſitate, vt adſpectu ea iucunda ſit, haud indocte temperata. Pedibus incedunt nudis; vtpote in loco herboſo intra myrtetum, in quo ſacrum ſit. Canunt illae; et canunt, quod aſſeuerat Sophiſta, carmen Sapphicum; diuinare quoque ſibi videtur argumentum cantus, laudes Veneris naſcentis. Accinit Amor, et neruus in arcu remiſſus reſonat ad numeros, tanquam neruі in lyra; magis argutum et plane ſophiſticum eſt, quod ille mobiles voluit oculos tanquam rhythmum aliquem meditans. Anus choragus manibus ſubplodit canentibus et toruis adſpicit vnam e puellis edentem vocem diſſonam *f*).

II.

f) Argumentum haud inſuaue; quod a noſtris hominibus noſtra arte redditum placere poſſit. Signum ſtans *ἐν ἁπαλοῖς μυῤῥινῶσιν*, in myrteto, Venerem nudam exhibet: *καὶ τὸ μὲν σχῆμα τῆς* Ἀφροδίτης, *αἰδοῦς γυμνὴ καὶ εὐσχήμων.* vert. *pudore nudata eſt omnis, et vndiquaque decora.* Qui Venerem Mediceam in animo habet, expectabit deam eſſe *nudam μετ' αἰδοῦς.* Jacobs emendabat: *ἰδ' ὡς σεμνὴ καὶ εὐσχήμων:* Nos interpungimus: *καὶ τὸ σχῆμα τῆς* Ἀφροδίτης, *αἰδοῦα γυμνὴ καὶ εὐσχήμων. habitus deae*, ſeu ſtatus, *eſt habitus pudoris; eſt enim illa nuda et ſtatu corporis decenti.* tegit enim pudenda.

Porro ex ebore ſignum eſt; quae *eboris tractandi* ratio fuerit, ex verbis patet: *ἡ δὲ ὕλη, συνθήκη μεμυκότος ἐλέφαντος.* ex ſectis eboris teſſellis coagmentatis confectum eſt ſignum: quam ad rem declaran-

dam

II. Achillis nutritio. Achilles adhuc tenellus, captum curſu hinnulum apportans; ſtans ante Chironem Centaurum nutritorem, pedibus anterioribus in humum deflexis ſinu poma, et dextra fauum mellis,

dam iam aduocatus eſt locus in quaeſtione de ſignis eburneis, qua arte elaborata fuerint. (*Antiquar. Abhandl.* II. Bd. p. 155 f.) Illuſtrat rem verſus Valerii Flacci II. 405. Heſionen vident in rupe belluae expoſitam *Exanimum veluti, multa tamen arte coactum, Moeret ebur.* Vbi non eſt, *coactum* moerere; ſed eſt ſignum teſſellis et laterculis eburneis coagmentatum. μεμυκέναι, συμμεμυκέναι dicuntur teſſellae conglutinatae, ideoque coniunctae, coeuntes. Quod diximus, *eminere e tabula* ſiguram Veneris, ſic eloquitur Philoſtratus: ἀλλ' ου βούλεται γεγράφθαι δοκεῖν ἡ θεὸς, ἔκκειται δὲ οἷα λαβέσθαι. quod alibi eſt τὸ ἐξέχον, bene illuſtratum ab Oleario ad Apollonii Vitam II, 20, 17.

Obſcurum eſt, quo ſenſu dicta ſint illa, quae praeceptum artis conſtituere videntur: τὰ γὰρ συμβαίνοντα οἱ μὴ γράφοντες, οὐκ ἀληθεύουσιν ἐν ταῖς γραφαῖς. Verſum: *nam qui ea pingendo non exprimunt*, quae contingere ſolent, *illi in picturis minus vere imitantur.* Obſcurum eſt, quaenam illa ſint. Praeceſſerant verba de veſtibus puellarum vario colore diſtinctis, vt et ipſa aliud pratum referre viderentur: λειμὼν δὲ ὁ περὶ τὰς ἐσθῆτας, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς χρώματα, καὶ ὡς ἄλλο ἄλλῳ ἐπιπρέπει, δαιμονίως ἐκμεμίμηται. h. c. colores eo cum dilectu adhibiti, vt alter alteri nouum ſplendorem ac decus addat. Sunt ergo τὰ συμβαίνοντα, ſcil. χρώματα, *colores congrui*, qui inter ſe conueniunt, conſentiunt; vt συμβαίνει τοῖς λόγοις τὰ πράγματα. [Quae de Amore, neruo arcus accinente, ſequuntur, inepti ſunt acuminis. Illa autem ταχεῖς τε οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ θεοῦ, ῥυθμόν τινα, οἶμαι, διανοοῦντας, abſurda, corrige: διανοοῦντος. ſcil. αὐτοῦ. Tum ad puellas redit. τί δῆτα ᾄδουσι; Et illae Veneris ortum ex mari, ſed ἐπιῤῥοῇ τοῦ οὐρανοῦ, ſeu potius Οὐρανοῦ, ex Coeli virilibus, declararant ipſo geſtu, oculis in caelum ſublatis et manibus ſubtus in terram flexis.]

mellis, puero praebentem. Exhibitus a pictore puer tenellus, ſeroculus, pedum etiam celeritate valens; tibia recta, manus validae ac neruoſae; iracundiae ſigna iam in pueri ore apparent, vt tamen placabilem agnoſcas et mitem indolem; chlamyde indutus eſt purpurea. Conuerſus in eum vultu blando Chiron, in quo eminet natura manſueta, iuſtitia et prudentia temperata. Agitur res ante antrum Chironis.

Hactenus argumentum bene ſe habet, ſimplex, et haud infelici arte, quantum intelligitur, expreſſum, etſi multis verborum ornamentis a Sophiſta oneratum. At quis expectet huic ipſi argumento adiunctum eſſe in eadem tabula alterum, quod ita ſe habet: conſpicitur e longinquo in campo currens idem Centaurus Chiron, cui puer Achilles inſidet, equitare edoctus *g*).

III.

g) In Achille et in Chirone omnia ad mythum et poetas bene ſunt expreſſa. Achillem alloquitur Sophiſta: *καὶ ἀγαπᾷς, ὦ Ἀχιλλεῦ, μικρὰ δῶρα.* non, *amas parua munera;* ſed in iis acquieſcis, contentus ſedes. Reſpicit verſum Iliad. A, 167. *ἐγὼ δ' ὀλίγον τε φίλον τε ἔρχομ' ἔχων ἐπὶ νῆας, ἐπήν κε κάμω πολεμίζων.* In Achille puero laudantur ſigna roboris maturi: *εὐθεῖα κνήμη, ἐς γόνυ αἱ χεῖρες. ἀγαθαὶ γὰρ αὗται πομποὶ τοῦ δρόμου.* Acute Jacobs ſuſpicatus eſt ineſſe vitium in *ἐς γόνυ*, et emendat *εὔτονοι δὲ αἱ χεῖρες.* Olearius quidem "nempe currentes, corpore prorſum inclinato manus ad genua demittunt." At currentes manus lateribus aut applicant aut iactant et librant. Hactenus illae *πομποὶ τοῦ δρόμου*, adiuvant curſum bene libratae. Nec ille nunc eſt in curſu, ſed adſtat redux a curſu. [Contra *Böttiger* V. C. (*Vaſen-*

III. *Centaurae.* Habet haec tabula, quod antiquitatis forte notiones illuſtret; ab arte parum commen-

(*Vaſengemälde I*, 3. p. 144. 5.) tuetur lectionem receptam, obſeruans e Mercuriali curſus exercitatione attenuari membra. Saltem dixerim: obſeruatione forte veterum conſtitiſſe, manuum longarum vſum in curſu proficuum eſſe, dum eae, librando corpus currentis, motum adiuuant; quemadmodum ad ſaltum iactare brachia ſolemus.] Achillis chlamys eſt purpurea; genus purpurae curioſe declarat Sophiſta: *καλὴ γὰρ* (ἡ χλαμὺς) *καὶ ἁλιπόρφυρος καὶ πυρσαυγὴς, ἐξαλλάττουσα τοῦ κυανῆν εἶναι. atque in nigricantem vergens.* διαφέρουσα, a caeruleo ſeu nigricante purpura. Proprie eſt: *ἐξαλλάττουσα* (τὴν χλαμύδα) *τοῦ κυανῆν εἶναι.* clarius eſſet forte: *τὸ κυανῆν εἶναι,* ſcil. *αὐτήν.*

In ſequentibus: *κολακεύει αὐτὸν ὁ Χείρων, οἷον λέοντα πτῶκας ἁρπάζειν καὶ νεβροῖς συμπέτεσθαι. leonem* fugauerat Lennep cum Valkenario, vt legeretur: *οἷόν τ' ἐόντα πτῶκας ἁρπάζειν, utpote qui iam poſſit lepores et hinnulos curſu aſſequi et capere.* Interceſſit tamen Iacobs Exercit. crit. P. II. p. 96. [Idem Achilles *νεβρὸν ᾑρηκὼς ἥκει παρὰ τὸν Χείρωνα κα[ὶ] αἰτεῖ τὰ ἆθλα.* Adumbrata haec ex Pindaro Nem. III, 80 ſq. ſed heroico ſpiritu ad humilia depreſſo: nam ibi leones et apros venatur: *σώματα δὲ παρ[ὰ] Κρονίδαν Κένταυρον ἀσθμαίνοντα κόμιζεν.* Schmidius *σώματι ἀσθμαίνοντι* refinxerat. Hoc vero eſt lyrica ad vulgaria reuocare. *σώματα* pro ipſis hominibus et feris poni in poetis obuia res eſt; et Achilles feras curſu aſſequutus ad Chironem apportabat ſpirantia; vt h. l. *νεβρὸν ᾑρηκώς.*]

Supereſt obſeruatio ad artem ſpectans: in Chirone equum cum homine commiſſum pingere, nihil habere ſingulare ait; at *in commiſſura ipſa magnam pictoris artem requiri*, vt intuentem fugiat ea, nec facile deprehendatur, quá in parte equus in hominem abeat. *ὁ δὲ Χείρων γέγραπται μὲν ὅσα Κένταυρο[ς] ἀλλὰ ἵππον ἀνθρώπῳ συμβαλεῖν* (Cod. 25. *συμπλέκει[ν]* *θαυμ*

commendanda eſſe videtur. Zeuxis vnam Centauram pinxerat; at hic videmus plures pictas per tram ſparſas vna cum liberis, ſeu pullis. Erat in tabula mons Pelius, in eo fraxini, fontes; iis accubant Centaurae, cum pueris, infantibus et adultis. Centaurae celebrantur propter formae pulchritudinem; ita vt ſuperne pro Nymphis aut pro Amazonibus, equo inſidentibus, haberi poſſint. Eſt etiam femineum corpus iunctum cum equis variorum colorum; candidi, flaui; atque etiam emergit candida ceruix ex equis nigris. Ita vero commiſſura vtriusque naturae tanto difficilior eſſe debuit *h*).

IV.

θαῦμα οὐδέν. συναλεῖψαι μὴν καὶ ἑνῶσαι καὶ διαδοῦναι, ἄμφω λήγειν καὶ ἄρχεσθαι καὶ διαφεύγειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, εἰ τὸ τέρμα τοῦ ἀνθρώπου ἐλέγχοιεν, (*ſi, vbi homo deſinat, oculi quaererent*) ἀγαθοῦ οἶμαι ζωγράφου. [καὶ τὸ τοῦ Χείρωνος ἦθος ἐργάζεται μὲν καὶ ἡ δικαιοσύνη. Exciderunt hic nonnulla quae in codd. et ant. edd. habentur. καὶ τὸ ἥμερον δὲ φαίνεσθαι τὸ τοῦ Χείρωνος ἦθος. In extr. ὀχήσῃ ποτὲ ἐπὶ ξάνθου. cod. et edd. καί ποτε.]

[Quae inde ſequuntur: ὁ ἵππος ὀξὺς ἄρα καὶ ἀφαιρεῖ, aut potius, vt antea leg. ἀφαιρεῖν, γέλωτα, ſqq. vt ſenſum habeant, reſpicere putanda ſunt ad antec. καγχάζοντι αὐτῷ ὑπὸ τοῦ ἥδεσθαι. delectatus equi celeritatè puer metu expalleſcere poterat, ſi ille efferatus exultabat.]

h) Manifeſta in his eſt aemulatio Luciani in Zeuxi, quae tamen aperte arguit, quanto ſuperior Lucianus fuerit ingenio, iudicio et arte. Otium bene collocabit, qui vtrumque locum comparet, ad ſuum ipſius ſenſum recti et pulchri acuendum. [Multam lucem affuſam videbis in laudata modo Böttigeri interpretatione Vaſis picti; vti et de Centaura p. 151.] Centaura ſimilis nunc e picturis Herculanenſibus nota eſt.

Nihil

IV. *Hippolytus.* Expreſſus eſt in tabula caſus miſerabilis in ipſo momento, quo monſtro mari egreſſo equi diffugerunt et curru fracto iuuenis raptatus membris laniatis ac contuſis animam agit, oculis iam morte torpentibus, argumentum nobile et multis operibus redditum. Monſtrum marinum eſt taurus, exemplo Euripidis, in Hippolyto, quem ſeu pictori ſeu ſcriptori ante oculos fuiſſe haud dubites. Color tauri eſt glaucus; recte, quandoquidem a Neptuno mari emittitur; de ſpecie ac forma praeterea nihil additur; nec in Euripide. At Seneca magno cum tumore ac ſtrepitu colorem et formam duplicem deſcribit (Hippol. 1036.); et tauros marinos, cum cauda bifida piſtricis, norunt monumenta priſcae artis, etſi ſeriora. Equorum fuga bene deſcribitur; currus euerſi adſpectus non tam perſpicue eſt deſcriptus *i*).

V.

Nihil in verbis eſt, quod morari poſſit, niſi hoc, quod male expreſſum eſt in edit. Olear. *καὶ οἶμαί σε ἄχθεσθαι* contra ſententiam; quod in Aldina et Iunt. et codd. recte eſt *οὐ γὰρ οἶμαί σε ἄχθεσθαι.* [Monte Pelio — *καὶ τῷ τῆς μελίας φυτῷ ἀνεμοτρεφεῖ ὄντι.* Male vbique *ἀνεμοτροφεῖ.* Eſt apud Homerum *ἀνεμοτρεφὲς ἔγχος.* Poſtea iuuenculi Centauri: *τὰ δὲ — ἐμφαίνει τι.* edd. vet. et codd. *ἐμφαίνει τι καὶ τραχύτητος.* In primis verbis capitis mirum vitium in cod. 82. pro *ἑνωθέντες*, *οἰνωθέντες.*] Mox *τὰ δὲ ἀττάλλει*, praeſtat ſcribere *ἀτάλλει*, *ludunt.* nam altera forma apud Heſiodum tantum occurrit.

i) [Color *glaucus* bene reſtitutus eſt ab Oleario e Lundenſi, pro *λευκός* in ceteris. Nam monſtrum eſt *ἐν εἴδει ταύρου γλαυκοῦ κατὰ τοὺς δελφῖνας.* vſus τοῦ, *κατὰ*, in comparatione. — *ἀτιμάσαντες τὸν ζυγὸν* equi, vnde *ἀτιμαγελοῦντες* dicti et *ἀτιμαγέλαι* propria

voce,

V. Rhodogune. Male habet, quod Sophiſta tot aliis ad faſtidium vsque diſertus, de hac fe-mina nihil tradidit; nomen eius ac virtus, quod ex

voce, tauri, qui aberrant a grege. Cum fabula notiſſima ſit, neceſſe non eſt multa monere. Male ſub initium capitis omiſſum eſt οὐδὲ ante κροαίνονται ὥσπερ, quod habent Ald. et Iunt. Currus binarum rotarum eſſe debet, etſi quatuor equis iunctis; eo grauiter ſuccuſſo, putanda eſt, ab vna parte altius emota, rota axe fuiſſe excuſſa, ita vt per ſolum volueretur; altera parte currus inclinata ac depreſſa, currus omnem impetum in rotam eſſe verſum, ita vt radii iuncturis emouerentur ac frangerentur. τροχοὶ δὲ ἅρματος, ὁ μὲν ἐξήρμοσται τὰς κνήμας ὑπὸ τοῦ συγκλιθῆναι τὸ ἅρμα εἰς αὐτὸν τῆς δίνης. ὁ δὲ ἐκλελοιπὼς τὸν ἄξονα, φέρεται καθ᾽ αὑτὸν, στρομβούσης αὐτὸν ἔτι τῆς δίνης. In verbis ὑπὸ τοῦ συγκλιθῆναι τὸ ἅρμα εἰς αὐτὸν (ſc. τὸν τροχὸν) τῆς δίνης, primo moleſta ſunt, id quod Iacobs vidit, illa: τῆς δίνης pro ἐκ, διὰ, τῆς δίνης, celeri motu, rotatione, currus. At probabile ſatis, repetitum eſſe τῆς δίνης ex ſeqq. Porro Salmaſius conj. εἰς αὐλὸν, quam reiicit Olearius. Vt admittas, putandum eſt, αὐλὸν eſſe dictum pro ipſo axe, qui in canali circumagitur. Apud Euripidem vſſ. 1232 ſq. rota *alliſa ſaxo* currum reſupinat et euertit. — ἕως ἔσφηλε κἀνεχαίτισεν (ſc. currum monſtrum) ἁψῖδα πέτρῳ προσβαλὼν ὀχήματος. nunc omnia miſcentur; et fiſtula, αὐλὸς, ſubſiluit in altum vna cum clauo ad retinendum axem intra αὐλὸν impacto: (an modiolus impoſitus αὐλῷ iam tum fuerit, videndum erit.) σύμφυρτα δ᾽ ἦν ἅπαντα. σύριγγές τ᾽ ἄνω τροχῶν ἐπήδων ἀξόνων τ᾽ ἐνήλατα. ita igitur, clauo excuſſa rota facile emoueri loco et prouolui potuit. Vltima itaque Euripidis conueniunt cum pictura. Iterum aliter Ouidius: *Ni rota, perpetuum qua circumuertitur axem,* (adeoque in extima axis parte) *Stipitis occurſu fracta ac diſiecta fuiſſet.* Seneca ſimpliciter: *reliquis in pedes iactant onus equi;* tum iuuenis excutitur curru.

ex Sophiſtae verbis colligas, iſta aetate eſſe debui
admodum celebrata, vt de ea tacere mallet. Qua
ex eo elicias, haec ſunt: Armenii, ſeu foeder
ſeu induciis, quas cum Perſis inierant, violati
repente incurſationem fecerant; nuntio accepto
Rhodogune, quae in ornanda coma occupata erat
altera parte nondum religata, cincinnorum part
defluente, vt erat, exſiluit, copias in periurum ho
ſtem duxit eumque fudit. Exhibita itaque erat ill
in tabula victoria iam parta vota faciens diis ant
aram ardentem. Videtur in proſpectu eſſe locu
pugnae cum ſtrage caeſorum ad amnem, et cun
captiuis. Adſtat feminae equus pulcherrima forma
e genere Niſaeorum; in cuius ornamentis Sophiſt
diligentiſſimus eſt; ipſa coccinea veſte ſplendet, de
miſſa ad genua, zona ſuccincta; ſubſunt femora
lia e more Perſarum intextis figuris; ab humeri
ad cubitum, per interualla nudato brachio, fibu
lis adſtringitur veſtis. Clipeus eſt exiguus, quan
tus ſatis eſt ad tegendum pectus; ſiniſtra per lo
rum (πόρπακα) traiecta, vt promineat vltra oram
haſtam tenet; aurea clipei ſuperficies cum animan
tium ſignis; interiora purpurea. Decus et digni
tatem ineſſe ori etiam ex coma partim in comtun
digeſta, partim ſoluta facile credas; ſupercili

commen

Reliqua in capite, dubites appoſitum ne in iis f
artificis in tabula expreſſum, an Sophiſtae phantaſm
verborum fuco ornatum: Montium iuga mulierum
ſpecie genas prae luctu laniant; prata ſpecie iuuenum
marceſcunt floribus; Nymphae comas vellunt. Vtr
modo haec accipias, tam abſurda ea ſunt, vt leger
pigeat. λειμῶνες — οὓς ἀκηράτους ὀνομάζεις reſpi
ciunt vſſ. 73. Euripidis. Verum talia in oculos incur
runt legentibus.

commendantur arcuata inde a naribus, oculis ita temperatis, vt ex caeſio colore in nigricantem vergant; miſcentur in iis hilaritas, pulchritudo et maieſtas; a genis et ore per labia florida et aequalia, et per concinnitatem, accedit mira ſuauitas ad amorem alliciens k).

Verum

k) Nulla in hiſtoriis memorata Rhodogune cum hac femina conuenit; fuit Rhodogune Hyſtaſpis filia, Darii et Xerxis mater apud Suidam, alia Xerxis ex Amaſtri filia, apud Cteſiam. Eam, quae hic memorata eſt, putes fuiſſe vxorem Satrapae alicuius Perſarum aut Parthorum. In Commentatione Anonymi de mulieribus bello claris, ab Heeren noſtro in lucem edita (*Bibliothek der alten Litteratur*, IV. Stück), adſcripta eſt Rhodogune cum narratione ſimili: nominatur illa "regina Perſarum, quae Perſarum regnum ad ſummas opes euexerit;" poſitam ei eſſe auream imaginem, dimidia comae parte plexa, altera effuſa. Laudatur Aeſchines: *ὥς φησιν Αἰσχίνης ὁ φιλόσοφος*: quo reuocata eſſet narratio ad antiquiores aetates; et poſſet Philoſophus Socraticus in aliquo dialogo, vt in Aſpaſia, pro exemplo eam laudaſſe. Verum ſcriptor libelli eſt ex genere ſeriorum, qui aliorum compilata ipſi in epitomen redegerunt aut ex iis nonnulla excerpſerunt, primos auctores non inſpexerunt. Tragoedia nobiliſſima (*Petri de Corneille*) hoc nomine inſcripta, nihil ex hac narratione habet; ante oculos ei fuit Cleopatra, regina Syriae, cuius nomine ſapienter vti noluit. Vigenerius neſcimus vnde narrat, feminam ad vlciſcendam mariti mortem aduolaſſe confeſtim nuntio accepto.

ἢ οὐκ ἐπῆρται. cum interrogatione ab Oleario excuſum. Aldina habet *ἤ.* et corruptius Iunt. *ἤ οὐκ ἀπῆρται.* Niſi e libris mutatio facta eſt, malis *ἢ δ'οὖν ἐπῆρται.* quod ſeqq. firmant — Notatu digna eſt, quae mox ſequitur deſcriptio equi Niſaei: quod equorum genus valde nobile fuit antiquis temporibus. v. Strabo IX. p. 796. C. et primo loco Herodot. VII, 40. — [*εὔχεται δὲ αἱρεῖν τοὺς ἄνδρας, ὡς νῦν ἤρηκεν.* Bene Olear.

561797

Verum et nos officio noſtro defunctos, et vos, ſi qui ſunt, Ciues, cognoſcendi auidi, ſatietate captos, hic requieſcere, et Rhodogunes exemplo ſacra facere praeſtat initio libelli iam indicta. Proſperet ac fortunet numen res noſtras publice ac priuatim! Exaudiat vota craſtino die publice facienda! *Linguis omnibus et fauete votis!* PP, in Georgia Auguſta pridie Kalendas Martias. cIↄIↄccxcviii.

Olear. ὡς pro εὖς, quod etiam codd. obſidet — Superciliorum ſuauitas praedicatur ſtatim in prima eminentia ex fronte, τὸ ἀπὸ τοῦ ἄρχεσθαι. cod. 74. ἀπὸ τούτου τοῦ ἄρχεσθαι.]

VI.

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE
PRORECTOR
IOANN. GODOFR. EICHHORN D.
CVM SENATV
ANNIVERSARIA INAVGVRATIONIS SACRA
LXI.
IN KAL. SEPTEMBRES cIↄIↄCCXCVIII.
CELEBRANDA
INDICIT
SIMVLQVE
SVCCESSOREM
IN
MAGISTRATV ACADEMICO
CHRISTOPH. FRID. AMMON D.
CIVIBVS SVIS
HONORIS ET OFFICII CAVSSA
COMMENDAT.

Philoſtrati Imaginum illuſtratio.
Partic. VI. Tabul. Libri II. VI - XVI. complexa.

Etſi votis noſtris, Commilitones, pro ſalute publica toties ſuſceptis nondum hoc obtigit, vt patria noſtra in tuto nauiget, multo minus vt portum ingreſſa ſit; tot enim, aliae ex aliis procellae, tot turbines exorti impetum in eam fecerunt, vt in-

 terdum

terdum metus inceſſeret, ne iterum illa in medios fluctus ventis vndique ſaeuientibus raperetur, quippe tam male ſarta, male inſtructa, remis tantum non ab altero latere deterſis, vt naufragii manifeſtum eſſet diſcrimen: nobis tamen inter haec tam felicibus eſſe contigit, vt, republica noſtra mediis in fluctibus ſalua et incolumi ſeruata, votorum noſtrorum hac ſaltem ex parte ſimus damnati, vt anniuerſaria Academiae noſtrae ſollennia iterum celebrare, deoque conſeruatori optimo maximo ab omni hoſtili impetu intacti grata piaque mente gratationes debitas poſſimus perſoluere. Qua quidem felicitate tanto magis laetandum nobis eſt, quo magis omnis noſtra fortuna in tranquillo et pacato rerum ſtatu poſita eſt. Litterarum enim nec ſalus nec honos eſſe poteſt, niſi in otio et ſecuritate; nec eae recte coli poſſunt interno ciuitatis ſtatu turbato, aut vllis ciuium diſcordiis odiisque vexato. Ad incrementa vtique Academiae noſtrae non magis quam ad dignitatem et auctoritatem plurimum profuit ea laus, quod noſtrum vnusquisque ſedulo cauit, ne contentionibus litterariis, quae magnis cum animorum motibus, rixisque illiberalibus, modo muliercularum modo Thracum more, haberentur, ſeſe immitteret; quippe quibus nemo facile indulgere poteſt, quin et famae ſuae male conſulat, et ipſa academia labis aliquid inde contrahat. Multo autem magis in laude Georgiae Auguſtae habitum eſt, quod a multis inde annis collegarum neceſſitudo nullis diſſidiis, inimicitiis odiisue, fuit labefacta: adeo ab animis ingenuis et liberalibus dili-

genter

[illegible] fuit prouiſum, vt ordinum iura, collega-
rum officia, munerum partes recte ſeruarentur; ne-
que ad imminuendam alterius dignitatem, ius et
[illegible]atem, praeter morem aliquid ab altero mo-
[illegible]tur, quo iniuriam ille ſibi factam conqueri
[illegible]et. Quod ſi quid eiusmodi inciderat, quod
[illegible]picionem iuris ſocialis laeſi facere poſſet, aut
[illegible]terius aequitate remedium eſt allatum aut publica
opinione, abnorme quoduis improbante ac dam-
nante, calidiora et iniquiora conſilia ſunt repreſſa.
His igitur animis et conſiliis porro vtemur, et
animis ſtudiisque coniunctis vtilitati publicae, hoc
eſt, et Academiae et litterarum, conſulemus eique
conſilia priuata attemperabimus. Eſt enim nobis
hac in ſtatione collocatis ita ſtatuendum: nihil a
noſtrum quopiam proficiſci poſſe, quod, ex offi-
cio curatum, non ad rerum ſummam pertineat,
et ipſis litteris aliqua via proficuum ſit; nihil,
quod, praeter officium commiſſum, non ipſis lit-
terarum bonarum diſciplinis officiat; et, quoties
aliquid ambitioſe et arroganter, aut quaeſtuoſe
cum aliorum iniuria facimus, id commune et Aca-
demiae et litterarum bonum minuere, aut interci-
pere, aut tollere. Noſtrarum voluntatum tanquam
ſigna et teſſeras proponet is, qui nunc reipublicae
noſtrae magiſtratus conſtitutus craſtino die faſces
academicos in domum ſuam transferet, vir omni
laude ornatiſſimus, ex Venerabili Theologorum
ordine

CHRISTOPH. FR[illegible] AMMON D.

qui, iam antea in ali[illegible] hoc ipſo mu-
functus, non minus [illegible] ad nouum

nus afferet, quam reipublicae ſtudium ſummum, quique eius adminiſtrationem ita recipit, vt eam ſartam tectamque, res noſtras florentes, commoda veſtra, commilitones, aucta velit eſſe et cumulata. Suſcipientur ab eo ſollennibus craſtino die habendis vota pro republica et pro optato omnis generis malorum fine, non niſi a pacis bonis expectando; Pacem depoſcimus!

Ad otium noſtrum litterarium, mediis in turbis et timoribus minisque e longinquo ſollicitudinem mouentibus, referre liceat et hoc, quod in tali ſcripto, quo vos, commilitones, publice compellamus, diſputare licet otioſe de re aliqua ex interioribus litteris cuiusuis generis petita. Nos, quod olim inſtituimus, Philoſtrati Imagines ſeu tabulas vt ita exploremus et illuſtremus, quo argumenta earum ab artificibus expreſſa, deterſis ſophiſticis argutiis, nuda et aperta exhibeantur, ea in re nunc ita pergemus, vt e veſtigio, in quo ſubſtiteramus, tanquam viribus refectis, curſum iteremus.

Tabula VI. (Libri ſecundi cap. VI.) *Arrichio,* iam expirans victor pancratio in Olympiis renuntiatus *a*). Exoptata Sophiſtae opportunitas oblata

a) Arrhichio, ſeu Arrichio, Pauſaniae VIII, 40. eſt Arrhachio, qui ſtatuam eius viderat apud Phigalenſes Arcadiae, antiquo more factam, pedibus fere iunctis, et manibus ad femora demiſſis. Atqui Arrichionis tempora non ſunt antiquiora ſaeculo ante C. N. ſexto, vt inde diſcere liceat, iſta adhuc, quod vix putares factum, aetate antiquum habitum ſtatuarum viguiſſe.

Certame

lata erat exhibendi et ornandi certamen pugilatus et luctae, quibus coniunctim peractis pancratium abſoluitur. Arrichionem iam proſtratum aduerſarius incumbens medium amplexus erat ita, vt cubitum gutturi imprimeret, ad elidendum ſpiritum, crura autem inguinibus admouendo extremos pedes vtrique popliti implicaret. Tum Arrichio iam animam agens plantam pedis ſurſum proiiciens talum in malleolo aduerſarii verſus exteriora inflectit et luxat: quo dolore ille victus viribus deficit et manus remittit *b*). Exhibitus autem eſt in

Certamen enim, de quo agitur, habitum eſt Olymp. LIV, ante C. N. 564 circa tempora Piſiſtrati, XXX poſt leges a Solone latas annis. Bis iam antea vicerat Olympia: quo acrior contentio eſſe debuit nunc de palma tertia: *μεγάλου δὴ αὐτῷ ὑπάρχοντος τοῦ δὶς ἤδη νικῆσαι τὰ Ὀλύμπια, μεῖζον τοῦτο νυνὶ, ὅτε καὶ τῆς ψυχῆς αὐτὰ κτησάμενος, ἐς τὸν τῶν ὀλβίων πέμπεται χῶρον αὐτῇ κόνι. in ipſa pugna*: at *αὐτὰ κτησάμενος* vitioſum eſt. Satis eſſe poteſt ſi ſcribas, *αὐτὸ κτησάμενος*. ſcil. *τὸ νικῆσαι*. nam *τῆς ψυχῆς* ſupplendum eſt *ἀντὶ τῆς ψ*. etiam vitae impendio. vt in Virgiliano: *et iſtum qui vita bene credit emi, quo tendis, honorem.*

b) Τὸ *ἀπαγορεῦον ἐπισημαίνων τῇ χειρί*. Videtur accipiendum eſſe de certo motu manus ac ſigno, quo ſe victum fateretur. Pro planta pedis Pauſanias, qui rem breuiter exponit, lib. VIII, 40. digitum pedis infractum memorat. Rem ex interioribus artis palaeſtricae numeris petitam diſerte ac perſpicue exponere haud licet; in tabula certaminis rationem faciliorem ad intelligendum fuiſſe probabile ſit, quia res ipſa in his, quae ſub ſenſum oculorum cadunt, clarior eſt quam narratio. Locus Philoſtrati, in quo enumerantur ea, quae in pancratio fiebant, ad rem ipſam memorabilis eſt. Eſt in iis *καὶ τὴν χεῖρα στρεβλοῦσι — πλὴν τοῦ δάκνειν ἢ ὀρύττειν*, Ita violata certaminis lege Damoxenus apud Pauſan. VIII, 40. vnguibus ilia

 aduer-

in tabula Arrichio iacens exanimis, laeto vultu, vt victor, viuido adhuc colore, nec morte pallens; adſtante Hellanodica, certaminis iudice *c*), coronamque oleagineam ei imponente. Proſpicitur conuallis Olympiae ad Alpheum, et in ea ſtadium *d*) cum conſeſſu ſpectantium, plauſu et exultatione laetitiam teſtantium.

VII. Antilochus. Celebrata eſt Antilochi pietas in patrem Neſtorem *e*), cui cum in pugna inſtare

aduerſarii laniauerat. At *brachium* videmus *in humero luxatum* alteri in nobiliſſimo *ſymplegmate luctatorum* in Muſeo Mediceo. Aliquantum poſt τῇ δὲ ἐπιτάσει τῶν ποδῶν reſpondet antecedenti τῷ μὲν πνίγματι.

c) Καὶ στεφανοῖ αὐτὸν οὑτοσὶ Ἑλλανοδίκης, ἀτρεκὴς δὲ προσειρήσθω — Alludunt verba haec ad Pindaricum Ol. III, 21. ᾧ τινι, κραίνων ἐφετμὰς Ἡρακλέος προτέρας ἀτρεκὴς Ἑλλανοδίκας γλεφάρων Αἰτωλὸς ἀνὴρ ὑψόθεν ἀμφὶ κόμαισι βάλοι γλαυκόχροα κόσμον ἐλαίας. [Debuit autem Hellanodicarum certus habitus eſſe; nam adlicitur pro Hellanodica hunc adſtantem haberi, διὰ τὸ, ὡς ἐκεῖνοι, γεγράφθαι.]

d) Στάδιόν τε ἡ γῆ δίδωσιν ἐν ἁπλῇ αὐλῶνι, καὶ εἰσεχούσῃ τοσοῦτον καὶ τὸ τοῦ Ἀλφειοῦ νᾶμα ἐξέρχεται κοῦφον. Luxata haec. ἐν ἁπαλῇ Cod. Laud. habet, in molli, herboſa, conualle. [Enimuero nusquam ἡ αὐλὼν, ſed ὁ αὐλὼν dicitur nec grammatice aliter dici poſſe videtur. Forte fuit στάδιόν τε ἡ γῆ δίδωσιν ἁπαλὴ ἐν αὐλῶνι, καὶ ἐν εἰσεχούσῃ τοσοῦτον, καὶ τὸ etc. *praebet ſtadium humus tenera in conualle, et in ea humo, reducta aliquantum et ſinuata, etiam amnis leniter exit.* ἐν εἰσεχούσῃ ſcil. αὐτῇ, τῇ γῇ. Vix tamen vel ſic omnia ſatis ſana ſunt.]

e) V. inprimis Pindari Pyth. VI. [Porro in verbis μὴ συντυχία νοείσθω τοῦτο. melius codd. et edd. μηδὲ σ. At iidem, luxati in iis quae ſequuntur, exhibent προὐνοήθη καὶ τὸ πάλαισμα τῆς νίκης οἱ παγκρατιάζοντες.]

ſtare videret Memnonem haſtam iam in eum emiſſurum, ipſe corpore interpoſito telum excepit. Circumſtant caeſum Achiuorum principes, fixis in ſolo haſtis nixi, intuentes et lugentes. In his Achilles in corporis amplexu haeret *f*), et mandare ceteris videtur neſcio quid. Proſpicitur exercitus Aethiopum, et ante aciem Memnon, leonis exuuiis indutus, haſtam vibrans, et Achillem irridendo adſpiciens. Antilochi corpus iacet iuuenili venuſtate conſpicuum; in prima pubertate, coma flaua, tibia terete, corpore agili et ad curſus celeritatem a natura facto; vulnere in pectore accepto ſanguis candidam cutem rubore adſperſit; vultu laeto et hilari, tanquam facinoris conſcientia, quod patris vitam ſua morte redemit. Commendare ſe potuit tabula imaginibus heroum, quae a Sophiſta diſerte notis ſuis, ſeu characteribus, inſigniuntur *g*). Vtinam

f) Καὶ θρηνεῖ ἐπὶ τῷ πένθει τοῦ ἐρωμένου. Patroclus Achillis modo amaſius modo amator proditus eſt; vti traditum eſt, Antilochum fuiſſe amatum ab Achille; commentum forte Tragicorum, in quo ſibi placuere poetae qui amatoria luſerunt. [Hoc loco Philoſtratus, cum Antilochus Achillis amaſius ſit, Achillem, eius ἐραστὴν, Patroclum autem viciſſim ἐραστὴν Achillis prodere debuit. Non igitur ſatis conuenit τοῦ ἐρωμένου, niſi de Achille accipias, qui ἐρώμενος Patrocli fuit.] Erat Antilochus minimus natu inter ceteros Achiuorum principes, et Achilli amiciſſimus. Species oris fuit venuſta. Ceterum Achilles pictus erat comis tonſis, e luctu ſcilicet in Patrocli funere. Paullo poſt ὁ δὲ, οἶμαι, vt centies alibi, eſt ſcribendum.

g) Ἐπίδηλος δὲ Ἰθακήσιος ἀπὸ τοῦ στρυφνοῦ (idem quod τὸ πυκνὸν, ſpectat ad *grauitatem* hominis in cogitationem defixi, τὸ σύννουν.) καὶ ἐγρηγορότος, ὁ δε Μενέ-

nam vel hoc vel aliud ſimile artis opus ex anti- quitate ſupereſſet, in quo heroum ad Troiam ima- gines expreſſae erant! Ita tandem nobis ſine dubi- tatione conſtaret, qua oris ſpecie alter ab altero diſcerni ac dignoſci poſſet. Nunc enim de pleris- que tantum ariolationes ſequimur plerumque leues ac vanas.

VIII. Meles. Critheis, Homeri mater Meletis, fluuii apud Smyrnam Ioniae, amore capta *h*), adſtat amni, haurit aquam, confabula- tur, lacrimatur amatorio more. Audit haec Me- les, ſpeciem adoleſcentis, non ſenilem, vt ple- rumque Fluuii, prae ſe ferens, inter crocos, lo- tos et hyacinthos recubans, mollis et venuſtus cultu neſcio quo ſe commendans; aqua ipſa, non cum ſtrepitu aut magnorum amnium fragore, ſed leniter ac placide decurrente et tacite ſoli ſuperfi- ciem quaſi radente *i*): id quod ſpectare debet ad vaten

Μενέλεως ἀπὸ τοῦ ἡμέρου, ὁ δὲ Ἀγαμέμνων ἀπὸ τοῦ ἐνθέου (*diuina quadam maieſtate*). τὸν δὲ τοῦ Τυδέως ἡ ἐλευθερία γράφει. γνωρίζοις δ' ἂν καὶ τὸν Τελαμώνιον ἀπὸ τοῦ βλοσυροῦ (*a toruitate*) καὶ τὸν Λοκρὸν ἀπὸ τοῦ ἑτοίμου (*promtum aliquid in motu corporis et expeditum ad agendum cum alacritate*). Conue- niunt fere haec cum vultibus marmore vel gemmis expreſſis, aut ex vaſis pictis inſigni cum arte nuper a Tiſchbeinio redditis.

h) Fabula de Critheidis amore Meletis, et Homeri na- talibus, haud vno modo narrata, nata ea haud dubie ex epitheto in antiquo aliquo carmine frequentato, quo Homerus ex Ionia oriundus Μελησιγένης dictus erat. Ineptiora inde ducta ſunt in vita falſo no- mine Herodoti inſcripta.

i) Τὴν γῆν ἄκροις τοῖς δακτύλοις διαμώμενος ὑπέχει τὴν χεῖρα τῷ ὕδατι ἀψόφητι βλύζοντι. Aut rhetoric hae

vatem Homerum ex iſtis amoribus ſuſceptum. Redamare ille et gaudere mulieris affectu videtur. Ceterum aqua amnis decurrebat ad mare haud longo inde a fonte interuallo, vt et fons et oſtium in conſpectu eſſet, haud longe enim a mari Meles fluuius oritur. Adſtant amnis fonti, aut ſi recte interpretamur, choreas agunt Muſae. Inuenti quidem in his haud magna laus eſſe potuit. Eſt quoque ambiguitas in narratione, ſiquidem aqua fluminis et deus Fluuius promiſcue memorantur. Si mulier amauit Fluuium, debuit illa amare deum, aqua tantum gaudere ac delectari. Si Meles redamat, facere et hoc debuit vt deus, atque feminae adſtare, ei arridere. Atqui deus accubans erat effictus, Cretheis autem aquae profluentis amore deperit. Praeſtabat forte eam a deo adoleſcentis ſpecie in amne inſidiante conſpectam amari et deum amore potiri. Ceterum Sophiſta ſibi placet in Cretheidis pulcritudine et amore declarando *k*).

IX.

haec ſunt dicta, confuſis aquae et dei notionibus, aut debuit, caua dei manu ſuppoſita, inde a fonte alueus, tanquam e patera, profluere. Nam deum radere terram digitis, vt ſcaturigo inde aquae ſurgat, indoctum eſſet commentum. [Quia Meles Homerum vidit in ripa ſua natum, Sophiſta enim memorat oculis quaſi aliquid, quod poeticum diceres, prae ſe ferre: ἀναπολεῖν τι τῶν ποιητικῶν. vterque Guelph. cum Land. ἀνασκοπεῖν. Paullo inferius pro οὐκ ἀειδῶς προσανθοῦσι, alter Guelph. οὐκ ἀηδῶς, etiam bene, non *inſuauiter*. Et verſus finem καὶ χορευούσαις ἐνταῦθα. ποτὲ inſerit vterque codex, cum edd.]

l) [Forma eſt delicata et plane Ionica, pudore genae rubent. coma ſub aures religata purpurea vitta (κρηδέμνῳ ἁλουργεῖ) vultus dulcis, placidus, ſimpli-

plicitate

IX. *Panthia.* Nobilis e Xenophontis l) narratione, et caſtitate maritique amore, femina cum illa, pugna cum Aſſyriis facta, pars praedae eximia ceſſiſſet Cyro, memorabili is continentiae exemplo marito Abradatae eam reddidit: qui cum Cyro virtutem approbare vellet, i pugna ad Sardes facta cecidit; eique caeſo Panthi ſuperſtes eſſe noluit *m*).

Exhibita illa nunc non, vt in Xenophont ſedens cum mariti vulneribus confoſſi corpo caput eius reclinati gremio impoſitum tenens; ſ. ſuper mariti corpore inclinata, pectore iam en transfixo, labiis mariti ori admotis, manu adh capulum enſis infixi amplexa *n*). Circumpoſ

plicitate commendabilis, nullo colli ornatu, digiti te tes, manus et brachia candida, mollia, *candore etiam veſte candida conſpicua* (hoc quidem artem aliq picturae arguere videtur] Ceterum praeuidet phiſta iam animo thalamum e tenui nebula amplexi parandum, ſimilem ei, quem Homerus in Neptun Tyrus amoribus effinxerat Odyſſ. Λ, 242. cf. lib. I, VIII. extr.

l) Ap. Xenoph. Cyrop. IV. extr. V, pr. VI. pr. VII Ex his locis, inprimis VII, 3, 5. multa verbo ornamenta petiit Philoſtratus.

m) Καὶ Ἀβραδάτῃ ἐβούλετο κοινὴν γῆν σκάσασθαι, ſane codd. et edd. At ἀσπάσασθαι a Grutero Salmaſio (e codd. Palatinis, vt probabile ſit) pr tum, ab Oleario ſpretum, verum eſſe videtur. κ γῆ, κοινὴ θήκη, loculus quo vtriusque corpus r nitur. [Paullo poſt Olearius turbat neſcio quid: ο τι δὴ ἐῤῥωμένως. edd. Ald. et Iunt. οὕτω δὴ ἐῤῥωμένως, vnus Guelph. οὕτω τοι.]

n) Multus eſt Sophiſta, quod facile expectes, in mul forma deſcribenda. — Laudatur porro in ea ce cand

[illegible] arma, praeclare ornata, cum [illegible]

[illegible]

Cyro miſſis *o*) ad ſepulcri honorem. An in proſpectu vrbs capta, muri diruti, incenſae aedes, mulieres captiuae, a pictore expreſſae fuerint, non ſatis e Sophiſtae, ornamentorum lenocinia quaerentis, argutiis apparet. Illud autem ineptum, quod appoſitus fuit in tabula Amor, et Lydia, cruorem ſinu excipiens aureo *p*).

X, Caſſandrae caedes q). Argumentum ſatis notum cum e Tragicis aliisque poetis, tum ex anaglyphis. In tabula expreſſae erant epulae, quibus Agamemnon Troia redux exceptus et iam inebriatus

In altero autem: οὐ δ' ὡς πυρ ἡ τοῦ Καπανέως (Euadne) οἷον θυσίας ἀρθεῖσα, Euripides Sophiſtae ante oculos fuit in Supplic. vbi 1038 ſenex Iphis: ζητῶν δ' ἐμὴν παῖδ', ἣ δόμων ἐξώπιος βέβηκε πηδήσασα, Καπανέως δάμαρ, θανεῖν ἐρῶσα σὺν πόσει. Et poſtea Euadne deſuper rogo imminens e ſaxo: ὄρνις τις ὡσεὶ, — δύστηνον αἰώρημα κουφίζω. tum rogat ille de nouo veſtitu: σκευῇ δὲ τῇδε τοῦ χάριν κοσμεῖς δέμας; ſcilicet veſtitus ille fuit Bacchicus: 1048. 1055. Ex eodem loco feliciter emendauit θυιὰς Iacobs Cur. ſec. in Trag. p. 91. Nec argutari licet in tuendo θυσίας, quia inf. c. XXX. de Euadne memoratur πυρὰ καὶ τὰ εἰς αὐτὴν ἐσφαγμένα; nam ἐναγίσματα illa ſunt, non θυσία. Quaeri tamen poteſt, num ἀρθεῖσα de procurſu ad rogum, an potius de ſaltu in rogum accipiendum ſit.

o) Δῶρα τῶν ἀργῶν appellat, quae repoſita ſunt in theſauro, non vſu habentur: ἀπόθετα.

p) [γέγραπται καὶ ἡ Λυδία τὸ αἷμα ὑποδεχομένη, καὶ χρυσῷ γε, ὡς ὁρᾷς, τῷ κόλπῳ, quatenus terra bibit ſanguinem; *aureus* autem ſinus, quia Lydia aurifera, cum fluuiis. Vir doctus coni. τῷ κάλπῳ, poculo tamen vel hydria ſanguinem excipi multo magis mirum eſſet, ſi modo κάλπος dictum eſt, non κάλπη vel κάλπις.]

q) Κασάνδρα. poetis in vſu Κασσάνδρα, et ſic fere Latini. Habet noſter ante oculos locum Odyſſ. Λ, 408 – 425.

inebriatus. fuerat. Clytaemneſtrae et Aegiſthi dolo iam ille caeſus eſt cum ſociis. Coenaculum itaque cruore et vino manans, foedo adſpectu; faces lumen ſubminiſtrant; menſae cibis refertae, aliae cum cibis proturbatae; crateres aurei fulgentes, corpora proſtrata aliud alio habitu; his narrandis indulget rhetor. Caeſos, omnes iam temulentos, non pallere, ſed ex multo vino rubere ait. Conſpicuus in his Agamemnon, impedito veſte iniecta capite ſecuri percuſſus. Supereſt Caſſandra, cui inſtat Clytaemneſtra ſecuri ſublata ictum illatura, furorem prodens vultu, coma concuſſa et brachio eleuato minax *r*). Caſſandra autem, delicato corpore, et tanquam vates diuinum quid ipſo ore et habitu prodens *s*), in Agamemnonem proſtratum prominet, ſuppetias ab eo petitura eumque ſupplex amplexura; ita corollae eius fronte excidunt, et Agamemnonem velut ex compoſito *t*) cingunt; ore tamen eſt verſo in Clytaemneſtram et exclamat. Nocte haec agi facibus appoſitis pictura declarauit; qua arte, Philoſtratus haud declarauit.

XI.

r) *Τραχεῖα τὴν ὠλένην*, infeſta, infeſtum animum declarans. Niſi Sophiſta brachium mulieris non molle, ſed neruis ex niſu intentis inflatum deſignare voluit. Paulla ante *ἐπὶ Σκαμάνδρου τινὸς ᾐόσιν*, otioſum eſt *τινὸς*, nec tamen magis vim habet *τισὶν* in vtroque Guelph.

s) *Ἔνθεον τι. ἐνθέως ἔχουσα.*

t) *Οἷον περιβάλλουσα* (melius Guelf. 73. *περιβαλοῦσα*), *τῇ τέχνῃ* niſi hoc eſt: pictoris conſilio, arte. *μεμνήσεται γὰρ αὐτῶν.* Guelph. 25. *μέμνηται.*

XI. Pan. Luſus Nympharum. Pan dormiens a Nymphis oppreſſus, religatis in tergum manibus, barba abraſa, et vinculis iam admoti cruribus; ipſe iracundia excandeſcens. Nympharum plura ſunt genera; aliae Naides, aliae agreſtes, aliae comas floridas habentes *u*). Cauſſa qua adductae Nymphae Pani tam petulanter illudunt, editur, quod deum, numeros et modos in ſaltando tam parum ſeruantem, et vero etiam proterue ſe appetentem, ſaltationem ſuauiorem docere volunt.

XII. Pindarus. Natus modo puer cuba inter lauros et myrteas frondes. Aduolant ape et mel labiis inſtillant, aculeos contrahentes, ne laedant *x*). Studioſe ait Sophiſta apes eſſe expreſſas

u) Αἱ δὲ ἀνθοῦσι τὰς χαίτας ἐκπεφυκέσιν ὑακινθίνοι ὁμοίως ἄνθεσιν. Ita nunc ex Olearii emendatione legitur: *nonnullae comas nitent, flores hyacinthinos referentes iam plene florentes.* Vltima inſcite verſa nec in graecis ſunt: ſed ſenſus: floribus cinctas coma habent, ita vt ſimiles ſint hyacinthinis floribus e caule vno pluribus enatis. Lectio codd. et edd. era αἱ δὲ ἀνθοῦσαι τὰς χαίτας ἐκπεφύκασιν ὑακινθίνοι ὁμοίως ἄνθεσι. [Neutra mihi ſatis perſpicua ſunt Nymphas pratenſes declarare velle videtur Sophiſta Eas flores habere pro comis dicere vix potuit.]

x) Vtitur Sophiſta fabulis de Pindari natalibus: quae videndae ſunt in eius vita. Add. Pyth. III, 137 ſq et Fragm. Parthen. p. 29. — Pro τί οὖν οὐκ ἐν συμβόλοις, vitioſis, *in alueari*, οὐκ ἐν σίμβλοις diſerte legitur in binis codd. Guelpherb. — paullo poſt ſenſu caren illa: fingit puerum pater iam infantem, πλάττει καὶ νήπιον αὐτὸν, ἵν' ἐμμελὴς ἤδη καὶ ἔμμουσος ᾖ. καὶ ποιοῦσι ταῦτα, τὸ μὲν γὰρ παιδίον εἰς δάφνην ἀπόκειται — non pater, ſed *apes* videntur memorari deber

ſas y), proboſcidem, pedes, alas, colorem, conuenienter naturae. Agitur res in ipſo domus aditu intra fores aedium Diophanti patris. Ante fores Rheae poſitum eſt ſimulacrum e lapide z). Aſtectae Nymphae et Pan ſaltantes, hic quidem hilaris, explicata fronte.

XIII. Aiax Locrus ſ. Gyrae. Naufragium Aiacis ad petras Gyraeas apud Euboeam in reditu a Troia, propter ſacrilegium abſtractae a Mineruae ara Caſſandrae immiſſa tempeſtate. Mare eſt agitatum vndis ſpumantibus, ſcopulis exeſis eminentibus, vni ex iis iam appulſa nauis fulmine percuſſa et igni ardens a) Exſiluit Aiax, et natando cautem iam manu apprehendit in altum ex

bere. Sed et καὶ ποιοῦσι ταῦτα aliena ſunt; etiamſi καὶ ποιοῦσι ταυτὰ τὰ ſcil apes, ſcribas. — In fine docte dicta ſunt illa, apes ἐξ Ὑμηττοῦ τάχα ἥκουσι, καὶ ἀπὸ τῶν λιπαρῶν καὶ ἀοιδίμων. Eſt Pindaricum illud ex Fragm. Dithyramb. X. p. 74 ſq. quod in ore habere ſolent Sophiſtae de Athenis.

y) Γλίσχρως γεγραμμένας, curioſe, ἐπιπόνως. pertinaci opera. [In apibus expreſſum ait καὶ τὸ χρῶμα τῆς στολῆς. dixit, vt videtur, στολὴν externum apum habitum et adſpectum].

z) Οἶμαι δὲ καὶ λίθου τὸ ἄγαλμα φαίνεσθαι, κατεσκληκυίας ἐνταῦθα τῆς γραφῆς καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ ἐξεσμένης; puta λίθου. *lapide ſculpto.* *Euanuerat pictura* hac tabulae parte, obſcurata et extenuata erat, vt nec recte agnoſci poſſet. Eſt adeo hic locus inter argumenta ſtatuendi, vere pictas tabulas a Sophiſta enarrari.

a) Πῦρ δὲ ἐκ μέσης ἄπτει τῆς νεώς. Eſt Iuntinae vitium ἄπτει. Vera eſt haud dubie lectio ἄττει quam, Olear. coniecerat et quam libri ſcripti habent cum ed. Ald. h. e. ἀΐσσει.

vndis ſe eleuaturus, ferociter mare proſpiciens, e dicta impia in deos iactans; necdum vires brachia deficiunt, neque animum vultumque, ceruice erecta, audacia: quin ille Neptunum curru per vadas vectum minaciter adſpicit *b*). At deus audacia hominis exaſperatus accedit, terribilis, ipſe turbidus, crinibus hiſpidis horrens, intenditque tridentem ſcopulo, quem Aiax erat eſcenſurus; cuius fragmine auulſo deiectus mari Aiax obruitur.

XIV. Theſſalia. Oſſa et Olympo montibus diremtis, aqua emiſſa et Tempe ſunt aperta. Cum nulla Peneo eſſent oſtia, conualles inter Oſſam et Olympum antiquitus aquis inundantibus in mare erant verſae. Conſpiciuntur in tabula loca inter montes aquarum eluuie oppreſſa. Adſtat Neptunus, tridentem montibus immiſſurus, vt iis disiectis oſtia aquis pateant in mare Aegaeum ſe exoneraturis, vtque Tempe liberentur, Peneo iam inter ripas ſubſidente. Putandum eſt, iam alium ictum praeceſſiſſe, quo labefacti montes diſſiluerant, vt aquis exitus iam pateret; vtque ictus nunc iteretur *c*). Nam conſpicitur iam Fluuius Peneus ſedens

b) Ἔοικε διατεινομένῳ ἔτι. Sic codd. et edd. At Morelli ἀπειλοῦντι e gloſſa natum ne dubita.

c) Philoſtratus quidem montes nondum dei vim expertos diſſiluiſſe ait: τὰ δὲ ὄρη, πρὶν πεπλῆχθαι, διΐσταται τὸ ἀποχρῶν τῷ ποταμῷ μέτρον. [In capitis principio Olear. edidit: Αἰγυπτίοις μὲν γὰρ παρὰ τὸν Νεῖλον ἡ γῆ. edd. Ald. Iunt. παρὰ τοῦ Νείλου. recte. *a Nilo habent*, Nili beneficio, ſolum ſuum limo Nili aggeſtum

ſedens reclinatus, amnium more, inſidente ei Tiareſio, cuius aquam ei ſupernatare ex Homericis notum eſt: (Iliad. B, 754 ſq.). Ars laudatur in Neptuni ſtatu; dextra retracta et corpore toto prominente intentat ictum tremendum, placido tamen vultu proſpicit campum patefactum. Multa adiecta ſunt rhetorice *d*). Ceterum argumentum hoc, poeticae facultati aptum et habile, an feliciter tractari poſſit ab arte, dubitare licet.

XV. *Glaucus marinus.* Fabula ducta eſt ex Argonauticis. Argo iam Pontum ingreſſa, emerſiſſe ferunt Glaucum et vaticinatum eſſe: ſollemni poetarum commento, quo excitant deum aliquem vaticinantem; in nauigationibus quidem Proteum aliquem vel Nereum vel Glaucum. Adumbratum hoc ab Horatio (Carm. I, 15) in Nereo excidium Troiae Paridi Helenam auehenti vaticinante. Argumentum tabulae eſt apertum et expeditum.

geſtum: Gud. 25. *παρὰ τοῖς Νείλου μέτροις.* ex interpretamento. Vterque codex paullo poſt *καὶ ἐπειλεῖ τὴν πληγὴν*, habent *τὴν ὀργὴν*, minus bene.]

d) [Neptunus pictus erat candido corpore, vt ars ipſa fert. Addit Philoſtratus, non caeruleo aut marino colore eum exhibitum eſſe, ſed tanquam *ἠπειρώτην*, qui terrae continentis colat aequor et planitiem agrorum. Fluuiorum habitus, nunquam ſtantium, ſed cubito innixorum, in ſqq. diſerte notatur. *Ποταμῷ γὰρ ὀρθοῦσθαι οὐ σύνηθες.* hic verborum ordo concinnior in cod. Gud. Ad artem videtur ſpectare et hoc, quod Theſſalia, feminae ſpecie, poſt eluuiem aquarum nudato ſolo, iam eminet coronata olea et ſpica triticea, manum iniiciens pallio vna cum ipſo ſolo prominenti.]

Argo cum vectoribus heroibus per Pontum fertu in iis Tiphys gubernator, Lynceus in prora, h roes ceteri remigantes. Emergit Glaucus, co ſpectus primum a Lynceo, tum a ceteris; int quos Hercules imperterritus monſtrum proſpic Glauco cirri barbae ſalo ſtillant, ſpuma albeſce tes, capilli vnda graues irrorant humeris; ſupe cilia hirta in medio coeuntia; brachia robuſta, qu bus natatum adiuuat fluctus propulſando; pect hirſutum muſco et alga ſcatens; infra pectus vent iam in piſcem vergens; apparet quoque emine ex vndis cauda bifida reflexa, parte extima ſalc et purpurea. Circumuolant halcyones e).

XVI. *Palaemon*, hoc eſt, facra Palaemo noto deo marino, a Siſypho inſtituta; hoc en eſſe debuit tabulae verum argumentum. Ino mariti inſanientis Athamantis manus effugeret, Orchomeno Boeotiae inde ad mare curſu tende cum puero Melicerta in ſinu geſtato in mare proiecerat; excipiunt illam Nereides et in chori ſuum cooptant, Leucotheam inde dictam; pueri dorſo exceptum, delphinus Iſthmo adnatans, ſpecu littoris deponit, qua parte Neptuni Iſthi [illegible] templ [illegible]

e) Glaucus vaticinatur apud Apollon. I, 1310 – 13 poſt diſceſſum e Myſia, deſiderato Hercule, qui [illegible] lam quaeſitum errabat. Plures de eo narratio fuere, quas v. apud Athen. VII. p. 296. 7. Fu in Paeanibus Pindari carmen in Glaucum. v. Fr Paean. VI. p. 57. 98. [Vellus aureum τοῦτο [illegible] ἀθλον [illegible] poetis narratur. Mox [illegible] [illegible] ἤδη in piſcem abiens, mutata; aluus. v. Not. ad c. 9.]

templum in pineto conditum erat. Siſyphus, Corinthi rex, forte diuinitus monitus, ſacra ei parat, Palaemoni dicto, taurum nigrum mactat, certis ritibus, quos Philoſtratus praeterire velle ſignificat. Adſtat ſacro populi turba. Appoſitus eſt in tabula Neptunus natantem puerum proſpiciens, et ad eum recipiendum, tanquam hoſpitio, Iſthmum iubens pandere ſinum; is enim habitu et forma dei reſupini in terra iacentis eſt expreſſus; adſtat dextra adoleſcentulus, qui promontorium Lechaeum dicitur redhibere, ſiniſtra Cenchrea, puellari habitu; figurae ſymbolicae vix ſatis ſcite interpoſitae. Ceterum mare vtrumque, Corinthium et Saronicum, proſpectui patet *f*).

Atque

f) Celebrata eſt fabula per ſe obſcurae originis per ludos Iſthmicos et per carmina eos celebrantia. Alii Siſyphum iuſta puero feciſſe diſerte narrant; at Philoſtratus eum puero, dormienti a delphine aduecto, ſacra feciſſe tanquam deo; delatum delphinem eſſe ad antrum in littore, quod ἄδυτον appellat. Ex Pauſania II, 2. intelligitur fuiſſe illud intra ſeptum templi Neptunii, et deſcenſum ad illud eſſe ſubterraneum; ibi Palaemonem fuiſſe occultatum. Eſt is locus inter ea, in quibus ſi quis peierauiſſet, periurii poena nullo modo effugi poſſe credebant. Non mirum itaque narrari a Philoſtrato ſacra arcana Palaemoni ritibus occultis peragi ſolita. Ad Siſyphum auctorem iſta referuntur ab eodem: — Σισύφου τοῦ σοφοῦ· σοφὸν γὰρ ἤδη που δηλοῖ αὐτὸν ἡ ἐπιστροφὴ τοῦ εἴδους. videtur eſſe τὸ σύννουν, *defixus in cogitationem animus vultu ſe prodens.* Receptus puer in Neptuni contubernium aedem quoque intra templi ſeptum habuit (Pauſan. l. c.). In pineto autem, quod templum obumbrat, habita ſunt Iſthmia. [Confer de hoc pineto notata a V. C. Böttiger ad *Vaſengemälde* I. B. 2. *Hefft* p. 144. Hinc quoque cum antea ex apio corona Iſthmiaca

fuiſſet,

Atque in his quidem ſubſiſtere placet. Graviora, quae reſtant, craſtino die peragenda, relinquimus iis, qui ea, quae ſollenne indictum poſtulat, concione habita expoſituri ſunt. Vos Commilitones, vt frequentes conueniatis, rogamus. PP. in Georgia Auguſta pridie Kal. Septembres cIↃIↃccxcviii.

fuiſſet; corona pinea victores coronari coepere.] — Illud monitu vix opus eſt, in numis Corinthi coloniae imperatoriis frequentari Palaemonem ſeu Melicertam delphino modo inſidentem, modo eius dorſo impoſitum, aliisque modis: de quibus vel Eckhel videri poteſt P. II. p. 241. ſ. Doctrinae numor. vet.

VII.

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE
PRORECTOR
CHRISTOPH. FRID. AMMON D.
CVM SENATV
SVCCESSOREM
IN
MAGISTRATV ACADEMICO
IOANN. PETRVM WALDECK D.
CIVIBVS SVIS
HONORIS ET OFFICII CAVSSA
COMMENDAT
IN KALENDAS MARTIAS CIↃIↃCCXCIX.

Philoſtrati Imaginum illuſtratio.
Particula VII. Tabulas libri. II. XVII — XXV. complexa.

Redeunt, Ciues, cum Kalendis Martiis ſollemnia academica, quibus, ſemeſtri hoc, etſi inter varias ſollicitudines, tamen propitio numine, tanquille et pacate, rep. noſtra incolumi, exacto, magiſtratus academicus a Prorectore deſignato, Viro Conſultiſſimo,

IO. PETRO WALDECK, D.

inibitur; agentur deo O. M. gratiae, et habebuntur ſupplicationes, rebus his dubiis, vt, ſi non quales eſſe volebamus, tolerabiles tamen earum

H 5 ſint

ſint exitus. Cum vero rerum euentus in manu noſtra poſiti non ſint, poſitum autem ſit in manu, vt ſatisfaciamus officio noſtro, quo idem illud efficitur, vt bonis fatis digni habeamur: agite, defixos habeamus animos in iis, quae a nobis agenda et curanda ſunt, permittamusque reliqua prouidenti rerum numini. Quod ante paucas noctes euenisſe in rerum natura vidimus, vt, poſt intolerabile frigus, tempeſtate procelloſa orta, repente aura verna nos afflaret, quidni in rebus humanis, ſi lex earum itidem vt in rebus phyſicis ita tulerit, idem euenturum eſſe ſperemus? quidni per easdem vires, quae ſimulac *ſtrauere ventos aequore feruido depraeliantes, nec cupreſſi nec veteres agitantur orni,* expectemus ex aeſtu hoc animorum, fluctibusque rerum et curarum, quibus agitatur Europa, inopinato aliquando, prodituram eſſe alicunde, vel nouo turbine properatam, ſerenitatem ac tranquillitatem? Interea, ne indigni videamur inuidenda hac fortuna noſtra, quae inter fata aliis populis terrisque infeſtiſſima noſtrae Academiae obtigit, vt libere ac tuto litteris vacare poſſimus, curae cordique habeamus inprimis hoc, vt bonas litteras, quantum in nobis eſt, ſeruemus intactas ab his ſuſpicionibus et odiis, quae iis conflauit, et tanquam opera data arceſſiuit, ſiniſtrum hoc, alieniſſimis temporibus et rebus, multorum ſtudium, ſi non nouandi res, opiniones tamen nouandi, (atque adeo turbandi) eadem ipſa ſtudia, quibus tranquillitas publica ac priuata ſuſtentari debebat, quibusque omnino locus non eſt niſi in quieto ac pacato rerum ſtatu. *Libertatem ſentiendi*

et

et iudicandi expetimus omnes, et tanquam *deam tutelarem* omnis *libertatis publicae priuataeque* recte colimus; enimuero iſta priore non ita vtendum eſt, vt altera haec tollatur: tollitur autem, ſi ſectae et factiones, cuiuscunque tandem generis illae ſint, conflantur, quae, nouis opinionibus ſeu temere et inconſulto, ſeu ſtudio et cupiditate, aut vanitate et arrogantia, ſparſis, alios ad idem ſentiendum et iudicandum non inuitant modo ac pelliciunt, ſed, in contemtum adducendo priſca, et ridendo patria, in partes ſuas trahunt ac cogunt vel inuitos; quae ſi licentia hominum imperio publico coerceatur, *non libertas ſentiendi et iudicandi coercetur, ſed prauus eius, et libertati publicae ac tranquillitati infeſtus vſus*; nec philoſophia, nec opinio, eiusue animo concipiendae ſeu iudicium ſeu temeritas, in contentionem venit: licet enim cuique ſapere ac deſipere; licet quoque nimia ſapientia deſipere, et, ſi quis voluerit, inſanire: ſi modo ſua ſibi ſeruet, ſaltem placita ſua non impertiat niſi iis, qui de iis ſtatuere norunt iisque rebus ſatis inſtructi ſunt, per quas recte de iis ſtatui poteſt; ſaltem continenda ea ſunt intra ſyſtematis clauſtra aut intra ſcholae cancellos. Enimuero qui, modo ſe iactandi et iuuentuti venditandi ſtudio, modo res nouandi cupiditate, id agunt, vt, ſeu opinionibus popularium ſeu rebus ciuilibus turbatis, ſibi magni ingenii homines eſſe videantur, non vident, ſe, dum ſapientes videri volunt, boni ciuis officium deſerere, quod bono cuique viro ſacrum ſanctumque eſſe debet. *Niſi autem*, vt vetus dictum fert, *vtile eſt, quod facias aut dicas, ſtulta eſt gloria tua*.

Verum

Verum de his et dicta ſunt multa, et multa dici poſſint; nimis enim multis luctuoſiſſimis exemplis edocti ſumus, niſi prudentia ſapientiam regat, quam procliui via haec in deſipientiam feratur, donec ex hac deſipientia iterum, multorum cum exitiis, paucorum ſapientia enaſcitur.

Pergamus igitur in eo, quod ſubſeciuae huic ſemeſtrium ſollennium operae ſepoſuimus, argumento, vt illuſtremus tabulas Philoſtrati, quae ſuperiores excipiunt. In XVI. Tabula *libri ſecundi* ſubſtiteramus.

Tabula XVII. Inſulae. Argumentum huius tabulae ita eſt comparatum, vt manifeſtum ſit, Sophiſtam de arte rhetorica potius cogitaſſe quam de pictura. Enarrat enim certum inſularum numerum in mari ſparſarum; nec vllo modo ita diſpoſitarum, vt pictura tolerabilis inde prodeat. In ipſa autem enarratione parum arti ſuae conſuluit, cum nullam ſeu veritatis ſeu probabilitatis aut veriſimilitudinis rationem habuerit. Quid quod nec perſpicua ſatis vbique eſt oratio, vt inſularum numerum tuto conſtituere poſſis. Reuocabimus eas ad decem numero. I. et II. illa alta et ſcopulis vallata, haec plana et campeſtris; III. IV. duae irruentium aquarum vi in medio diremtae et ex vna duae factae. V. inſula, cum ignibus ſubterraneis terra erumpentibus, giganti fulmine proſtrato impoſita. VI. ſcopulus cum antro, in quo draco cubat. VII. inſula Baccho ſacra. VIII. montoſa et ſiluoſa, venatorum lignatorumque ſtudiis

diis opportuna. IX. ſcopulus cum mergis; niſi pars eſt ſuperioris inſulae. X. inſula amoeniſſima, digna, ait, quae aurea dicatur; pueriliter fabuloſa; eſt in ea ciuitas, palatii magnitudinem haud excedens, quam inhabitat regius puer, habens theatra et hippodromum, in quo curſus capum Melitenſium habentur, quos regunt ſimii pro aurigis; ducitur lepus loro, tanquam canis, purpureo; in cauea virgultis texta pſittacus cum pica cantu certat. Nihil horum eſt, in quo non iudicium hominis deſideres, laborantis tantum in rerum et verborum ornantium copia *a*).

XVIII.

a) Subiiciamus ſaltem critica nonnulla, quae ad orationem ſpectant. In princ. *ἀλλ' ὅπως ἑκὼν λελήσῃ τῆς γῆς καὶ θάλαττά σοι ταυτὶ δόξῃ, μήτ' ἐξηγρμένη* — male haec cohaerent. Interpunge: *ἀλλ', ὅπως ἑκὼν λελήσῃ τῆς γῆς, καὶ θάλαττά σοι ταυτὶ δόξῃ μήτ' ἐξηγρμένη* — *enimuero, vt terram lubenter relinquas, videatur quoque tibi mare hoc non concitatum.* Clarior eſſet ſententia, ſi *δόξει, δρκείτω*, ſcripſiſſet ſophiſta. [Verba quae eiecit Olearius, *καὶ ὑπὲρ παιδὸς ἀποκρίνασθαι*, ante *ξυγχωρῶ*, ſunt quoque in vtroque codice. Mox *καὶ τὰς Νηρηίδας* in vno Guelph. eſt *καὶ αὐτάς*.] Non ſunt, puto, *gregales*, *νῆσοι ἀγελαῖαι* (*Inſelgruppe*), ſed *modicae*; apponitur *καὶ μικραὶ*, et opp. magnae — *ἀκρονυχίαν ἐπαίρουσαι Ποσειδῶνι.* immo *ἀκρωνυχίαν.* *ἀπὸ τοῦ ὄνυχος.* vox eſt ap. Xenoph. et a Svida notata, pro *τὸ ἄκρον.* — Placet in inſula aſpera collocatus in ſpecula Neptunus *πανόπτης*, et in altera inſula, ab agricolis et piſcatoribus habitata, Neptunus *γεωργός*: exhibitus *cum aratro cui prorā in anteriore parte inſerta eſt.* Memorabile Neptuni ſimulacrum! — Montium disruptorum deſcriptio ſatis conuenit cum iis, quae ex Calabria ante aliquot annos memoria tenemus nuntiata. Eſt in iis *ὁπόση ἐπισπέσθαι εἰκός*, leg. *ὁπόσην.* — Mox de ponte (*ζεῦγμα*) quo fretum iungitur:

XVIII. Cyclops. Expreſſa eſt tabula e Theocriti Idyll. XI. Polyphemus, fiſtulam ſub axilla tenens, e rupe ſedet mare proſpiciens, quod Galatea frequentare ſolet ludibunda. Ipſa vehitur per fluctus curru quatuor delphinis iuncto, quos Tritonis filiae, quae famularum loco ſunt, regunt. Stat Galatea in curru, peplo induta purpureo tenuiſſimo Zephyri flatu ſuper caput eleuato, ita vt ei pro vmbraculo ſit, ſimulque currui pro velo. Laudatur in hoc artificis ingenium, quod *ſplendor purpurae frontem et caput ferit; non minus tamen iucundum eſſe genarum ruborem;* at comae aqua madentes

gitur: *καὶ τὸ μὲν, ὑποπλεῖται τοῦ ζεύγματος, τὸ δὲ ἁμαξεύεται*: reddenda ſunt: *partim nauigatur ſub ponte; partim curru pons traiicitur.* (melius *τοῦ ζεύγματος* abeſſet) ita *διαφοιτῶντες* duplici ſenſu ſunt, et qui *ſubter ponte nauigant*, et qui *ſuper ponte ad alteram ripam* tendunt. — Paullo poſt *βούλεσθαι* videtur ſenſu grauiore dictum, *machinari.* — *ἔστι δέ σοι μηδὲ ἀπολελεῖφθαι δόξαι τῆς μάχης*, h. e. *ἔστι δέ σοι μηδὲ δόξαι ἐκεῖνος ἀπολελεῖφθαι τῆς μάχης. nec videri ille tibi debet prorſus defeciſſe; ne putes pugnam prorſus finitam eſſe.* [Minus bene *δόξαι* abeſt ab vtroque codice.] In inſula Bacchi ſerpentes memorantur thyrſis circumuoluti, *οἱ δ' ὑπὸ τοῦ οἴνου παρεῖνται ζώνυσθαι αὐτοὺς* (lege *αὑτοὺς*, vel ſic intellige) *ταῖς Βάκχαις καθεύδοντας. vino inebriati praebent ſe Bacchis vt iis ſe religent* — *σπαθᾶν* de lignatoribus eſt ſimpl. *perdere, diruere, proſternere.* — *ὑψηλαὶ οὖσαι καὶ πυριχλωροί*, excidit *δὲ* ante *οὖσαι* — [*ἐπὶ τῷ χρυσῷ, ὃν ἐκεῖνοι τέττιγας ἐπὶ τὰς κεφαλὰς ἐποιοῦντο.* Guelph. Gud. *ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς*, melius.] An vera ſint, quae de auis *ceycis* vigilia in gratiam *fulicarum* (*αἰθυιῶν*) fieri ſolita narrat Philoſtratus, videant illi, quibus haec curae ſunt: cerylum et halcyonem conſortio per totam vitam vti, notum eſt, vel ex Aeliani H. A. VII, 17. — *περὶ ἃς (πηγὰς) βέβληται ἥτε ἡ νῆσος* cogitandum eſt, fontes et lacus eſſe in media inſula

dentes vento haud mouentur; commendatur quoque in eo, quod, dum illa digitos admouet humero, ad continendam forte veſtem vento agitatam, delicato puellae geſtu prominentis cubiti mollities, ſubtumidi carne brachii, delectat adſpectu, vti et proſtans papilla cum femore; at "planta pedis ſuperficiem maris attingit et tanquam gubernaculo regit currum" haec vix aſſequaris, ſi illa currui inſtitit, quomodo altero pede extra currum medium, cui inſtitit, eleuato ac ſuſpenſo, fluctus tangere potuerit puella; niſi poetice ſeu potius oratorie haec dicta putes. Oculorum obtutus erat longe proſpicientis per mare *b*).

XIX.

b) *Principium* capitis ex Homericis Od. I, 107 ſq. expreſſum eſſe, manifeſtum ſit. [Non bene mutauit Olearius lectionem edd. et codd. πεποίηται (ſcil. ἡ γῆ) αὐτοὺς καὶ ποιμένας, τὰ πρόβατα βόσκουσα.] Polyphemi forma et adſpectus e Theocrito effictus eſt, non ex Odyſſea. — καὶ βλέπειν μὲν ἥμερόν φησιν, ἐπειδὴ ἐρᾷ, ἄγριον δὲ ὁρᾷ, (accipiendum, *putat ſe comparare vultum ad mitem adſpectum*; eſt βλέπειν, non βλέπει, etiam in codd. Guelph.) καὶ ὑποκαθειμένον ἔτι, eſt *remiſſum*, cum ferociam comprimit et domat, vt ea ſubſidat. — Veſtis a vento in veli modum ſublata et ſinuata, quali fere ſpecie Fortuna picta occurrit, a tergo veniente ſcilicet vento, ἀφ' οὗ καὶ αὐγή τις ἐπὶ τὸ μέτωπον καὶ τὴν κεφαλὴν ἥκει, οὔπω ἥδιον τοῦ τῆς παρειᾶς ἄνθους, ad *ruborem ex purpura reflexum* ſpectat — ἀγκὼν δεξιὸς ἔγκειται, haud dubie ἔκκειται, quod iam Olearius docuit, *prominet* extrorſum; ſic ſup. c. 17. p. 835. in terrae diſſilientis lateribus veſtigia priſcae iuncturae apparent, dum partibus ſe ſinuantes conueniunt cum alteris extantibus, καὶ οἷα ἐναρμόσαι κοῖλα ἐκκειμένοις. et inf. c. 20. οὐδὲν τῶν ἐκκειμένων de *partibus* ac membris *corporis prominentibus* in pictura; opp. mox τὰ κοῖλα καὶ εἰσέχοντα.

XIX. Phorbas vel *Phlegyae.* Narratur Phorbas Phlegyarum rex viam Delphos ducentem obſediſſe, et latrociniis infeſtaſſe, ita vt templum Delphicum adiri non poſſet; ſolebat autem adeuntes ad certamina omnis generis prouocare, victos occidere, eorumque capita ex quercu ſuſpendere, ſub qua habitabat. Apollo itaque, ſpecie pugilis ſumta, haec loca adit, cum eo pugnat eumque necat. Tabula exhibuit deum eo ſtatu, quo percuſſerat iam hominem dextra in eius tempora demiſſa, altera adhuc eleuata; proſtratus ille iacet cruore e vulnere emicante. Inter haec fulmine quercus petitur. Ceterum argumentum tabulae eſt ſimplex nec ineptum; niſi quod crania ex arbore ſuſpenſa vix placere poſſunt *c*).

XX

c) Fabulae ſimili modo narratae, quo hic factum eſt a Philoſtrato, vnicum exemplum habetur, iam ab Oleario laudatum, ap. Ovid. Met. IX, 414. vbi de Ceyce narratur ad oraculum Clarium in Ionia profecto; etsi Trachine, in Theſſaliae finibus ſita, minus longinquum iter ferret Delphos: *templa profanus inuia tum Phlegyas faciebat Delphica Phorbas.* Plures fuere huius nominis homines, fabula fere et nomine confuſi: Alius fuit Lapithae f. in Theſſalia, alius Argiuus, tertius Curetum rex: de quibus v. Burman ad Ovid. l. c. Duo alii ſunt apud Apollodorum memorati, et alii apud alios. Ab his diuerſus eſt Phorbas Phlegyarum rex. Narrationis prima ſtamina ducta fuerunt e Cyclicis; ſecundum hos fuit Phorbas aliquis pugilatu excellens, et ita praeſtans, vt et deos prouocare ad certamen auderet; tum Apollo cum eo congreſſus hominem ſuperbia vecordem occidit; ſic Scholia Ven. A. B. et breuia ad Iliad. ψ, 660. trahunt e Cyclicis. Adiunxere alii cauſſam irae Apollinis hanc, quod eos, qui Delphos adire volebant, latrociniis vexabat. Hoc idem vulgo de Phlegyis narrat

XX. *Atlas*. Fabula de Hercule Atlantis, cae-
m humeris ſuſtinentis, vices ſubeunte eſt notiſ-
ma. In tabula momentum delegerat operis auctor
c: adſtat Hercules Atlanti, miſeratur eius fortu-
m, et aerumnas; ſupplicanti ei, vt ſe onere le-
re velit, quippe iam viribus exhauſtum, in ge-
a ſubſidentem et tantum non corruentem, Her-
les paratam voluntatem et vultu, et proiecta iam
terram claua, et manuum porrectarum geſtu,
eclarat. Argumentum ſimplex nec artis fines
egre-

rari ſolitum, opportunitatem fecit, vt Phorbas inter Phlegyas referretur. tandemque de eo eadem narrarentur, quae olim de Phlegya rege ab Apolline punito. — *οὔτε παιᾶνας ἀπάγει τῷ θεῷ*, ſpectat ad *θεωρίας*, Delphos mitti, vt et Delum, ſolitas — vbi Apollo ſe ad pugilatum accingit. *habet ille comas reuinctas*: *καὶ τὰς χαίτας ἀνειληφὼς, ἵνα εὐζώνῳ τῇ κεφαλῇ πυκτεύῃ*. ſunt ſigna nonnulla Apollinis coma in verticem reuincta: v. c. Muſ. Capitol. III, 14. quae indoctam manum mutilata reficientem arguere videntur; paullo indulgentiore aliquis ingenio poterit Apollinem ad hanc fabulam reuocare. Fulmine quercus petitur, vt vulgo ipſi Phlegyae fulminibus et procellis extincti eſſe narrantur: v. c. Pauſan. IX, 36. Locum ait Philoſtratus adhuc ſeruare rei memoriam nomine ſuo: *τὸ γὰρ χωρίον, ἐν ᾧ ταῦτα, δρυὸς κεφαλαὶ ἔτι*. Olearius comparat haec cum Herodoto, lib. IX, 30. qui anguſtias e Cithaerone Plataeas ferentes appellatas ait *τρεῖς κεφαλὰς*, ab Athenienſibus enuntiari ſolitas *δρυὸς κεφαλάς*. Putauit adeo vtrumque de eodem loco agere; eumque parum caute ſequitur Valken. ad Herodot. eo loco. At locus iſte Herodoti longe diſtat ab eo, quem Phlegyae inhabitarunt ad Cephiſſum, vt ipſe Philoſtratus memorat hoc capite, et Hymnus in Apoll. 280. ad Orchomenum, Pauſ. IX, 36. quae loca Phlegyae inhabitarunt, non vero Cithaeronem et Plataeas.

XIX. Phorbas vel Phlegyae. Narratur Pho bas Phlegyarum rex viam Delphos ducentem o ſediſſe, et latrociniis infeſtaſſe, ita vt templum De phicum adiri non poſſet; ſolebat autem adeunt ad certamina omnis generis prouocare, victos o cidere, eorumque capita ex quercu ſuſpender ſub qua habitabat. Apollo itaque, ſpecie pugil ſumta, haec loca adit, cum eo pugnat eumqu necat. Tabula exhibuit deum eo ſtatu, quo pe cuſſerat iam hominem dextra in eius tempora d miſſa, altera adhuc eleuata; proſtratus ille iace oruore e vulnere emicante. Inter haec fulmin quercus petitur. Ceterum argumentum tabul eſt ſimplex nec ineptum; niſi quod crania ex a bore ſuſpenſa vix placere poſſunt c).

XX

c) Fabulae ſimili modo narratae, quo hic factum eſt Philoſtrato, vnicum exemplum habetur, iam ab Ole rio laudatum, ap. Ovid. Met. IX, 414. vbi de Cey narratur ad oraculum Clarium in Ionia profecto; e Trachine, in Theſſaliae finibus ſita, minus longi quum iter ferret Delphos: *templa profanus inuia tu Phlegyas faciebat Delphica Phorbas.* Plures fue huius nominis homines, fabula fere et nomine co fuſi: Alius fuit Lapithae f. in Theſſalia, alius A giuus, tertius Curetum rex: de quibus v. Burma ad Ovid. l. c. Duo alii ſunt apud Apollodorum m morati, et alii apud alios. Ab his diuerſus eſt Pho bas Phlegyarum rex. Narrationis prima ſtamina duc fuerunt e Cyclicis; ſecundum hos fuit Phorbas al quis pugilatu excellens, et ita praeſtans, vt et de prouocare ad certamen auderet; tum Apollo cum e congreſſus hominem ſuperbia vecordem occidit; ſ Scholia Ven. A. B. et breuia ad Iliad. ψ, 660. tr dunt e Cyclicis. Adiunxere alii cauſſam irae Apoll nis hanc, quod eos, qui Delphos adire volebant, l trociniis vexabat. Hoc idem vulgo de Phlegyis na

ra

XX. *Atlas.* Fabula de Hercule Atlantis, cae-
m humeris ſuſtinentis, vices ſubeunte eſt notiſ-
ma. In tabula momentum delegerat operis auctor
c: adſtat Hercules Atlanti, miſeratur eius fortu-
m, et aerumnas; ſupplicanti ei, vt ſe onere le-
e velit, quippe iam viribus exhauſtum, in ge-
a ſubſidentem et tantum non corruentem, Her-
les paratam voluntatem et vultu, et proiecta iam
i terram claua, et manuum porrectarum geſtu,
eclarat. Argumentum ſimplex nec artis fines
egre-

rari ſolitum, opportunitatem fecit, vt Phorbas inter Phlegyas referretur, tandemque de eo eadem narrarentur, quae olim de Phlegya rege ab Apolline punito. — οὔτε πχιᾶνας ἀπάγει τῷ Θεῷ, ſpectat ad Θεωρίας, Delphos mitti, vt et Delum, ſolitas — vbi Apollo ſe ad pugilatum accingit, *habet ille comas reuinctas:* καὶ τὰς χαίτας ἀνειληφὼς, ἵνα εὐζώνῳ τῇ κεφαλῇ πυκτεύῃ. ſunt ſigna nonnulla Apollinis coma in verticem reuincta: v. c. Muſ. Capitol. III, 14. quae indoctam manum mutilata reficientem arguere videntur; paullo indulgentiore aliquis ingenio poterit Apollinem ad hanc fabulam reuocare. Fulmine quercus petitur, vt vulgo ipſi Phlegyae fulminibus et procellis extincti eſſe narrantur: v. c. Pauſan. IX, 36. Locum ait Philoſtratus adhuc ſeruare rei memoriam nomine ſuo: τὸ γὰρ χωρίον, ἐν ᾧ ταῦτα, δρυὸς κεφαλαὶ ἔτι. Olearius comparat haec cum Herodoto, lib. IX, 30. qui anguſtias e Cithaerone Plataeas ferentes appellatas ait τρεῖς κεφαλὰς, ab Athenienſibus enuntiari ſolitas δρυὸς κεφαλάς. Putauit adeo vtrumque de eodem loco agere; eumque parum caute ſequitur Valken. ad Herodot. eo loco. At locus iſte Herodoti longe diſtat ab eo, quem Phlegyae inhabitarunt ad Cephiſſum, vt ipſe Philoſtratus memorat hoc capite, et Hymnus in Apoll. 280. ad Orchomenum, Pauſ. IX, 36. quae loca Phlegyae inhabitarunt, non vero Cithaeronem et Plataeas.

XIX. Phorbas vel *Phlegyae.* Narratur Phorbas Phlegyarum rex viam Delphos ducentem obſediſſe, et latrociniis infeſtaſſe, ita vt templum Delphicum adiri non poſſet; ſolebat autem adeuntes ad certamina omnis generis prouocare, victos occidere, eorumque capita ex quercu ſuſpendere, ſub qua habitabat. Apollo itaque, ſpecie pugilis ſumta, haec loca adit, cum eo pugnat eumque necat. Tabula exhibuit deum eo ſtatu, quo percuſſerat iam hominem dextra in eius tempora demiſſa, altera adhuc eleuata; proſtratus ille iacet cruore e vulnere emicante. Inter haec fulmine quercus petitur. Ceterum argumentum tabulae eſt ſimplex nec ineptum; niſi quod crania ex arbore ſuſpenſa vix placere poſſunt *c*).

XX

c) Fabulae ſimili modo narratae, quo hic factum eſt a Philoſtrato, vnicum exemplum habetur, iam ab Oleario laudatum, ap. Ovid. Met. IX, 414. vbi de Ceyce narratur ad oraculum Clarium in Ionia profecto; et Trachine, in Theſſaliae finibus ſita, minus longinquum iter ferret Delphos: *templa profanus inuia tum Phlegyas faciebat Delphica Phorbas.* Plures fuere huius nominis homines, fabula fere et nomine confuſi: Alius fuit Lapithae f. in Theſſalia, alius Argiuus, tertius Curetum rex: de quibus v. Burman ad Ovid. l. c. Duo alii ſunt apud Apollodorum memorati, et alii apud alios. Ab his diuerſus eſt Phorbas Phlegyarum rex. Narrationis prima ſtamina ducta fuerunt e Cyclicis; ſecundum hos fuit Phorbas aliquis pugilatu excellens, et ita praeſtans, vt et deos prouocare ad certamen auderet; tum Apollo cum eo congreſſus hominem ſuperbia vecordem occidit; ſic Scholia Ven. A. B. et breuia ad Iliad. ψ, 660. tradunt e Cyclicis. Adiunxere alii cauſſam irae Apollinis hanc, quod eos, qui Delphos adire volebant, latrociniis vexabat. Hoc idem vulgo de Phlegyis nar-

ra

XX. Atlas. Fabula de Hercule Atlantis, cae-
m humeris ſuſtinentis, vices ſubeunte eſt notiſ-
ſa. In tabula momentum delegerat operis auctor
c: adſtat Hercules Atlanti, miſeratur eius fortu-
m, et aerumnas; ſupplicanti ei, vt ſe onere le-
re velit, quippe iam viribus exhauſtum, in ge-
a ſubſidentem et tantum non corruentem. Her-
les paratam voluntatem et vultu, et proiecta iam
terram claua, et manuum porrectarum geſtu,
clarat. Argumentum ſimplex nec artis fines
egre-

rari ſolitum, opportunitatem fecit, vt Phorbas inter Phlegyas referretur. tandemque de eo eadem narrarentur, quae olim de Phlegya rege ab Apolline punito. — *οὔτε παιᾶνας ἀπάγει τῷ θεῷ*, ſpectat ad *θεωρίας*, Delphos mitti, vt et Delum, ſolitas — vbi Apollo ſe ad pugilatum accingit. *habet ille comas reuinctas*: *καὶ τὰς χαίτας ἀνειληφὼς, ἵνα εὐζώνῳ τῇ κεφαλῇ πυκτεύῃ*. ſunt ſigna nonnulla Apollinis coma in verticem reuincta: v. c. Muſ. Capitol. III, 14. quae indoctam manum mutilata reficientem arguere videntur; paullo indulgentiore aliquis ingenio poterit Apollinem ad hanc fabulam reuocare. Fulmine quercus petitor, vt vulgo ipſi Phlegyae fulminibus et procellis extincti eſſe narrantur: v. c. Pauſan. IX, 36. Locum ait Philoſtratus adhuc ſeruare rei memoriam nomine ſuo: *τὸ γὰρ χωρίον, ἐν ᾧ ταῦτα, δρυὸς κεφαλαὶ ἔτι.* Olearius comparat haec cum Herodoto, lib. IX, 30. qui anguſtias e Cithaerone Plataeas ferentes appellatas ait *τρεῖς κεφαλὰς*, ab Athenienſibus enuntiari ſolitas *δρυὸς κεφαλάς*. Putauit adeo vtrumque de eodem loco agere; eumque parum caute ſequitur Valken. ad Herodot. eo loco. At locus iſte Herodoti longe diſtat ab eo, quem Phlegyae inhabitarunt ad Cephiſſum, vt ipſe Philoſtratus memorat hoc capite, et Hymnus in Apoll. 280. ad Orchomenum, Pauſ. IX, 36. quae loca Phlegyae inhabitarunt, non vero Cithaeronem et Plataeas.

egrediens; ad cuius declarationem in Sophiſta hae occurrunt: ait Atlantem iam viribus deficientem eſſe redditum: quod vel maxime ſudor *per totum corpus defluens* teſtetur, *cum brachio tremiſcente.* Porro miratur ſcriptor *vmbram* in Atlante: cuius corpore ſubſidente et in genu inclinato, globo caeleſti capiti humerisque impoſito deſuper inferiora obſcurante, vmbrae concurrunt inter ſe diuerſae, partibus ſubductis aliis, aliis eminentibus grauiorem vel leuiorem vmbram poſtulantibus, eademque diuerſitate ſupplent luminis vices ad ſingula diſcernenda *d*).

XXI. Antaeus. Vulgata eſt fabula, et opus vulgati argumenti; Hercules Antaeum medium amplexus ſublimem a terra manibus comprimit vt animam elidat; ea prorſus ſpecie quae in ſigni veterum occurrit. Nihil itaque in his eſt, quod moremur. Locum luctae paullo indoctius declarauit auctor: eſt, inquit, Libya, *circum circa tu*

mul

d) αἱ δὲ τοῦ Ἄτλαντος σκιαὶ σοφίας πρόσω, *exquiſitiori artis ſunt.* οὕτωσι γὰρ συνιζηκότος, συμπίπτουσί τ ἀλλήλαις (*miſcentur inter ſe*) καὶ οὐδὲν τῶν ἐκκειμένω ἐπιθολοῦσιν, ἀλλὰ φῶς ἐργάζονται (*vmbrae leuiore partium prominentium ſunt quaſi lucis loco*), παρὰ τ κοῖλά τε καὶ εἰσέχοντα, τὴν γαστέρα. (ſunt haec iun genda: φῶς, h. e. φωτεινὴν, ἐργάζονται τὴν γαστέρα *ventrem illuminant, vt partes eius diſcerni inter ſe poſ ſint*) καὶ προνενευκότος τοῦ Ἄτλαντος, ὁρᾶν τε ὑπάρχε (ſc. αὐτὴν, τὴν γαστέρα) καὶ ἀσθμαίνοντος ξυνιέναι *intelligere, eum anhelare, dum ilia ille contrahit e ſpiritum in thoracem colligit.* Ita locus clarior erit. — τὰ δὲ ἐξ ἀλλήλων, *aliae res ita, vt ſe deinceps exci piant ordine, altera poſt alteram.* [Paullo ante ὁ δ οὕτω τι ἄσμενος εἴληπται. Guelph. 74. melius οὕτ τοι. mox pro στάζοι, στάζει.]

muli et *columnae*, *et inciſa nomina* hoſpitum, qui ab Antaeo lucta victi ac caeſi fuerant. Ornat rhetor narrationem multis aliis.. quae ad primum congreſſum ſpectant; at artifex nouiſſima tantum luctae expreſſerat. Singulare eſt, quod ſub finem adiicitur: *vtrni montis vertici incubare nubem auream*, *e qua putandi ſint dii proſpicere certamen*, *et procedere ex eo loco Mercurium* ad coronandum Herculem victorem *e*).

XXII.

e) Statim in cap. princ. Κόνις, οἵα ἐν πάλαις ἐκείναις, (*in palaeſtris*, ἡ κονίστρα) ἐπὶ πηγῇ ἐλαίου. καὶ δυοῖν ἀθληταῖν ὁ μὲν ξυνδέων τὸ οὖς, ὁ δὲ ἀπολύων λεοντῆς τὸν ὦμον. Mira ſunt in medio: ἐπὶ πηγῇ ἐλαίου. De fonte oleo profluente cogitabat Olearius. Saltem magnam olei copiam adſtitiſſe dicerem, magnum olei vas Sed corrupta ſunt verba; pro ἐπὶ τῇ γῇ ἔλαιον, *adſtat in terra olei vaſculum*. Apparent quoque lectionis veſtigia in altero Guelph. — Deterius quoque per κολωνοὺς *Libyae tumulos* et per στήλας, *columnas Herculis* intelligebat Olearius. — In Herculis membris καὶ αἵματες καὶ αἱ φλέβες οἷον ἐν ὠδῖνι. Non alienum hoc a tumore rhetorico: noli itaque de οἰδήματι cogitare, etſi οἰδαίνειν alibi frequentatur de brachiis. muſculis proſtantibus — περιῆκτα ὁ βραχίων, ὅσα καὶ ὦμοι, ad *formam rotundam et globoſam* referes: περιηγμένα enim ſunt *rotunda*, et περιηγές, τὸ καμπύλον. Videntur quoque melius iungi: περιῆκται — ὦμοι, στέρνα καὶ γαστὴρ ταυτὶ τὰ σφυρήλατα. Lucanus reddidit vſ. 631. lib. VI. *Intumuere tori*, *totosque induruit artus*. Apparet ex ipſo verſu in Theocriteis de Amyco (XXII, 46.) στήθεα δ' ἐσφαίρωτο πελώρια *rotunda ſunt.* — ἰσχυρὸν μὲν τὸν Ἀνταῖον οἶδε, ξυνδεδεμένον δὲ, καὶ οὐκ ἔξω τέχνης. Olearius explicat *vt facile conſtringi poſſit*. Immo vero: *habet membra conſtipata*, *nimium compacta adeoque luctae parum apta*; nam palaeſtra poſtulat membra robuſta quidem, ſed agilia. Proprie σύνδεσμοι ſunt tendinum et ligamentorum. Etiam Xenophon Venat. 4. 1 in canibus probat ἰσχία στρογγύλα, ἔπισθεν σαρκώδη,

egrediens; ad cuius declarationem in Sophiſta hae occurrunt: ait Atlantem iam viribus deficientei eſſe redditum: quod vel maxime ſudor *per totu corpus defluens* teſtetur; *cum brachio tremiſcente.* Port miratur ſcriptor *umbram* in Atlante: cuius corpoi ſubſidente et in genu inclinato, globo caeleſti ca piti humerisque impoſito deſuper inferiora obſcu rante, vmbrae concurrunt inter ſe diuerſae, pai tibus ſubductis aliis, aliis eminentibus grauiorei vel leuiorem vmbram poſtulantibus, eademque di verſitate ſupplent luminis vices ad ſingula diſce nenda *d*).

XXI. Antaeus. Vulgata eſt fabula, et opi vulgati argumenti; Hercules Antaeum mediu amplexus ſublimem a terra manibus comprimi vt animam elidat; ea prorſus ſpecie quae in ſign veterum occurrit. Nihil itaque in his eſt, quo moremur. Locum luctae paullo indoctius decla rauit auctor: eſt, inquit, Libya, *circum circa t*

mi

d) *αἱ δὲ τοῦ Ἄτλαντος σκιαὶ σοφίας πρόσω, exquiſitior artis ſunt. οὕτωσι γὰρ συνιζηκότος, συμπίπτουσί τ ἀλλήλαις (miſcentur inter ſe) καὶ οὐδὲν τῶν ἐκκειμένω ἐπιθολοῦσιν, ἀλλὰ φῶς ἐργάζονται (vmbrae leuior partium prominentium ſunt quaſi lucis loco), παρὰ τ κοῖλά τε καὶ εἰσέχοντα, τὴν γαστέρα.* (ſunt haec iu genda: *φῶς*. h. e. *φωτεινὴν, ἐργάζονται τὴν γαστέρ ventrem illuminant, vt partes eius diſcerni inter ſe po ſint) καὶ προνενευκότος τοῦ Ἄτλαντος, ὁρᾶν τε ὑπάρχ* (ſc. *αὐτὴν, τὴν γαστέρα*) *καὶ ἀσθμαίνοντος ξυνιένα intelligere, eum anhelare, dum ilia ille contrahit ſpiritum in thoracem colligit.* Ita locus clarior erit. — *τὰ δὲ ἐξ ἀλλήλων, aliae res ita, vt ſe deinceps exc plant ordine, altera poſt alteram.* [Paullo ante ὁ *οὕτω τι ἄσμενος εἴληπται.* Guelph. 74. melius *οὕτ τοι.* mox pro *στάζοι, στάζει.*]

[...]li et *columnae, et inciſa nomina* hoſpitum, qui ab Antaeo lucta victi ac caeſi fuerant. Ornat rhetor narrationem multis aliis, quae ad primum congreſſum ſpectant; at artifex nouiſſima tantum luctae expreſſerat. Singulare eſt, quod ſub finem adiicitur: [...] *montis vertici incubare nubem auream, e qua putandi ſint dii proſpicere certamen, et procedere ex eo loco Mercurium* ad coronandum Herculem victorem *e*).

XXII.

e) Statim in cap. princ. Κόνις, οἵα ἐν πάλαις ἐκείναις, (*in palaeſtris*, ἡ κονίστρα) ἐπὶ πηγῇ ἐλαίου, καὶ δυοῖν ἀθληταῖν ὁ μὲν ξυνδέων τὸ οὖς, ὁ δὲ ἀπολύων λεοντῆς τον ὤμον. Mira ſunt in medio: ἐπὶ πηγῇ ἐλαίου. De fonte oleo pr fluente cogitabat Olearius. Saltem magnam olei copiam adſtitiſſe dicerem, magnum olei vas Sed corrupta ſunt verba; pro ἐπὶ τῇ γῇ ἔλαιον, *adſtat in terra olei vaſculum.* Apparent quoque lectionis veſtigia in altero Guelph. — Deterius quoque per κολωνοὺς *Libyae tumulos* et per στήλας, *columnas Herculis* intelligebat Olearius. — In Herculis membris καὶ αἵματος καὶ αἱ φλέβες οἷον ἐν ὠδῖνι. Non alienum hoc a tumore rhetorico: noli itaque de οἰδήματι cogitare, etſi οἰδαίνειν alibi frequentatur de brachiis, muſculis proſtantibus — περιῆκται ὁ βραχίων, ὅσα καὶ ὦμοι, ad *formam rotundam et globoſam* referes: περιηγμένα enim ſunt *rotunda*, et περιηγές, τὸ κυκλοῦν. Videntur quoque melius iungi: περιῆκται — ὦμοι, στέρνα καὶ γαστὴρ τανυτὶ τὰ σφυρήλατα. Lucanus reddidit vſ. 631. lib. VI. *Intumuere tori, totosque induruit artus.* Apparet ex ipſo verſu in Theocriteis de Amyco (XXII, 46.) στήθεα δ' ἐσφαίρωτο πελώρια *rotunda ſunt.* — ἰσχυρὸν μὲν τὸν Ἀνταῖον οἶδα, ξυνδεδεμένον δὲ, καὶ οὐκ ἔξω τέχνης. Olearius explicat *vt facile conſtringi poſſit.* Immo vero: *habet membra conſtipata, nimium compacta adeoque luctae parum apta*; nam palaeſtra poſtulat membra robuſta quidem, ſed agilia. Proprie σύνδεσμοι ſunt tendinum et ligamentorum. Etiam Xenophon Venat. 4. 1 in canibus probat ἰσχία στρογγύλα, ἔπισθεν σαρκώδη,

 ἄνωθεν

Enimuero ſubſiſtendum hic eſt; animo repent magno dolore percuſſo, nuntiata, dum haec ſcri bebamus, morte Collegae deſideratiſſimi, *Georg Chph. Lichtenberg*, quem rebus noſtris ereptum quotquot ſeu ſeueriorum et ſolidiorum litterarun ſeu ingenioſarum facetiarum et ſalium amore tenentur*, nobiscum lugebunt. PP. pridie Kal. *Mart.* cIↄIↄccxcix.

πρὸς πολλοῖς ἐπιτάττοντος αὐτῷ τῷ Ἡρακλεῖ. leg. *αὐτόν.* In ſqq. *τὰ μὲν δὴ δάκρυα* ſq. aberrauit ſenſu Olear. et male ea interpunctione laborant. Diſtinguenda et accipienda putamus eſſe ſic: *τὰ μὲν δὴ δάκρυα — καὶ τὸ βαρὺ τοῦ προσώπου τὸ ἐπὶ τῷ πένθει, δεδόσθω καὶ ἄλλῳ ἐραστῇ· ἄλλο ἐχέτω τι καὶ ἡ στήλη γέρας ἀφεστηκυῖα καλῷ σήματι· ὁ δὲ οὐχ, ὅπερ οἱ πολλοί, πόλιν τῷ Ἀβδήρῳ ἀνίστησιν, ἣν ἀπ' αὐτοῦ καλοῦμεν.* *relinquenda ait eſſe iſta omnia, quae luctum Herculis declarare potuere, et aliis, tanquam communia in tali fortuna;* at, *quod non vulgare eſt, Hercules vrbem eius nomine condidit.*

VII

VIII.

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE
PRORECTOR
IOANN. PETRVS WALDECK D.
CVM SENATV
ANNIVERSARIA INAVGVRATIONIS SACRA
LXII.
IN KAL. SEPTEMBRES cIↄIↄccxcii.
CELEBRANDA
INDICIT
SIMVLQVE
SVCCESSOREM
IN
MAGISTRATV ACADEMICO
HENRIC. AVGVST. WRISBERG D.
CIVIBVS SVIS
HONORIS ET OFFICII CAVSSA
COMMENDAT.

Philoſtrati Imaginum illuſtratio.
Partic. VIII. (Tab. Libri II. XXVI - XXXIV. extr. complexa.)

Reuocantibus animo et memoria litterarum intra huius, quam viuimus, aetatis decurſum viciſſitudines, et per ordines hominum, qui iis olim aequis animis carebant, progreſſus et auctus, in boreali ſaltem Germaniae tractu, et in terris libe-

riore

riore ſeu cultus religioſi ſeu religioſarum opinionum formula vtentibus, multa occurrunt, inter populares opiniones recepta, quae ſuperior aetas vulgo aut ignorabat aut non niſi inter ea habebat, quae hominum otioſe litteras colentium ſtudiis et diſputationibus relinquebantur. Inde ſenſim ſenſimque, ſermonis patrii cultu vſuque frequentato, et rei librariae commerciis auctis, librorum legendorum ſtudium latius eſt ſparſum; coepere libelli facetiis ſalibusque perfuſi manibus verſari ſtiua dolabraque tractata callofis aut geri in gremiis, quibus nutritii tenelli inſidere ſolebant. Gaudebamus in ſinu et exultabamus, videntes, inter populares noſtros quanti facti eſſent litterarum progreſſus, qui ingeniorum cultus, quam diffuſae late et ſparſae omnis generis notitiae, quibus aliae terrae carerent, in quibus ſcilicet veterno et ſtupore obtuſa torpent ingenia. Enim vero, quam vana interdum eſſe ſoleant hominum, etiam ſapientiſſimorum, iudicia et conſilia in iis, quae ad rerum ſummam vtiliſſima et efficaciſſima eſſe iudicabant, cum euentus, vſus et experientia, mox alia ac diuerſa, interdum contraria quoque, oſtendat ex iis prodeuntia, quae ipſi prudentiſſime conſtituiſſe putabant: ecce hoc idem in mirifica hac rerum conuerſione euenire vidimus. Librorum enim legendorum ſtudium per omnes vitae ciuilis ordines, nullo ſexus, aetatis, vitae diſcrimine, nullo librorum rerumque dilectu habito, ſparſum innumera in vitam mala intulit, dum, vitae negotiis, munium mandatorum officiis, rei familiaris familiaeque curis neglectis aut ſepoſitis, homines otioſe detinentur

tur librorum lectione, e quibus nullus ad eorum ingenia et vitas fructus redire poteſt, contra autem notiones colliguntur, quarum vim accurate et perſpecte ſatis tenere illi nequeunt, quibus ideo male vtuntur et, ad prauas falſasque opiniones, vitae mox exitioſas, abrepti multas ſibi et reipublicae noxas contrahunt; vt taceamus mala, quae in vitam domeſticam et liberorum inſtitutionem, rei familiaris curam, rerumque adminiſtrationem, ex hoc fonte lectionis temere vulgatae et male inſtitutae manarunt. Laetabamur alia, ad quae aetatem noſtram et patriam, tanquam ex humili loco in altum, ex obſcuritate in lucem, ex contemtu in celebritatem euectam eſſe putabamus; ſuperſtitiones vulgi proſtratas et protritas, liberaliores plebis ſenſus et elegantias, ruſticitatem in concinnitatem verſam: nihil tamen horum vidimus, quod non ipſo vſu magna ex parte aliter cecidiſſe videri debeat: quandoquidem ea ingenii humani labes eſt, vt in inuentis etiam vtiliſſimis modum tenere aut proſpicere noua mala, quae nouum inuentum allaturum eſt, iisque tempeſtiue occurrere, neſciat, inuentorum autem auctores nunquam ſatis prouideant, vt bene inuentis bene etiam vtendi limites ab initio ſtatim ex rerum natura et ex prudenti conſilio ſint fixi: verum mentis humanae partim ardor, partim vanitas nouitate et ſucceſſu elata, vltra iuſtos fines bona ſua proferendo ferociens proſilit et ea in noxam damnumque vertit. Ita vtilitatis laude damnata accuſamus noxas et damna. Itaque euenit, vt, cum vulgus ſuperſtitionibus liberare, ad rerum veritatem aſſequendam adducere,

ſenſu

ſenſu iuſti iniuſtique recto inbuere, ad boni publici ſuaeque vtilitatis perſpicientiam euehere, a caeca auctoritatis et conſuetudinis reuerentia abducere, et ad inſtituta meliora recipienda procliuitatem inſtillare ſtuderemus: promiſcue in vulgus effundendo omnia, quae niſi ab ingeniis per multas litteras vitaeque vſus excultis recte percipi poſſunt, innumera iam in vulgus ſparſa ſint iudicia praua et vitae publicae priuataeque damnoſa. Eleuando inſtituta patria, in contemtum adducta ſunt ea, quibus animorum impetus et cupiditates coercèbantur; deficientibus aliis, aut male ſubſtitutis, quae ad ſenſus hominum rudiorum vim nullam nec habent nec habere poſſunt; philoſophica placita male in vitam intulimus, quae ſubtilitatibus hisce nec conſtitui poteſt nec regi; ſublatis vitae praeſidiis priſtinis, maiorum auctoritate, more, exemplo, ipſo vſu et tempore firmatis. Quod in Gallofrancis notamus, antiqua inſtituta ab iis eſſe ſublata, antequam meliora eſſent prouiſa et parata, id ipſum in philoſophicis et religioſis populares noſtri ne interdum commiſerint veremur. Praepoſtero hoc et male properato ſtudio factum eſt, vt, antequam recto multarum rerum ſenſu et melioribus notionibus imbuta eſſent multitudinis ingenia, de rebus diuinis ac religioſis, de imperiorum regnorumque rationibus, vitiis et corruptelis, euulgarentur ea, quae, quod nunc euentus docuit, melius omnino rudiores animi nunquam imbibiſſent. Mirum tamen in modum placuere ſibi noſtrates in hisce rebus nouandis, et viſi ſibi ſunt praeclare humanitati conſuluiſſe vulgando promiſcue omnia; cum tantum

vtilia,

vtilia, hoc eſt quorum peruidendorum capax eſſet vulgus, in meliorem notitiam adducere debuiſſent. Anguſtis patriae et loci natalis notionibus circumſcriptos popularium animos ad ampliora et liberiora eduximus; coſmopolitas eſſe eos volumus, qui omnem terrarum orbem, quin vniuerſum ipſum pro patria habeant; et vere nunc *toti viuere mundo* coeptum eſt. Quid inde ad vitam veram profectum eſſe putamus? hoc vtique, vt ſpreta ac proculcata ſanguinis, ciuitatis, populi, religionum, patriorum morum et inſtitutorum, coniunctione ac neceſſitudine, ſibi quisque ſoli ſuisque commodis viuamus plerique, priuatae rei augendae vnice intenti, vtque, velificante ſaeculi luxu et auaritia, omnia ad ſe quisque trahamus, Horatiani illius carminis parum memores: *Cur eget indignus quisquam te diuite? quare Templa ruunt antiqua deum? cur, improbe, carae Non aliquid patriae tanto emetiris aceruo?* Ita boni publici, publicaeque vtilitatis, ſenſum fere obtuſum aut prorſus expulſum eſſe videmus; ridentur ea quae patrum noſtrorum memoria magno animo, commodorum priuatorum neglectu, in publicum erogata et curata ſunt; nec multum abeſt, quin inter ſtolida ingenia referantur ii, qui non intra muneris cancellos anguſtos ſtudium bene merendi continent. Litterarum ſtudia ab antiquis formulis ac praeſcriptis, noſtrae aetati non amplius accommodatis, eſſe liberata, recte gaudebamus; at nunc, quo ea euagata ſint, conſiderate, et quam multae inanes et ſpinoſae ſubtilitates iterum in ea immigrarint. Rei librariae mercatus ampliatos et locupletatos inter Germaniae

niae laudes referebamus; recte, per haec tamen nunc ipſas litteras venales et litterarum dia inter artes quaeſtuarias abiiſſe, quis ne eoque iam loco rem eſſe conſtitutam, vt, c pauci, ambitioſis interdum artibus, callide an nam candefaciunt, per vilitatem operae, qu ceteri experiuntur, bonis litteris ſua praemia perierint: atqui, *ſublatis ſtudiorum praemiis eti ſtudia peritura eſſe*, ut cum Tacito loquamur A XI, 7. verendum eſt. Adeo nihil eſt quod, de iuſta ratione ac modo, conſilio ac fine, pr cipio ſtatim diligenter diſpexerimus, non corru et deprauari poſſit ipſo hominum vſu. Hoc i que in ſtudiis quoque academicis animis noſtris obuerſetur, videndum eſt; etiam in diſciplinis t dendis; temperandum eſt et certis finibus con nendum ſtudium nouitatis, et ex emendandis a tiquioribus gloriolae cupiditas; nec metienda omni ex vſu praeſenti; verum cogitandum quoque et c vendum, ne ex iisdem incaute traditis et expoſiti genia inuenilia eliciant ea, quibus grauiores err ſuperſtruantur, aut ea, quae iam animis imbibita tanquam praeſidiis firmentur, vnde resp. detri tum capere, litterae autem corrumpi, reli rum diſciplinarum auctoritas infringi et vtilitas minui, commune autem vinculum poſſit di

Verum haec, Ciues, eo tantum conſilio habentor, vt praefaremur ei praeconio, quo bis impoſitum eſt, ad indicenda ſollennia cra die celebranda, quibus primo loco recolentu niuerſaria Georgiae Auguſtae ante hos LXII

conditae, et hoc quoque anno, dei O. M. beneficio ſingulari, incolumitate et tranquillitate integra fruentis. Perſoluentur numini prouidenti pia vota preceſque, cum ſupplicationibus, vt reliqua quoque fata per incerta haec temporum fauſta ſint et ſtabilia. In magnorum euentorum articulo res nunc vertuntur; fortunae inuerſiones vidimus inopinatas et incredibiles a); faxit numen, vt quae reſtant, reſpondeant ſuperioribus. Altera ſolennium cauſſa eſt, quod is, cuius nomen huic libello praeſcriptum eſt, cum magiſtratu academico per ſemeſtre aeſtiuum geſto inſignia tradet Collegae coniunctiſſimo, Viro illuſtri,

HENRICO AVGVSTO WRISBERG D.

quarto iam Prorectoris vicibus functuro, cuius lenitatem et paternam indulgentiam, ſed cum religione et ſeueritate in legibus ſeruandis, in diſciplina ad earum praeſcripta regenda, in coercenda licentia, coniunctam, ita reuereri mementote, vti ingeniis liberalibus, in ſtudiis liberalibus occupatis, dignum et

a) Apud Valer. Fl. I. 542. de viciſſitudine imperiorum Iupiter ita fatur: *vetera haec nobis et condita pergunt Ordine cuncta ſuo, rerumque a principe curſu Fixa manent.* — Omnes ait res ſuo motu ac curſu ferri; imperium terrarum ab vno populo transferri ad alterum; multis inde ſaeculis floruiſſe Aſiae imperia; inſtare iam tempus, vt Aſiae regnis, tanquam vetuſtate decrepitis, ſuccedat Graecia, cui aliquando ſucceſſura ſit Roma. *Accelerat ſed*, inquit Iupiter, *ſumma dies, Aſiamque labantem linquimus; et poſcunt iam me ſua tempora Graii.* Popoſcerunt Iouem ab eo tempore fata ſua plures aliae gentes ac terrae; poſcunt etiamnum aliae, et obſcurum dubiumque eſt, vter populus alterius fata anteuertendo occupaturus ſit.

niae laudes referebamus; recte, per haec ipſa tamen nunc ipſas litteras venales et litterarum ſtudia inter artes quaeſtuarias abiiſſe, quis neget eoque iam loco rem eſſe conſtitutam, vt, dum pauci, ambitioſis interdum artibus, callide annonam candefaciunt, per vilitatem operae, quam ceteri experiuntur, bonis litteris ſua praemia tere perierint: atqui, *ſublatis ſtudiorum praemiis etiam ſtudia peritura eſſe*, ut cum Tacito loquamur Ann XI, 7. verendum eſt. Adeo nihil eſt quod, ni de iuſta ratione ac modo, conſilio ac fine, principio ſtatim diligenter diſpexerimus, non corrumpi et deprauari poſſit ipſo hominum vſu. Hoc itaque in ſtudiis quoque academicis animis noſtris obuerſetur, videndum eſt; etiam in diſciplinis tradendis; temperandum eſt et certis finibus continendum ſtudium nouitatis, et ex emendandis antiquioribus gloriolae cupiditas; nec metienda omnia ex vſu praeſenti; verum cogitandum quoque et cauendum, ne ex iisdem incaute traditis et expoſitis ingenia inuenilia eliciant ea, quibus grauiores errores ſuperſtruantur, aut ea, quae iam animis imbibita ſint tanquam praeſidiis firmentur, vnde reſp. detrimentum capere, litterae autem corrumpi, reliquarum diſciplinarum auctoritas infringi et vtilitas minui, commune autem vinculum poſſit diſſo

Verum haec, Ciues, eo tantum conſilio d habentor, vt praefaremur ei praeconio, quod bis impoſitum eſt, ad indicenda ſollennia cra die celebranda, quibus primo loco recolentur niuerſaria Georgiae Auguſtae ante hos LXII. a

conditae, et hoc quoque anno, dei O. M. benefi-cio ſingulari, incolumitate et tranquillitate inte-gra fruentis. Perſoluentur numini prouidenti pia vota precesque, cum ſupplicationibus, vt reliqua quaeque fata per incerta haec temporum fauſta ſint et ſtabilia. In magnorum euentorum articulo res nunc vertuntur; fortunae inuerſiones vidimus in-opinatas et incredibiles *a*); faxit numen, vt quae reſtant, reſpondeant ſuperioribus. Altera ſolen-nium cauſſa eſt, quod is, cuius nomen huic libello praeſcriptum eſt, cum magiſtratu academico per ſemeſtre aeſtiuum geſto inſignia tradet Collegae coniunctiſſimo, Viro illuſtri,

HENRICO AVGVSTO WRISBERG D.

quartum iam Proreſtoris vicibus functuro, cuius le-nitatem et paternam indulgentiam, ſed cum religione et ſeueritate in legibus ſeruandis, in diſciplina ad earum praeſcripta regenda, in coercenda licentia, coniunctam, ita reuereri mementote, vti ingeniis liberalibus, in ſtudiis liberalibus occupatis, dignum et

a) Apud Valer. Fl. I, 542. de viciſſitudine imperiorum Iupiter ita fatur: *vetera haec nobis et condita pergunt Ordine cuncta ſuo, rerumque a principe curſu Fixa manent.* — Omnes ait res ſuo motu ac curſu ferri; imperium terrarum ab vno populo transferri ad alte-rum; multis inde ſaeculis floruiſſe Aſiae imperia; in-ſtare iam tempus, vt Aſiae regnis, tanquam vetuſtate decrepitis, ſuccedat Graecia, cui aliquando ſucceſſura ſit Roma. *Accelerat ſed*, inquit Iupiter, *ſumma dies, Aſiamque labantem linquimus; et poſcunt iam me ſua tempora Graii.* Popoſcerunt Iouem ab eo tempore fata ſua plures aliae gentes ac terrae; poſcunt etiamnum aliae, et obſcurum dubiumque eſt, vter populus alterius fata anteuertendo occupaturus ſit.

niae laudes referebamus; recte, per haec iſ tamen nunc ipſas litteras venales et litterarum ſt dia inter artes quaeſtuarias abiiſſe, quis nege eoque iam loco rem eſſe conſtitutam, vt, du pauci, ambitioſis interdum artibus, callide ann nam candefaciunt, per vilitatem operae, qua ceteri experiuntur, bonis litteris ſua praemia tei perierint: atqui, *ſublatis ſtudiorum praemiis etia ſtudia peritura eſſe*, ut cum Tacito loquamur Ani XI, 7. verendum eſt. Adeo nihil eſt quod, ni de iuſta ratione ac modo, conſilio ac fine, pri cipio ſtatim diligenter diſpexerimus, non corrum et deprauari poſſit ipſo hominum vſu. Hoc it que in ſtudiis quoque academicis animis noſtris obuerſetur, videndum eſt; etiam in diſciplinis tr dendis; temperandum eſt et certis finibus cont nendum ſtudium nouitatis, et ex emendandis an tiquioribus gloriolae cupiditas; nec metienda omni ex vſu praeſenti; verum cogitandum quoque et ca vendum, ne ex iisdem incaute traditis et expoſitis in genia inuenilia eliciant ea, quibus grauiores errore ſuperſtruantur, aut ea, quae iam animis imbibita ſint tanquam praeſidiis firmentur, vnde reſp. detrimen tum capere, litterae autem corrumpi, reliqua rum diſciplinarum auctoritas infringi et vtilitas im minui, commune autem vinculum poſſit diſſolui

Verum haec, Ciues, eo tantum conſilio dict habentor, vt praefaremur ei praeconio, quod no bis impoſitum eſt, ad indicenda ſollennia craſtin die celebranda, quibus primo loco recolentur an niuerſaria Georgiae Auguſtae ante hos LXII. anno

con

conditae, et hoc quoque anno, dei O. M. beneficio ſingulari, incolumitate et tranquillitate integra fruentis. Perſoluentur numini prouidenti pia vota precesque, cum ſupplicationibus, vt reliqua ceteraque fata per incerta haec temporum fauſta ſint et ſtabilia. In magnorum euentorum articulo res nunc vertuntur; fortunae inuerſiones vidimus inopinatas et incredibiles *a*); faxit numen, vt quae reſtant, reſpondeant ſuperioribus. Altera ſolenniorum cauſſa eſt, quod is, cuius nomen huic libello praeſcriptum eſt, cum magiſtratu academico per ſemeſtre aeſtiuum geſto inſignia tradet Collegae coniunctiſſimo, Viro illuſtri,

HENRICO AVGVSTO WRISBERG D.

quarto iam Prorectoris vicibus functuro, cuius lenitatem et paternam indulgentiam, ſed cum religione et ſeueritate in legibus ſeruandis, in diſciplina ad earum praeſcripta regenda, in coercenda licentia, coniunctam, ita reuereri mementote, vti ingeniis liberalibus, in ſtudiis liberalibus occupatis, dignum

et

a) Apud Valer. Fl. I, 542. de viciſſitudine imperiorum Iupiter ita fatur: *vetera haec nobis et condita pergunt Ordine cuncta ſuo, rerumque a principe curſu Fixa manent.* — Omnes ait res ſuo motu ac curſu ferri; imperium terrarum ab vno populo transferri ad alterum; multis inde ſaeculis floruiſſe Aſiae imperia; inſtare iam tempus, vt Aſiae regnis, tanquam vetuſtate decrepitis, ſuccedat Graecia, cui aliquando ſucceſſura ſit Roma. *Accelerat ſed*, inquit Iupiter, *ſumma dies, Aſiamque labantem linquimus; et poſcunt iam me ſua tempora Graii.* Popoſcerunt Iouem ab eo tempore fata ſua plures aliae gentes ac terrae; poſcunt etiamnum aliae, et obſcurum dubiumque eſt, vter populus alterius fata anteuertendo occupaturus ſit.

XXIX. Antigone. Nobilis ex tragicis e narratio de ſepultura caeſorum in bello Theban Vt tollerentur corpora Argiuorum et cremarentu Athenienſes rege Theſeo duce a Thebanis obtinu rant. At Polynicem, qui eos aduerſus patria duxerat, ſepelire Creon interdixerat. Antigo eius, ſoror, clam noctu vrbem egreſſa, cum vita periculo corpus ſuſtulit et humauit. Argumentu tabulae non eſt abſonum. Noctu, nullo teſt lu

aut ἰσχνῶς tenuiter, aut ἐπιπόνως, aerumnoſe, moro στίξαι (τὴν ἀράχνην) recipiendum e codd, Olearii p δεῖξαι, ſunt enim in araneo variae ſtriae et ſtigma ab arte reddenda. Tum tela eſt adſpectu ſordida ſqualida. Dixit ἔριον ὑπομόχθηρον, quod vir Grae doctus, qui codicem Guelph. 82. ſcripſit, interpre tur τὸ πολλοῦ μόχθου δεόμενον. at quod ſequit ἄγριον, quomodo ſic cum eo iunctum putabimu Immo vero eſt μοχθηρὸν *ſordidum, ſqualidum*, ῥυπ ρὸν, et ἄγριον, *incultum, horridum*, ἀεικέλιον. Ta dem τὴν ἀλήθειαν eſt aut pro ἀληθῶς δεινοῦ, *artificis v periti*, aut δεινοῦ (κατὰ) τὴν ἀλήθειαν, *periti in v reddendo.* — Mox pro αὐτῇ praeferendum αὕτη, τετρ γωνος μὲν αὕτη μήρινθος (araneae) περιβέβληται τ γωνίαις domus. — διαλείποντες ἀλλήλους vterque cod pro (ἀπ') ἀλλήλων et τηροῦσαι pro τείνουσαι τοὺς κεχ λασμένους τῶν μίτων. — οὐδὲ — παρῆλθεν ὁ ζωγ φος. alter cod., vt vulgo edd. προδιῆλθεν, alter π ῆλθεν, vtrumque male. Vocabulum ἀναῤῥιχᾶσθαι ἀῤῥιχᾶσθαι de araneis diſcurrentibus per texta dilig ter eſt notatum a grammaticis Schol. Ariſtoph. Sui Etymol. impr. v. ad Heſych. c. not. Eſt quoque Sc lion in Guelph. 82. At in principio ipſa nimé fri dius eſt, quod de Penelope lacrimante ait: ἡ Πη λόπη κλαίει δακρύοις, οἷς τὴν χιόνα τήκει Ὅμηρ voluit dicere, οἷς τὸν χρῶτα τήκει, ὡς Εὔρῳ τὴν χ Ὅμηρος. niſi forte exciderunt verba aliqua. Pa poſt Penelope λύει ἃ διύφηνεν poteſt ferri in hoc ſ ptore; niſi ἃ δὴ cum Hemſterh. legas vel ἃ ἤδη Luc. T. I. p. 387.

luna lucente, puella in loco pugnae inter corpora caeſa errans fratrem amplexa humo tollit, genu inflexo, ore in eum fixo. Tabula complexa erat ſimul ea, quae inſequuta ſunt, paruo abhinc interuallo appoſita. In conſpectu erat tumulus cum malo punica, quae in eo excreuiſſe dicitur, ſanguinem emittens, ſi malum decerpſiſſes; tum rogus, cui impoſitis fratrum corporibus flamma diſſiluit *e*).

XXX. Euadne. Accommodatum arti etiam hoc eſt argumentum. Capaneo ad Thebas in rogum impoſito, coniux mariti deſiderio in flammam ſe immittens. Vt ſolent ii, qui ſacra faciunt, illa coronis et auro erat exornata; et erant quoque *victimae* circa rogum caeſae. Vnum eſt artificis *commentum*, quod accedit: Amores facibus pyram accendentes *f*).

XXXI.

e) Philoſtratum ante oculos habuiſſe Sophoclem in Antigone dubitare vix licet. Debuit tamen et alios poetas ſequi, vt in illo: *λύθρου πηλὸς, ᾧ φασὶ τὴν Ἐνυὼ χαίρειν.* Comparare licet dictum a Theodoro Gadareno rhetore Tiberium *πηλὸν αἵματι πεφυρμένον* appellante ap. Sueton. Tib. 57. et Suidam. Apud Aeſchylum eſt *ὀλέθριος πηλός*. in Supplic. An Euripidis Antigone ſuppeditauerit malum punicam in tumulo enatam, quis dixerit? Ceterum caput hoc in codd. alio loco ſcriptum occurrit poſt Horas c. 34.

f) Nihil in re aut in narratione eſt quod illuſtratione indigeat: Capaneus vaſto corpore et feroci animo inter VII ad Thebas ſtolida iactatione Iouis fulmen prouocare auſus, e Tragicis ſatis innotuit. Non ad Thebas cum ceteris, ſed Argis *ἐν Ἄργει* apud Philoſtratum ſepultus traditur: etſi ſequentia non ſatis conueniunt. Mox ordo melior verborum in Gud. 25. *ἐν*

XXXI. *Themiſtocles.* En iterum argumentu tabulae, hiſtoricum, non mythicum; quod ad arti fice hunc fere in modum expreſſum fuiſſe videtur Themiſtocles exul in aulam Xerxis delatus Baby lone ante regem in throno ſedentem eſt conſtitu tus tanquam verba faciens. Quod in veterum pictu ris raro factum eſt, multis variisque rebus ac viri tabula eſt conſpicua; faſtus regis Perſarum, ſeden tis in medio Satraparum, Eunuchorum et Satelli tum; auro omnia fulgentia; Perſae ſtupentes nou tate rei; ipſe Themiſtocles imperterritus, Graec pallio, inter barbaros luxu perditos. Verba fac Themiſtocles coram rege, Perſarum ſermone vtens quem iam familiarem ſibi reddiderat; intelligi ita que ab audientibus potuit. Non male creditur ex ponere regi, quae in eum beneficia collocaſſe vi deri voluit in pugna ad Salaminem, miſſis ad eum qui, in fraudem tamen regis, conſilia Graecorum nuntiarent. Ipſe nec miratione nec metu tactu loquitur animo vultuque intrepido *g*).

XXXII

Θήβαις ὑπὸ τοῦ Διός. In ſeqq. ὁ ἀποκείμενος ἐπὶ τ πυρᾷ nihil variat lectio; eſt ἀποκείμενος *repoſitus iacens.* Mox Euadne non aliarum feminarum mor vitam finit, ſed immittens ſe in pyram: οὔπω τὸ ἄνδρα ἔχειν ἡγουμένη, εἰ μὴ καὶ αὐτὴν ἔχοι. quae verb per ſe ſententiam reddidit, *putans ſe maritum no habere, niſi et ille ſe haberet.* Quod acumen, per ſ forte Sophiſta haud indignum, ex re tamen videtu recte in alium ſenſum verſum ab Intpp. *arbitrata vi rum nondum habere ea quae fas eſſent, niſi et ſe ha beret.* Ita autem aut exciderunt verba, aut nimis con ciſa eſt oratio: οὔπω τὸν ἄνδρα ἔχειν πάντα τὰ καθή κοντα, vel τὰ ὅσια, ἃ δεῖ, ſaltem οὔπω πάντα ἔχειν

g) In regis Perſarum faſtu memorat tiaram, pro veſte calaſirin aut candyn, multis animantium figuris pictum

ve

XXXII. Palaeſtra: h. e. ipſa Ars palaeſtrica; Lucta, deae forma repraeſentata: puella athletica et

vel intextum, more artis Babylonicae. — Locum, qui ſequitur, obſcurat ineptum Sophiſtae acumen: "non his ad verum reddendis laudari velle, ait, artificem, *ἀλλ' ἐπαινείσθω μὲν ἐπὶ τῷ χρυσῷ, γράφων αὐτὸν εὐητόριον, καὶ σώζοντα ὃ ἠνάγκασται. καὶ νὴ Δία ἐπὶ τῶν εὐνούχων εἴδει.* Verſa ſunt: *aſt ob aurum habeat laudem, quod ita pinxit vt animum oblectet, et formam tueatur quam artis vi obtinuit, ob eunuchorum item formam per Iouem.* Melius erat fateri ſe haec non intelligere. Vox *εὐητόριος* non facile alibi obuia; niſi eſt *εὐητήριος*, rectius *εὐετήριος* (quae apud Heſychium leguntur), ab *ἔτος*, *annus* et *annuus prouentus*, eſt *diues*, *fauſtus*, *laetus*; an et *εὐήτωρ*, et hinc *εὐητόριος* fuerit, dubitare licet. Verum lectio eſt corrupta, et reponendum *εὐήτριον*, h. e. *εὐυφὲς*, *λεπτόν*, vt a Suida et iam ante a Polluce redditur; ab *τὸ ἴτριον*, ſtamen, filum. Scilicet *γράφων αὐτὸν*, regem ne intelligas, vetant reliqua, ſed *τὸν χρυσόν*. cum omnia aurea eſſent, in auro difficile videri poteſt, res diſtincte reddere, coloribus haud diſtinctas; videtur itaque dicere Sophiſta: laudari poſſe pictorem hactenus, quod aurum pinxit ſic, vt telae tenuitas diſcerni poſſet, quodque illud pinxit, *ſeruans, reddens formas quas aurum coactum eſt recipere pictoris arte* ſqq *καὶ νὴ Δία ἐπὶ τῷ τῶν εὐνούχων εἴδει*, retrahenda ſunt ad *ἐπαινείσθω ἐπὶ* — *καὶ νὴ Δία ἐπὶ* — *etiam propterea, quod Eunuchos tam bene expreſſit*, vt diſcerni a ceteris et agnoſci poſſent. "Etiam aula, pergit, aurea habetur eſſe; nec enim videtur picta eſſe, ſed adſtare, tanquam vere exſtructa:" ieiune lepidum! *δοκεῖ γὰρ μηδὲ γεγράφθαι. γέγραπται γὰρ οἷα ᾠκοδομῆσθαι* voluit dicere, ad veritatem ita eſſe pictura expreſſam domum, vt eam ipſam te videre putes. At illud in pictura, ait, laude dignum, quod reddidit illa aerem odoribus turis et myrrhae crematis perfuſum; debuit ergo aer fumo obſcuratus eſſe. Satellites inter ſe colloquentes et mirationem teſtantes, quis ille hoſpes eſſet, induxerat. Themiſtocles adſtabat imper-

et virili ſpecie, ita tamen, vt inter ephebos pro puella, ait Sophiſta, inter puellas pro ephebo haberi poſſit; facete dictum, cui ſimile illud Ouidii eſt (Met. VIII, 322. 3. de Atalanta) *facies, quam dicere vere virgineam in puero, puerilem in virgine poſſis.* Sedet dea, oleae habens frondem in ſinu nudo. Circumſtant eam pueri certamina gymnica ſymbolice referentes, et variis luctandi modis occupati. Locus eſt Olympia Elidis: pro qua Arcadiam memorat. Eſt adeo haec tabula inter allegoricas referenda *h*).

XXXIII.

turbatus *οἷον καθεστὼς ἐπὶ τοῦ λίθου*: de oratorum ſuggeſtu accipiendum. Eum Medice loqui, arguit Sophiſta ex eo, quod Perſae eum attente auſcultant; quod autem lingua peregrina animi ſenſus reddat, colligit ex oculis intentis et defixis: *Ὅρα καὶ τὸν Θεμιστοκλέα, (κατὰ) τὴν μὲν τοῦ προσώπου στάσιν, παραπλήσιον (ὄντα) τοῖς λέγουσι· πεπλανημένον δὲ, (κατὰ) τὴν τῶν ὀφθαλμῶν ἔννοιαν.* — In edd. Aldd. et Iunt. *τοῖς λέουσι* aberratum vt et in Cod. 82.

h) Locum rei in tabula expreſſae deſignari ait Arcadiam, et in ea quidem Olympiam; ſeriore itaque aetate Elis Arcadiae aſſignata eſſe videtur; referendum tamen argumentum ad antiquiora tempora, quibus Mercurii filia Palaeſtra adoleuerat, et artes palaeſtricas inuenerat. Dicitur Terra laetari inuento: ita ferri vſum bellicum abfuturum eſſe ab humano genere, et luctaturos eſſe homines nudos: *ἐπεὶ σίδηρος μὲν, ἔνσπονδος ἀποκείσεται* (*remotum erit ferrum*) *τοῖς ἀνθρώποις*, *tanquam ex foedere et pacto.* — *διαπέφυκε δὲ ἀπ' ἀλλήλων τὰ παλαίσματα. κράτιστον γὰρ τὸ ξυνημμένον τῇ πάλῃ.* melius eſſet *δέ.* in Barocc. eſt *μὲν γὰρ δή.* etſi ne ſic quidem verba ſatis commode ſunt oppoſita: *puelli*, Certamina exhibentes, *ſunt diuerſi inter ſe; robuſtiſſimus is, qui maxime cum lucta coniunctus eſt.* Verum *συνάπτεσθαι* dicuntur ipſi luctantes; eſt robuſtiſſimus inter ceteros pueros is, quem lucta impli-

XXXIII. Dodona. Difficile eſt dicere, quid illud ſit, quod ſibi pictor aut Sophiſta argumentum tabulae conſtituerit. Eſſe videtur ſacrum aliquod, in eorum, qui deum conſulerent, gratiam factum. Intexta tamen omnia, quae in oraculo Dodonaeo memorari ſolent: quercus, coronis ac ſertis ornata, cui columba inſidet; ad radicem iacet ſecuris, ad declarandum lignatorem Hellum, qui quercum fatidicam primus oſtendit. Area circa quercum ſacram, quae pro templo ſeu fano eſt, multis variisque rebus hominibusque eſt referta. Sunt qui deum conſultum eunt, alii qui ſacrum faciunt; ducunt chorum alii ad quercum. Vates Iouis, ὑποφῆται, inculto agreſtique habitu, varia ad ſacrarium

implicitum vides; alios aliis luctae partibus exhibitos eſſe credere licet. Formam deae virilem, facile expectes, Sophiſtae locum praebuiſſe in quo ſe iactaret: capillis eſt breuibus, quod Mercurio et athletis proprium; oculorum vigor acrior, mammae non protuberantes, ſed compactae, leniter intumeſcentes, color fuſcus, ex ſole. In ſedentis habitu iterum obſeruationem, ſupra c. XX. memoratam affert, *maiorem dea ſedente umbram effici:* καθῆσθαι δὴ — πάνσοφόν τι τοῦ ζωγράφου. πλεῖσται γὰρ τοῖς καθημένοις αἱ σκιαί. In verbis inſolenter dicta ſunt nonnulla: πρὸς ἄμφω τὰ ἔθνη, *vtriusque ſexus* homines: niſi fuit τὰ ἤθη, vt paullo ante πρὸς ἀμφοτέρῳ τῷ ἤθει. οὐδὲ τὰς Δρυάδας ἐπαινεῖν ἔοικε. δρύας habent edd. et cod. Guelph. ὁ δὲ οἷον ἄνθος ἐπάγει αὐτό. ſic edd. et codd. quod Olearius in αὐτῇ mutauit; id tamen neceſſe non erat: nam αὐτὸ ſc. τὸ χρῶμα. Sol inducit puellae ori colorem, tanquam floridum quid. At idem bene correxit μετρίῳ τῷ ἴδει, non tam, vt ipſe reddit, *mediocri aeſtiui aeris aeſtu*, ſeu modico calore, rubore, ſed verius, *modico ſudore* ex calore. Eſt τὸ ἴδος ἱδρώς, pro eo quod vbique ſcriptum eſt μετρίᾳ τῇ ἴδῃ.

crarium ſpectantia curant; velare illud ſertis, ſupplicare deo, liba ſtruere, molam ſalſam et caniſtra, mactare hoſtiam et excoriare; tum ſacerdotes feminae, auſtera et venerabili ſpecie, ſuffimina et libationes ſuae curae mandatas habent. Cernitur quoque Echus ſignum ex aere, os digito prementis, vt declaret aes Dodonaeum, lebetes inquam, per totum diem reſonare. Videtur ergo quercus ſacra pictura expreſſa fuiſſe, ad quam reliqua referes omnia *i*), vt, ſacrum paretur ad expetendam a quercu ſortem.

XXXIV. Horae. Chorea Horarum in loco floribus conſito. Deae caelo deſcendunt in terram, mani-

i) Varia variarum aetatum fuit religio Dodonae; antiquiſſima erat tantum fama accepta; Sophiſta cuncta in vnum locum ac tempus contulit. *Aurea* ipſa eſt *columba* (χρυσῆ πέλεια). videtur ergo in tabula auro expreſſa eſſe; ea χρησμοὺς ἐκ Διὸς ἀναφθέγγεται. alias quercus ipſa oracula edere dicitur; tanta enim rei antiquitas fuit, vt res ipſa obſcurata et incerta eſſet. — *Hellos* ſeu *Sellos* (tam varie pronuntiata fuit adſpiratio vocalium) ſatis nouimus ex Homero et Sophocle, in Trachiniis, Strabone et Stephano Byz. A Thebis Aegyptiis aduenae ſunt, qui chorum ducant ad quercum; Thebae enim vindicant ſibi oraculi honorem, quippe columba Dodonaea inde aduolarat in haec loca: οἰκειούμενοι τὴν σοφίαν τοῦ δένδρου, οἶμαι, τῷ τὴν χρυσῆν ὄρνιν ἐκεῖ παλευθῆναι. *quia columba hic conſedit*, proprie *illecta ſuit, vt hic conſideret;* propria hac in re vox eſt παλεύειν, *illicere.* προφῆται — αὐτοσχέδιοί τινὲς, *nullo vitae cultu inſtructi*, ſed ferarum more degentes, adeoque nec victum prouidentes, ſed ex iis, quae ſe offerunt, viuentes: glandibus, puta; vnde ſubiicitur, ἐπειδὴ ἀσπάζονται τὸ αὐτόθεν, quod ad manum eſt, e ſolo natum. τὸ ἐρέψαι non eſt, tegere, ſed *corollis velare*, vt Iliad. Α, 39. ἐοίκασι δὲ praeſtat, loco τοῦ γάρ.

manibus iunctis, tanquam annuum orbem nectentes, et choream inſtituunt. Terra autem tanquam ſenſu tacta omnium, per totum annum tempeſtatum prouentum vna et ſimul emittit; ita vt Sophiſta verna et hiberna et autumnalia vno tempore ac loco producat *k*). Ornata res rhetorice; argumentum

k) In illis, quod Sophiſta ait Homerum conneiiſſe Horas, ὅτε τὸν αἰθέρα ἔλαχε, recte vidit Interpres ad Epigrammata reſpici, inprimis illud (Antipatri Anthol. Steph. p. 365. Anal. T. II. p. 18. XLV πάτρα σοι τελέθει μέγας οὐρανός. et alterum T III. CCCCLXXXVII.) οὐ γὰρ ἔφυ χθονὸς ἔργον ἀπ᾽ αἰθέρος, ἀλλά ἑ Μοῦσα πέμπεν. Narrat Ὥρας θερινὰς et χειμερίους, etiam ὀπωρινούς. — Tam leuiter pererrant Horae flores, ὡς μηδὲ ἀπημύειν τι τῶν λῃίνων e cod. Barocc. repoſuit Olearius. An adiectiuum λήϊνος extiterit, ignoro. Retinere τῶν λῃίων, ſatius erit; modo teneas, quae *inclinant ſe*, ἠμύειν dici: quod ad Homerum docent veteres. In codd. et in Edd. male erat ὡς μηδὲ ἐπημύειν τῷ λῃίῳ. corruptum quoque in Iunt. ἀπημύειν. Porro λαβέσθαι τῶν ὀπωρινῶν ἐθέλειν, *attingere*: quod antea πατεῖσθαι ὑπὸ τῶν Ὡρῶν. paullo ante, ἀλλ᾽ εἰσὶν οὕτω τοι ἐλαφραί, vterque cod. οὕτω τι. — αὗται δὲ αἱ Ὧραι, quae in tabula pictae ſunt; quarum ſpeciem cum enarraſſet, addit Sophiſta lepide, videri pictorem Horas ſaltantes conſpexiſſe, et correptum adſpectu, impulſumque a deabus, ad opus acceſſiſſe; quo deae teſtatae ſint, ὅτι χρὴ σὺν ὥρᾳ γράφειν, *cum ſenſu venuſtatis*. [Quemadmodum dicimus aliquem Muſis fauentibus, Minerua propitia, aut etiam σὺν Χάρισιν aliquid elaboraſſe. — Pro οἷον μὲν γὰρ αὐτῶν τὸ ᾄδειν eſt in Gud. 25. αὐτὸ τὸ ᾄδειν.

Ceterum in vtroque cod. Guelpherb. poſt haec de Horis caput de Antigone in vltimum locum, vt ſupra diximus, reiectum eſt, tum ſequitur appendix, inſcripta Ἰσοκράτης ἐν Ὀλυμπίᾳ, cuius initium: ἡ δὲ Σειρὴν ἡ ἐφεστηκυῖα τῷ Ἰσοκράτους σοφιστοῦ στόματι. ἐφέστηκε δὲ οἷον ᾄδουσα etc. Erigebamur in ſpem

neſcio

tum tamen per ſe lepidum et ſuaue, quod ab ingenioſo artifice deſignatum et exhibitum delectare intuentes poſſe videtur. Ad artem operis ſpectant haec: quod omnes Horae, etſi choream agentes, ita pictae erant, vt aduerſae ſpectantibus eſſent, nulla a tergo ſpectaretur; ſublata in iis memorantur brachia, vtpote ſaltantibus, coma ſoluta, genae ex motu incaleſcentes, et oculi motui incedentium reſpondentes: ὀφθαλμοὶ συγχορεύοντες. PP. in alma Georgia Auguſta Kalend. Septembr. cIↃIↃCCXCIX.

neſcio quam; ſed attentius legentibus occurrebat, eſſe caput e libro de Vitis Sophiſtarum lib. I, 17. Et illud tamen in Cod. 25. qui Vitas Sophiſtarum habet, loco quoque ſuo legitur.

IX.

IX.

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE
PRORECTOR
HENR. AVGVST. WRISBERG D.
CVM SENATV
SVCCESSOREM
IN
MAGISTRATV ACADEMICO
THOMAM CHR. TYCHSEN D.
CIVIBVS SVIS
HONORIS ET OFFICII CAVSSA
COMMENDAT
INDICTIS AVSPICIIS
IN KALENDAS MARTIAS cIↄIↄccc.

Philoſtrati iunioris Imaginum illuſtratio.
Partem priorem, I - VIII. Tab. complexa.

Iterum reuoluitur dies, Commilitiones, quo nobis ſint indicenda ſollennia abitus et aditus magiſtratus academici, vicibus ſemeſtribus elapſis; ſitque praefandum huic ipſi praeconio. Nondum quidem facti ſumus compotes ſummorum votorum, vt exoptata pacis reſtitutae ſollennia indicere liceat; eſt tamen, quod, propitio numine, nobis laetandum ſit, cum, inter tot mala et calamitates belli, quibus

bus aliae terrae vaſtantur et euertuntur, patr noſtra, in eaque Georgia Auguſta, rebus pacat et tranquillis incolumis et tuta perſtiterit. Indig eſſemus tanta felicitate, niſi et recte ea nobis vtei dum et Dei O. M. ſingulari prouidentiae eam rel rendam eſſe peruideremus! Pietatem itaque deb tam Numini praeſtabunt craſtino die in ſollennibu indictis Collegae, alter, qui Magiſtratu academic per ſemeſtre geſto decedet, alter qui legum vo luntatis noſtrae, officiique ſui, amoris et ſtudii reip Academiae praeclaro conſenſu, delata in ſe muni recepit, et magiſtratus inſignibus ornabitur,

THOM. CHRIST. TYCHSEN,
Philoſ. M. et D.

Sunt in hoc viro praeſtantiſſimo ea omnia, qua fauſta magiſtratus omina ſpondere poſſint, ſtudiu vtilitatis publicae, cura ſumma et religio in offici praeſtandis, conſtantia in recto et iuſto tuend prudentia et moderatio. Quod ſi voluntates ve ſtrae, Commilitones, reſponderint, ſi legum, mo rum, amorisque, quo vos ille proſequitur, re ſpectus aliquis fuerit, ſi veſtrae vtilitati, laudi famae, conſulueritis: adminiſtrationi reip. acade micae inſignem honorem et nomen per hoc ſem ſtre acceſſurum eſſe auguramur.

Ita quidem peracta eſt altera officii noſt pars, quae praeconio publico ſollennium con tinetur; reſtat altera, praefandi neceſſitas. S poſitae erant ad hanc operam Philoſtrati Im gines libris duobus comprehenſae, eo conſil excuſſae et recognitae, vt non tam criticam aut i te

erpretationem nobis propoſitam haberemus, quam ipſum fundum libri, tabularum expoſitionem et illuſtrationem; cui, quippe rhetorico acumine et argutiis ſophiſticis oneratae, fucum et ornatum detraheremus, argumenta autem tabularum eorumque tractationem ab ipſo artifice profectam, lenociniis ſophiſtae deterſis, oculis legentium exhiberemus; vtque noſtra narratione comprehenderentur tantum ea, quae, ſi aſſequi liceret, picturam eiusque artificium conſtituerint, nec a Sophiſta tanquam in ea obſeruata memorata ſint; ſeiungere adeo et liberare voluimus rem ipſam ab acceſſionibus alienis, genuina et ſincera artis priſcae a commenticiis, quantum fieri poſſet. Quae ſi non omnia aſſequi potuimus, aut nobis eſt venia tanta, aut ſcriptori, qui non tam praeclarae artis opera enarrare voluit, quam rhetoricum ornatum venditare.

Atque ita quidem in Philoſtrati Icones commentari per temporum interualla et rationes licuit, vt perſequeremur maxime ea, quae ad artem ipſam et operum laudatorum veram ſpeciem, qualis ea fuiſſe videri poteſt, ſpectarent. Nam res eſſet nouae recenſionis, Sophiſtae verba et orationem tractare; etſi neminem, qui id aggreſſus fuerit, biturum eſſe veremur, cur operae poenitendum ſe putet, ſi modo, cum, ſepoſitis melioribus et ilioribus ſcriptoribus, huic ſalebroſo, hianti et nciſo, modo turgido et ſuperciliofo, ſcribendi neri Sophiſtarum totum ſe dederit, prouideat, ipſe contagii inde aliquid in ſe deriuet. Niſi im ei longo vſu aliquis adſuetus inuſtusque

 fuerit,

fuerit, fieri vix poteſt, vt in eo genere feliciter et cum laude verſetur. Non enim admittit illud praecepta iudicii recti, logicae ſeuerae, iuſtae grammaticae et vſus loquendi meliorum aetatum; ſed inſinuandus eſt animus prauo cumulandorum ornamentorum, venandarum antitheſium, aucupandarum phraſium rariorum et exquiſitarum, aut troporum audacium, ſtudio. Miſcentur formae et verba lyrica et tragica cum ſermone oratorum Atticorum; nihil fere eſt, quod ex ſenſu proprio iſtorum hominum profectum ſit, ſed pleraque ſunt a ſuperioribus ſcriptoribus cum laude dicta, nunc cultu meretricio et fuco oblita. Si tamen quis faſtidium pertulerit, ineſſe videbit multa variam vtilitatem habentia; critico autem acumini et coniectandi libidini apertum eſſe campum latiſſimum. Sunt quoque additamenta, quibus adhuc forte vti licet, ſi quis virorum doctorum Obſſ. libros euolverit. E codd., extant autem in bibliothecis paſſim codd. quod vel Harleſii docta induſtria docebit in Biblioth. Fabric., vidimus pauca bonae frugis ſperare licere a).

Nunc

a) Conceſſus eſt *Langeri*, viri praeſtantiſſimi, Bibliothecae illuſtris Guelpherbytanae praefecti meritiſſimi humanitate et beneuolentia, codicum aliquot vſus. Sunt illi e Gudianis: Nr. 25. chartaceus, nitide ſcriptus, fol. qui complectitur Vitas Sophiſtarum. Heroica. Icones. Ad finem ab alia manu adiectum eſt opuſculum grammaticum ſine titulo et auctore; intelleximus eſſe Manuelis Moſchopuli, quod inſcriptum eſt in aliis cod. *τῶν ὀνομάτων Ἀττικῶν ἐκλογὴ, ἐκλεγεῖσα ἀπὸ τῆς τεχνολογίας τῶν εἰκόνων τοῦ Φιλοστράτου*, ſplendido titulo, qui tamen admodum fallit. eſt

enim

Nunc cum alius ſcriptor eodem inſtituto vſus, vt tabulas pictas enarraret, ad manum ſit, ſubiiſcere

enim nil niſi vocabularium tritiſſimarum vocum, vnde parum proficias. Ita v. c. προβέλιον, quod I, 2. de Como nos tenebat, nihil propinat praeterquam: εἶδος δέρματος, ᾧ χρῶνται ἐπὶ τῇ τῶν συῶν θήρᾳ. Vulgatum illud iam eſt, ſed in ordinem alphabeticum redactum, ab Aldo in altero Tomo Dictionarii Graeci (1524.) p. 135 ſq. *Alter* quaternis, Nr. 84. chartaceus, (Nr 74. G.) in quo ſunt Icones lib. I. et II. In prioribus lib. I. capp. 1-16. inter lineas vocum interpretationes appoſitae ſunt. Ad calcem poſt alia interiecta ſequuntur Heroica; multis inter lineas adſcriptis. *Tandem* nr. 77. etiam quaternis Codex, Reiskii manu iam verſatus, complectitur Libanii μελέτας καὶ λόγους, ſubiicitur liber primus Imaginum, eique Excerpta varia ex Antonino philoſopho ad ſe ipſum, interiectis capitibus ex Aeliani hiſt. animal. tum Epigrammata nonnulla et varia grammatica. Pauca tamen e Codd. his in Philoſtratum proficiſci bona vidi, nec plura ex edd. antiquioribus: niſi quod antiquior interdum lectio ex iis repetenda eſt, quam aut Morellus aut Olearius deſeruerant. In hunc iniquiores viri docti e Batauis, nec ſatis reputantes difficultates ſententiae aſſequendae in ſcriptore huius generis, ſi aequi eſſe volebant, condonare debuerant peccata nonnulla, inter multa alia obſeruata de aliis locis haudquaquam contemnenda, et in quibus ipſi forte trepidaſſent. Ex edd. pro vna habendas eſſe puto Florentinam 1517 cum binis Aldinis 1503, quae vera princeps eſt, et 1522. Ex iis expreſſa Veneta in off. Lucae Antonii Iuntae 1535. 8. quae minora Philoſtrati ſcripta, excluſa Apollonii Tyanenſis vita, complectitur. Editionem pr. 1496 Philoſtrati eſſe nullam, certum eſt. Extat in Bibliotheca Georg. Aug. exemplar editionis principis Luciani Florentiae 1496, quod a cenſoribus Pontificiis, cancellantibus Peregrinum et Philopatridem, foedatum, in fronte et fine eſt integerrimum. Nullum veſtigium eſt Philoſtrati. Vera docet Audifredi p. 351. 2. Idem furor Cenſoris, ſed cum ex-

cere eum ſuperiori placet, dum idem, quod ante habuimus, inſtitutum nunc quoque ſequamur. E is *Philoſtratus iunior*, ſuperioris nepos ex ſorore a quo perſcriptae ad nos peruenere XVII. imagines. In prooemio ſe, aui laude non abſterritum hoc ſcribendi genus aggredi ait; eſſe enim cum antiquioribus aemulatione certandum, non autem diffidentia ſui, quicquid veteres attigerunt, intentatum a ſerioribus relinquendum; velle tamen ſi praemittere antea nonnulla de pictura vniuerſe quae tamen haud magni momenti ſunt; eo enim redeunt, vt difficultates artis memoret, expoſiti iis, quae in ea tenenda et obſeruanda ſint, vt natura rerum induſtrie reddatur, vt ſymmetria ſerue tur etiam in motu; conuenire artem in multi cum poeſi. Vult autem et ipſe videri veras tabulas ante oculos habuiſſe *b*).

Tabul

exſciſſione foliorum, graſſatus eſt in binis exemplari bus Luciani cum Philoſtrato Aldinis 1503 et 152: Neſcimus an iam ab aliis notatum ſit, Editionem Al dinam 1503 bis eodem anno eſſe typis excuſam; v e binorum exemplorum intuitu manifeſtum ſit, qua in bibliotheca Acad. Georg. Aug. extant.

b) Prooem. p. 862. ſub 1. γράμμασι γὰρ προστυχὼν χειρο ἀστείας, ἐν οἷς ἀρχαῖαι πράξεις οὐκ ἀμούσως ἔχουσαι ἦσα οὐκ ἠξίωσα σιωπῇ παρελθεῖν αὐτά. Ceterum in verbi Prooemii nonnulla ſunt propter contortas verborum ſententiarum iuncturas ambigua et obſcura, alia fort etiam corrupta. Sic princ. I, 8. τὸ γοῦν ἐπαινοῦντ φαίνεσθαι — ἑαυτοῖς δώσομεν, videtur requiri ἐπαι νοῦντας φαίνεσθαι. Senioris Philoſtrati ἔκφρασις lau datur tanquam λίαν Ἀττικῶς τῆς γλώσσης ἔχουσα, ξὺ ὥρᾳ τε προηγμένη καὶ τόνῳ, vertunt: "cum venuſta et ſonitu plane ſingulari." Enim vero τόνος de ora tione dictus ad robur et neruum ſpectat. In Alde

e

Tabula I. Achilles in Scyro, dum deprehenſus ab Vlyſſe et Diomede agnoſcitur. Alio hoc a noſtro, quam ab aliis, narratum eſt modo *c*); non enim in domo regia et atrio, a regibus mercatorum habitu aduenientibus, venum expoſitae ſunt merces; ſed puellis in prato flores legentibus ſuperueniunt Vlyſſes et Diomedes cum tubicine, proiiciunt in terram calathos, ſeu ad flores legendos, ſeu ad telas et lanas colligendas idoneos, cum aliis ludicris; accurrunt Lycomedis filiae; at Achilles ad arma ruit. Videmus haec minus probabiliter narrata eſſe. Sed videamus alia, quae in hac tabula ſingularia ac mira, alia notabilia ſunt.

 Initio

eſt quoque *προηγμένη*, quod eſſet *προφερομένη*, enuntiata; alterum *ὥρα προηγμένη* eſt venuſtas eminens: vt *προάγεται* id: quod ad ſuperiorem aut altiorem locum prouehitur. *ὡς ἂν καὶ ὁ λόγος ἔχῃ τὴν ὕλην*, nihil aliud eſt, quam: vt oratio habeat propriam materiem; h. e. vt ſtatim traducatur ab initio ad picturam, quandoquidem libellus aget de tabulis pictis. Vbi de ſymmetria dicit, *ἁρμονίαν* intra naturae menſuram ſe continere ait; *τὸ γὰρ ἔνφυλον καὶ ἔξω μέτρου, οὐκ ἀποδέχεσθαι φύσει, ὀρθῶς ἐχούσῃ κίνησιν*, recepit Olear. emendationem Salmaſii et Gruteri *ἐχούσῃ* pro vulgato *ἐχούσης*, ſed ſenſum non eſt aſſequutus; interpungendum eſt — *οὐκ ἀποδέχεσθαι, φύσει ὀρθῶς ἐχούσῃ, κίνησιν*. Nam ſubiectum eſt *κίνησις*, motus corporis, is, ait, non admittit id quod eſt alienum et a modo et menſura abhorrens, ſi modo natura recte conſtituta eſt. In ſequentibus male excidit *οὐκ* ante *ἀποβεβλήσεταί ποι, ἢ κομιδῇ σμικρά*. ſupple *εἶναι ταῦτα*. etſi praeſtet *σμικρὸν* ſcil. *τὸ σπουδαζόμενον*.

c) Actum de his in ſcriptiuncula: *das vermeinte Grabmal Homers*. vbi v. laudatos in his Schol. ad Iliad. T, 326. in quibus tamen nihil de Turri memoratur; ſed eſt *παρθένων*, in domo Deidamiae paterna.

Initio ſtatim appoſitum eſt aliquid, quod antiquis artificibus in more habitum eſſe, multis exemplis conſtat: Inſula Scyros, in qua haec geſta ſunt, per nympham aut feminam declaratur, comas iunco cinctam, toroſam ſpecie, glauco amictu; tenet ea manibus ſurculum oleae et ſarmentum vitis, aſſidens ſub monte. Tenenda haec ſunt ad illuſtranda ſimilia. Ad montis radices eſt domus, quam puellae regiae inhabitant vna cum Achille puellari habitu; diſcurrunt eae ante domum in prato, legentes flores, in earum pulchritudine deſcribenda multus eſt Sophiſta *d*). Poſſint haec tolerabile tabulae argumentum conſtituere; verum naturae artis et limitum immemor, voluit auctor eadem in tabula declarare aliquid quod ſerius geſtum eſt; ſcilicet, quod ex eadem inſula aliquando Pyrrhus, Achillis filius, et ipſe ad Troiam arceſſitus eſt. Narratur enim hoc loco, (quod ex carminibus, quae

d) Vlyſſem declarat vultus in terram defixus, tanquam verſutiam aliquam animo meditantem, *βεβυθισμένον τὴν τῶν ὀφθαλμῶν ἀκτῖνα, διὰ πανουργίαν, οἶμαι, καὶ τὸ διαθρεῖν τι ἀεί.* Diomedes autem prudens, promtus animo et ſtrenuus gnauusque agendo; *ἔμφρων μὲν, ἕτοιμος δὲ τὴν γνώμην καὶ τὸ δραστήριον προτείνων.* [Domus ſolitaria, quam puellae inhabitant, appellatus *πύργος*; quem nolim accipere de turri munita, de qua forte cogitare licet in fabula Danaes turri incluſae; ſed eſt domus in alto loco ſita aut in altum educta: cuius generis erat ea, quam Hero inhabitaſſe narratur: etſi, quatenus virgo eam incolebat, ab aditu alios intercluſos fuiſſe, per ſe intelligitur. Duae eiusmodi domus ad Bosporum ſitae memorabantur a Philoſtr. I, 11. Paullo poſt eſt: *μίαν δὲ αὐτῶν ξὺν ἀποῤῥήτῳ γνοὺς ἔρωτι.* Eſt hic locus in paucis, in quibus *γινώσκειν* vſurpatum eſt de conſuetudine cum muliere.]

quae periere.) ſeruatum eſt, miſſum, oraculi iuſſu, ab Achiuis Troiam oppugnantibus Phoenicem *e*) ad Pyrrhum, qui et Neoptolemus dictus, arceſſendum, incidiſſe in eum adoleſcentem greges et armenta paſcentem, facileque Achillis prolem agnouiſſe; metuentes enim mater et Lycomedes, ne poſt Achillis mortem ille Troiam euocaretur, ad greges paſcendos eum ablegauerant. Exhibitus itaque ille erat in tabula remoto in monte ſtans iaculo innixus et nauem proſpiciens ad littus appellentem; non ille ruſtico et ſqualido habitu, ſed iam tantum non militari *f*), indutus erat chlamyde purpurea ſuper laeuo brachio collecta et tunica ad genu pertingente candida. Obtutus autem eius ferox, non tamen qualis eius eſt, qui iam in actu rerum verſatur, ſed qui eſt adhuc in accinctu, et moram aegre fert, et animo iam praeſentiens ea quae mox ad Ilium euentura ſunt. Caeſaries frontem obumbrat. Diſcurrunt caprae, boues vagantur; proiecta in medio claua cum pedo *g*).

II.

e) Vlyſſem Od. Λ. 508. Homerus memorat; Phoenicem additum Sophocles Philoct. 346 ſqq. Vlyſſem et Diomedem Quintus VI. 64. ſq. ex Calchantis monitu; iique Neoptolemum offendunt ante domum ſuam modo ſagittis et iaculis ludentem, modo equeſtri curſu lib. VII, 170 ſqq. Si Sophoclis Scyriae ſeruatae eſſent, e quibus Philoſtratus ἀνεμώδεα Σκῦρον memorat, plura conſtituere liceret.

f) Οὐκ ἄγροικος ἔτι, οὐδὲ ἐν αὐχμῷ σφριγῶν (tumens ſuceo et corpore turgens) οἷα βουκόλων νεανιεύματα (pro νεανίαι. νεανιευόμενοι) ἀλλ' ἤδη στρατιώτης.

g) Paullo poſt eſt ille ἀπαυχενίζων τοὺς ἀτιμάζοντας τὴν ἀγέλην ταύρους. Hi ſunt qui vna voce ἀτιμαγέλαι, gre-

gem

II. Marſyas. Victus ille ab Apolline, adſt[ans]
pinui, cui alligabitur; vt laudandus ſit artifex [in]
eo, quod non ipſum ſupplicium exhibuit nim[is]
atrox et abominandum; habitus Marſyae oris, qu[a]-
lem eſſe expectes, eius qui jam inſtans ſaeuum ſup-
plicium ante oculos videt *k*); proiecta humi tibi[a]
calamitatis cauſſa. Toruo ille vultu deorſum ocu-
los figit in barbarum acuentem in cote ferrum, a[d]
cutem ei deglubendam; barbarus contra eum intue-
tur oculis terribilibus; "coma hominis agreſti[s]
ſqualida et arrecta; rubor genarum ſanguinolen-
tum quid prodit, ſupercilium eſt adductum et ir[a]-
cundiam arguens; ringitur etiam ſaeuum quid, lae-
taturque animo et intumeſcit ob id quod patraturus
eſt" deſcriptionem videtis barbari non ineptam!
Apollo

gem deferentes. In fine ἔκπυστος γίνεται τῷ τε Λυκομήδει καὶ τῇ Δηϊδαμείᾳ ſcil. Phoenix innoteſcit, ſe prodit et conſilium, cuius cauſſa venerit.

k) Diſerte h. l. memoratur ſubiiſſe Marſyas hoc ſupplicium ex pacto, ταύτην ἑαυτοῦ καταδικασάμενος δίκην, ἀσκὸς δεδάρθαι. Sequitur: ὑποκλέπτει δὲ ἐς τὸν βάρβαρον τοῦτον τὴν ἀκμὴν τῆς μαχαίρας παρακινούμενον ἐς αὐτόν. in Aldd. eſt παρακινώμενον. In oculos incurrit, quod et nuper monitum a viro docto, qui de Marſyae ſupplicio erudite egit, παρακονώμενον, al ἀκονᾷν, eſſe legendum. ὑποκλέπτει nude ita poſitum pro furtim intuetur, ex lyrico debet eſſe ſumtum Vix tamen vel ſic cum ἐς τὸν β. bene iunctum; contra ὑποβλέπει ἐς τὸν β. conuenit cum altero quod Scytha ἀναβλέπει εἰς τὸν Μαρσύαν. Sic c. VI. ἀτενὲς ἐ[ς] τὸν Ὀρφέα βλέπει. [Sub init. cap. tuba abiecta quippe qua nunquam in poſterum vſurus ſit: ὡς κ[αὶ] νῦν ἀπαυδῶν ἐλήλεγκται. Vertitur: "quippe quem nunc etiam inferiorem eſſe certamine pateat" bene a[d] ſententiam. Vox tamen ἀπαυδᾶν non conuenit, ni[ſi] acceperis, pro, deficere, quod de victo dici poſſit. V[i]detur Sophiſta vocem deflexiſſe in ſenſum τοῦ ἀπᾴδειν diſſonare, male et inſcite canere]

Apollo in ſaxo reclinatus, ſedet, ſiniſtra lyram tenens, digitis in fidibus leniter errantibus, tanquam praeludendo aliquid, vt ſolent otioſi facere; dextra cum plectro in gremio poſita. Appoſitus amnis, Marſyas poſthaec dictus; et e longinquo Satyrorum turmae in ipſa petulantia Marſyae mortem lugentes. Monumenta priſcae artis, Marſyae fatum exhibentia, quae ad nos peruenere, notiora ſunt, quam vt in iis memorandis morari liceat.

III. Venatores. Iucundi adſpectus tabula; requies redeuntium a venatione. Locus ſiluoſus circa fontem. Labruſcis per arbores reptantibus et corymbos committentibus, ſmilace et hedera inter eos ſerpente, facta tanquam pergula *i*), ſub qua procubuit venatorum turma; hilares illi, compacto corpore validi, ardorem venationis adhuc ſpirantes; diſperſi recumbunt; ex iis quinque, e principibus vno loco; inter quos qui in medio ſedet, conuerſus ad eos, qui ſupra eum, hoc eſt, ad eos, qui a dextra ſedent, videtur narrare rem in venatione geſtam, feras caeſas ex ilice ſuſpenſas in conſpectu manu monſtrans. Alius, qui a ſiniſtra parte medio proximus ſedet, requieſcit reclinatus, calicem ſemiplenum manu ſiniſtra tenens, dextro brachio capiti ſuperiniecto, ſimilis cantillanti *k*);

L 5 alius

i) Addit Sophiſta cantum auium ex arboribus: *ὁ δὲ τῶν ἀηδόνων χορὸς καὶ τὰ τῶν ἄλλων ὀρνέων μουσεῖα* in animum reuocant verſus Sophoclis ex Oedip. Colon. 17. Sunt *μουσεῖα*, *οἱ μουσικοὶ*, abſtractum pro concreto, concentus pro iis, qui concentum faciunt.

k) *Τὴν Ἀγροτέραν ᾄδειν μοι δοκεῖ*, Dianam, vt bene Olear.

alius miniſtrum iubet calicem haud cunctanter implere *l*). E miniſtris ſedet vnus in arboris trunco, habitu venatorio, e pera appenſa coenans, adiacentibus canibus, altero extentis pedibus vorante, altero poſticis pedibus ſedente et ſibi proiecta ore excipiente; alius ignem accendit, vaſisque impoſitis coenam feſtinanter parat; vter, temere proiectus, vnde hauriat quisquis voluerit, praebet; duo alii alter cibum in partes ſecat, alter portionem ab eo ſectam excipit *m*). In hac tabula non facile eſt quod reprehendas.

IV.

l) Σοβεῖν κελεύει τὴν κύλικα. argute dictum: quatere poculum, feſtinanter mouere, implendo et vino miſcendo. Sic σοβεῖν τοὺς πόδας de greſſu concitato. [In ſeqq. ſunt verba: μάλα ἐπισπέρχων ἑαυτὸς αὐτὸν. habebamus pro ſphalmate operarum, vt paullo ante ἐνοχλάσας pro ἐνοχλάσας. Exhibent tamen idem vitium grammaticum Morell. et Iunt. edd. Corrigendum ἐπισπέρχων αὐτὸς ἑαυτόν.]

m) Δυοῖν δὲ θεραπόντοιν ὁ μὲν δαιτρὸς, οἶμαι, μοίρας τέμνειν φησὶ, τῆς ἰσαίας ἐπιμελούμενος ἐν τῷ ἀποτέμνειν· ὁ δὲ ὑπέχει τὸ ὑποδεξόμενον (diſcum, puta, orbem, quadram), τὰς μοίρας ἴσας που ἀπαιτῶν εἶναι. non neceſſe erat εἶναι mutare in οἶμαι. ſed ἀπαιτῶν recte repoſitum pro ἀπαιτεῖν. Laborant priora: φησὶ eſto, ſignificans, aut dicenti ſimilis; parum tamen commodum eſt. In Ald. marg. adſcriptum viri docti manu: σφίσι. Sic corrigendum eſt ὁ μὲν δαιτρὸς — τέμνει σφίσι, τῆς ἰ. Sed nouiſſima capitis non bene reddita ſunt: "quod ſi in venatione enim id obſeruetur minus, parum cedere ſolent proſpere res." Graeca ſunt: τὸ γὰρ ἐν θήρᾳ κατά γε τοῦτο διαλλάττον ἐς τύχην οὐδέν. Iunge vero κατά γε τοῦτο οὐδέν ἐστι, τὸ διαλλάττον ἐς τύχην. de portionibus cibi paribus inter venantes diſpertiendis agebatur; in his fortuna venationis nullum ius, nullum reſpectum habet; partem omnes vnde famem expleant accipiunt; in hoc enim, diſcrimen fortunae nihili eſt, in conſiderationem ſeu reſpectum haud venit in venatione.

IV. Hercules vel Achelous. In hac vero tabula dubites maior ne ſit artificis an ſophiſtae, in inueniendo an in enarrando; incuria. Pugna Herculis et Acheloi de Deianirae nuptiis antiqua eſt fabula poeticae narrationi accommodata, multis modis variata; erat illis Fluuius Aetoliae formas varias aſſumere ſolitus; ſed eum tandem in taurum mutatum proſternit eique cornu effringit Hercules. Nota res eſt vel ex Ouidio. Primum quod in tabulae enarratione memoretur, eſt draco ſpiris ſinuatum tergum attollens *n*), tum equus generoſus ferociens, tandem homo ſemiferus, facie tauriformi, barba hiſpida, lympharum quaſi fontibus manans. Quaeres quorſum haec apposita ſint? Voluit pictor deſignare formas, in quas inter pugnandum mutauerit ſe Achelous; nam modo draco modo equus, modo taurus factus Herculem adortus erat *o*). Fueruntne hae tres formae ſigillatim in

n) *Βλέπων τε δεινῶς* legendum *δεινὸν δεδορκὼς*, et ſequitur *καὶ ἱκανὸν, εἰς ἔκπληξιν ἀγαγεῖν*, quod minus bene mutatum in *ἱκανός*. [*βλέπων* in *βρέμων* mutat Wakefield ad Sophocl. Trachin 12. Sane ſerpentem *βρέμειν* ſatis inſolens eſt, mollius vulgatum, ſi poteſt dici aliquis *βλέπων, δεινὸν δεδορκώς*. adſpiciens terribili obtutu.]

o) Equum alii non memorant, ne Sophocles quidem, quem Sophiſta ante oculos habuit, quod ex verſſ. Sophocl. Trachin. 10 ſq. conſtat. etiam a Strabone laudatis, memoratis iam ab Oleario, perperam pro fragmento habitis, vbi Deianira memorat tres Acheloi formas, tauri, draconis, viri bouino capite. [Equum tauro ſubſtituebat Wakef. l. l. mutando *γαύρου τε ἵππου* in *ταύρου τ' αἰόλου*, *firmis neruis* tauri. Quod ſequitur, *γυρώσας τὸν αὐχένα*, vt tauro conueniat

eadem tabula appictae, ad tres formae variation[es] Acheloi inter pugnandum declarandas? perquam abſurde id factum diceres. An trina certamin[a] trinis areis diuerſis fuerunt expreſſa? At enim narratio ſit tantum de vno certamine Acheloi hu[-]mano corpore, ore tauriformi. Enarrantur reli[-]qua quoque ſatis turbate. Exhibita videtur eſſe in tabula certaminis pars nouiſſima; taurina facie prodeuntem Acheloum, Hercules, cornu dextro laeua prehenſo, aggreſſus, dextra cornu laeuum claua percuſſum a temporibus radicitus euellit; ita Achelous viribus deficiens concidit; Hercules proiecta iam claua, cornu Deianirae aſſidenti porri[-]git. Scilicet circumſtat turba, quae ad certamen ſpectandum confluxerat; in medio puella ſponſae more ornata, aſſidente ſene maeſto habitu; hunc parentem Oeneum, illam Deianiram facile agno[-]ſceres inuitam nubentem. Adſtat praeterea alia heroina ſeu nympha, compacto corpore, glandi[-]bus comam cincta, Calydon vrbs, ad quam geſta haec ſunt *p*).

V

niat, comparat cum Virgilii verbis: taurus *colla tu[-]mens*. quod quomodo cum *γυρώσας* conſentiat, hau[d] docuit. Equus *γυρώσας αὐχένα*, eſt incuruans capu[t] et eleuans, generoſorum equorum more..

p) Ἡρωΐνη τέ τις αὕτη στρύφνα, καὶ πρὸς λόγου τῷ μύθ[ῳ] τῆς Ἀρκαδίας, τροφῆς φηγῷ ἐστεμμένη. Καλυδὼ[ν] οἶμαι ταῦτα. Non haec ſana ſunt. In Aldd. στριφνα καὶ πρὸ λόγου. Putes fuiſſe πρὸς λόγον τοῦ μύθου τῆ[ς] Ἀρκαδίας τροφῆς: *ad rationem*, h. e. *reſpectu fabula[e] de Arcadico victu, glandium.* vt τροφὴ τῆς Ἀρκαδία[ς] ſit dicta pro τροφὴ Ἀρκαδική. πρὸς λόγον emendatu[m] in Morell. marg. πρὸς λόγου tuetur Olear. ex alio loco

eode[m]

V. Hercules in cunis. Argumentum notum ac ſimplex; ex Pindaro adumbratum putes: Nem. I, 53 ſqq. Hercules in cunis dracones duo a Iunone miſſos manu vtraque prehenſos ſtrangulat; illi, vtpote iam moribundi, ſpiris ſolutis, decoloribus ac liuidis ſquamis, criſtis flaccescentibus, oculis rigidis ac turbidis bene erant redditi; adſtabat mater, quae lecto, vt erat, proſiluerat q), vociferans; cum hac famulae exterritae, inter ſe colloquentes. Accurrerant clamore audito armati Thebani, in his Amphitruo ſtans attonitus, nudato enſe, cum Tireſia vaticinante pueri fata. Appoſita tandem dea Nox facem tenens; ad declarandum nocturnum tempus, quo haec euenerant. Videmus itaque in hoc quoque priſcorum artificum conatum ſymbolice exprimendi ea, quae arte non bene exprimi poterant, locum et tempus; in hoc tamen

eodem ſenſu. ἐστεμμένη φηγῷ recte ſe habet: coronata quercu, querneis frondibus. Aetolia fuit frequens ilicibus, quod vel Calydonii apri venatio docet. Quod autem στρύφνα et στρίφνα attinet, primo in vtroque ſcriptum in fine laborat, tum, ſi στρυφνή eſt, debuit illa eſſe tetrica, moroſa; ſin στριφνή, erit ſolido, firmo, compacto, corpore; quod Aetolorum ingenium melius adumbrare videtur. Mox ἐς βουκέρων ſcribe cum Aldd.

q) Alcmena: ὁρᾶς, ὡς ἄκλαυττος καὶ μονόχιτων ἀναποδίσασα τῆς εὐνῆς, ἀτάκτῳ τῇ κόμῃ, τὰς χεῖρας ἐκπετάσασα, βοᾷ. ἄκλαυστος, ne actiue quidem acceptum, locum habet. In oculos incurrit, vel non inſpecto Pindaro, iuxta μονοχίτων, eſſe debere, ſine crepidis, nudo pede; et obuium fit, ἄβλαυτος fuiſſe ſcriptum, ſunt enim βλαῦται genus crepidarum vel ſolearum. Heſychio de hac voce conſulto, vidimus in notis, iam fuiſſe virum doctum in Miſc. Obſſ. erit qui ita emendaret.

tamen argumento quis expectet pictorem non ma luiſſe ſua potius arte noctem per vmbram et lumen exprimere! Condonanda eſſet res in opere ana glypho, cui iſta artis pingendi ſubſidia deſunt.

VI. Orpheus. Sedet ille canens citharą circumdatus feris auſcultantibus. Hic vero luxu riatur et pictor et ſcriptor in multitudine ferarum pacate inter ſe congregatarum; multo vero magis arborum ad auſcultandum acceſſu radicitus terra euulſarum, quibus etiam inſident aues cantu deli nitae r). Notabilis eſt Orphei ſpecies; iuuenis eſt prima lanugine genas veſtitus, capite tiara aurea recta tecto; obtutu mollem affectum prodens cum vigore et diuino afflatu, animo ſemper in philoſo phiam de diis intento; ſupercilium eorum, quae canit, mentem indicat, et motus animi exprimit s)

'Habi

r) Multa in his ornamenta e poetis conquiſinit Philoſtra tus, vt fere ſolent noſtri homines, ſi in talia inciderun quae poetae frequentant; ἐνευστομεῖν τοῖς ἄλσεσιν ὀρνι θας e Sophocle petitum iam Olearius notauit. τὸ (male Olear. τὴν) κραγέταν κολοιὸν ex Pindaro habe Nem. III, 143. Ex eodem Pyth. I. pr. ὁ αἰετὸς ἀμφ τὰ πτέρυγε παλαντεύσας. In arborum nominibus an oculos habuit Od. E, 64 ſqq. Paullo poſt ὅ ἐστι τοῦ θέλγοντος ferremus ſi eſſet τοῦ θελγομένου. praeſtat Morello ὅλοι εἰσὶ τοῦ θέλγοντες, nam antiqua lectio e ὃ εἰσι, non ἐστί. Tum δένδρα — περὶ τὸν Ὀρφ ἕστηκε, καὶ τὸ θέατρον σὺν αὐτῷ συγκλείουσιν, ου δε θέντα τέχνης. Vnicuique facile patet, τὸ θέατρ h. l. non indigere arte, vt exſtruatur, ſed natura facere theatrum natiuum, ſponte factum, ſine arte verum itaque eſſe οὐ δεηθὲν τέχνης [forte etiam δεηθέν τι τέχνης], ἵνα — ὑπὸ σκιᾷ μουσουργοίη.

s) Olear. edidit: τό τε ὄμμα αὐτῷ ξυνιὸν, ἁβρότητι ἐν γὸν, καὶ ἔνθεον, καὶ τῆς γνώμης ἐς θεολογίαν τεινου

"ocul

Habitus ſedentis et citharam pulſantis diſerte deſcribitur, et locus eſt ea de re notatu dignus: Tiara, vt Phrygibus, ſic Thracibus domeſtica eſſe debuit, qua et aliis in monumentis Orpheus inſignis eſt: vt et infra in ſtatua ap. Calliſtratum c. VII.

VII. Medea in Colchis. Haec quoque tabula, ex priſca ſummorum artificum ſimplicitate, non niſi duas figuras ex aduerſo poſitas exhibet, Medeam ſedentem, admiratione ex Iaſonis adſpectu et amore percuſſam, et Iaſonem adſtantem. Omnis igitur ars ipſis poſita erat iu reddenda formarum pulchritudine, et moribus ſenſibusque animi ad naturae veritatem expreſſis. Itaque Medea amore aeſtuans, et mentis ſtatu deiecta *t*); eadem tamen vultu truculento, ſupercilio adducto tanquam cogitabunda,

"oculus porro ipſi mentis aciem prodens, venuſte agilis, et diuini quid ſpirans." — In nota ait: "ξυνιὸν, reſcripſi pro ξυνὸν, quod erat in editis" reddit tamen latine nec hoc, ſed quod Salmaſ. et Gruter. coniecerant ξύννουν. Sed praeſtabat lectionem libb. et edd. melius interpungere: τό τε ὄμμα αὐτῷ ξυνὸν ἀβρότητι (h. ἔχον τι ἀβρότητος), ἐνεργὸν καὶ ἔνθεον. Mox an ὀφρὺς πρὸς τὰς τῶν κινήσεων τροπὰς μεταχνθοῦσα αὐτῷ ſincerum ſit, videant alii; ὀφρὺς nec ἀνθεῖ nec μεταχνθεῖ. [κινήσεις vertunt motus animi. niſi forte ſunt modorum mutationes, ex argumenti varietate, cum qua oris quoque habitus et vultus, ὀφρύς, in canente mutatur. Incideramus in μεταθέουσα, quod et Morellus propoſuit, nec tamen id ſatisfacit.]

t) Καὶ ὅ τι μὲν πέπονθεν οὐκ οἶδα, ſcil. conſpecto Iaſone. hoc quidem a Philoſtrato non expectabatur, vt ſciret; ſed a Medea. Ergo leg. οὐκ οἶδε ſc. Medea, τὴν δ' ἀμφασίη λάβε θυμόν. Apollon III, 284 ſqq.

tamen argumento quis e-
luiſſe ſua potius arte noſt
exprimere! Condonand
glypho, cui iſta artis ping

VI. Orpheus. Ser
circumdatus feris auſcult-
tiatur et pictor et ſcripto
pacate inter ſe congrega
arborum ad auſcultandu
euulſarum, quibus etiam
nitae *r*). Notabilis eſt O
prima lanugine genas veſ
recta tecto; obtutu molle
vigore et diuino afflatu,
phiam de diis intento; ſi
canit, mentem indicat, et

[illegible] ſe ferente
[illegible] tamen; oc
[illegible] tamen et p
[illegible]; lanugine
[illegible], veſtitus
[illegible] exuuiis, et c
[illegible] recumbens iacu
[illegible]motus, tanqua
contemnat nec a
do incumbens ar
in terram inuerſa
mum Aeetae regi
um eſſe. Adu
brat

r) Multa in his ornamenta e
tus, vt fere ſolent noſtri l
quae poetae frequentant;
θας e Sophocle petitum
(male Olear. τὴν) κραγέτ.
Nem. III, 145. Ex eode
τὼ πτέρυγε παλαντεύσας.
oculos habuit Od. E, 64
θέλγοντος ferremus ſi eſſe
Morello ὅλοι εἰσὶ τοῦ θέλγο
ὅ εἰσι, non ἐστί. Tum
ἑστηκε, καὶ τὸ θέατρον οὐ
θέντα τέχνης. Vnicuiqu
h. l. non indigere arte,
facere theatrum natiuum,
verum itaque eſſe οὐ δεηθ
δεηθέν τι τέχνης], ἵνα — υ

s) Olear. edidit: τό τε ὄμμα
γὸν, καὶ ἔνθεον, καὶ τῆς γι

quo ſpectet
ſe more, vtp
poſt ἔσταλται
ſacris operat
ἐν δαιμόνων
ολλοῖς ὁρᾶσ
rro illa ἐν
um rigid
τῇ τῶν Ἡλ
us id, q
γενεῖ
μαρυ
om
od eo
tn.

Apollonii Argonaut. lib III,
alio habitu Medeam exhi-
lis c. XIII. caedem libero-

Huic tabulae excogitan-
itatem fecit Medeae amor
ſius. Si hoc, vt certum,
umus Sophiſtam hoc con-
poetis ea loca diſpiceret,
ento arti idoneo haberi et
quidem conſilium non-
uere, vt artificum inge-
rum carminibus hauſtam
idem ex Apollonii libro
bi Iuno de Iaſonis fato
artes, quibus eum tan-
iaret, re cum Minerua
Venerem adit eamque
Medeam Iaſonis amore
nni diſcrimine ſuperato
nus ſtatim prolixe ope-
ır Olympum, vt pue-
m in area ante Iouis
ludentem In tabula
enere adſtant ludenti-
ropitia, alteri moeſto.
omiſſa mercede pila,
s fuerat, aurea, vt
ignet; ille munere
dis talis, pendet a
ibi praeſtet, ſe enim
haud

tabunda, et oculo diuinum quid prae ſe ferente
Iaſon autem venuſta ſpecie, virili tamen; o
quidem caeſii et truces, prudentiam tamen et ſ
ſeuerantiam in incepto arguentes; lanugine i
eunte malae iam veſtitae, coma flaua, veſtitus
nica candida, ſuperiniectis leonis exuuiis, et c
pidaq. pedibus ſubligatae; ſtat incumbens iacu
vultus in neutram partem commotus, tanqu
qui nec diſcrimen imminens contemnat nec a
mum ſubmittat. Adſtat Cupido incumbens a
pedibus decuſſatim poſitis, face in terram inuerſa
Apparet autem Iaſonem nunc primum Aeetae reg
ingreſſum et a Medea conſpectum eſſe. Adı
brat

w) Addit: *ἱεροπρεπὴς τὴν κόμην*, quod quo ſpectet appret; an religatis comis religioſo more, vt Hecates ſacerdos? Conuenit paullo poſt *ἄσταλτα οὐκ ἐνεργὸς νῦν*, non eo habitu quo ſacris operat *οὐδὲ ἐν ξυνουσίᾳ τῶν κρειττόνων*, h. e. *τῶν δαιμόνων θεῶν, ἀλλ' ὡς καὶ πολλοῖς ὁρᾶν* pro *ἐν πολλοῖς ὁρᾶσθ* qualis erat, cum publice conſpiceretur. Porro illa *ἐν τι ὑποφαίνουσα, αὐτήν τε ἄῤῥηκτον* (obtutum rigidu *ἐνδεικνῦσα τοῦ προσώπου τὴν θέαν, τουτὶ δὴ τῶν Ἡ δῶν γνώρισμα*. Ita interpretatur Philoſtratus id, q ex Apollonio petiit IV, 727. *πᾶσα Ἠελίου γενεὴ δῆλος ἰδέσθαι ἦεν, ἐπεὶ βλεφάρων ἀποτηλόθι μαρμα γῇσιν, οἷόν τε χρυσέην, ἀντώπιον ἵεσαν αἴγλην*. om Solis progenies dignoſci facile poterat eo, quod e tebant oculis longe radiantibus iubar fulgidum.

x) Vltima haec obſeruatu digna ſunt: ſtat Amor ſ in terram inuerſa *τὸ λαμπάδιον ἐς τὴν γῆν τρέψ ἐπεὶ ἐν ἀναβολαῖς ἤδη τὰ τοῦ ἔρωτος*. Ergo non r que, quoties Genium videmus cum facula inue ſtantem, de Somno et Morte eſt cogitandum. Sa hoc iam animo noſtro obſeruatum eſt; nunc di tam habemus aſſerti auctoritatem; inflammatis i amore animis ille, tanquam confecto negotio, fac depoſit inuerſam in terram.

tum argumentum ex Apollonii Argonaut. lib III, et 275 ſq. Longe alio habitu Medeam exhi- t Calliſtratus in ſtatuis c. XIII. caedem libero- meditantem.

VIII. Ludibundi. Huic tabulae excogitan- locum et opportunitatem fecit Medeae amor uperiore tabula expreſſus. Si hoc, vt certum, licet, ſuſpicari poſſumus Sophiſtam hoc con- habuiſſe, vt in poetis ea loca diſpiceret, a pictore pro argumento arti idoneo haberi et e reddi poſſint; quod quidem conſilium non- lli ex noſtratibus arripuere, vt artificum inge- materiam artis e poetarum carminibus hauſtam roponerent. Tabula quidem ex Apollonii libro rtio pr. eſt adumbrata, vbi Iuno de Iaſonis fato llicita et circumſpiciens artes, quibus eum tan- periculis incolumem ſeruaret, re cum Minerua liberata, vna cum ea, Venerem adit eamque orat, vt Cupidinem iubeat Medeam Iaſonis amore endere, vt eius opera omni diſcrimine ſuperato llere aureo potiatur. Venus ſtatim prolixe ope- ſuam pollicita peruagatur Olympum, vt pue- quaerat; reperit tandem in area ante Iouis lem cum Ganymede talis ludentem In tabula en tres deae vna cum Venere adſtant ludenti- alteri exultanti fortuna propitia, alteri moeſto. gant deae Cupidinem, promiſſa mercede pila, e olim in crepundiis Iouis fuerat, aurea, vt deae animum amore expugnet; ille munere miſſo captus exiliens, abiectis talis, pendet a tris peplo, vt ea promiſſa ſibi praeſtet, ſe enim

 haud

haud defuturum iuſſis acceptis. Poterant vtique haec melius tractari in tabula, quam in carmine epico narrari, cuius dignitati et in hoc et in multis aliis parum conſuluiſſe videri debet Apollonius, quamuis in oratione ornatiſſima.

Etſi preſſis poetae veſtigiis, diſceſſit tamen in nonnullis auctor ſeu tabulae ſeu interpretationis; quod tres deas adſtantes Cupidini exhibuit, cum in Apollonio ſola Venus ad eum acceſſiſſet, non male, et conſulto, exputaſſe videtur; ita tabula ornatior et figuris locupletior oculorum animique ſenſui pleniorem rei perſpicientiam et ex varietate iucunditatem parauit. Ganymedem tiara, hoc eſt pileo Phrygio, diſcerni facile poſſe ait. Talos ipſos pro ſorte ludi poſitos victori ceſſiſſe neceſſe eſt; nam Ganymedes ex duobus ſibi relictis vnum iam amiſerat, proiecturus nunc alterum moeſtus et indignabundus; Cupido autem ceteris iam vincendo ablatis in ſinu reconditis etiam hunc additurus eſt. Tres deae declarantur notis formis ac ſignis, quas enotare nihil opus eſt y). Auream pilam non promittit, ſed oſtentat Venus in tabula bene et hoc. Adumbrata autem pila ex Apollonii vſſ. 135 ſqq.

Ceterum, in alia haud dubie tabulae parte forte in proſpectu, nam, ſi poetam ſequutus eſt auctor

y) In verbis eſt ex poeta petitum, Mineruam agnoſc ſtatim ab intuente, τὴν ὀμόγνιον, ποιηταὶ Φασὶ, πανοπλίαν ἀμπεχομένη. Non hoc occurrerat Rhunkenio ad Timaeum de voc. ὀμόγνιος diſputanti. Ex Tragicis petita eſt vox ναυάται pro ναῦται vel ναυβάται.

...ctor, deae Cupidinem adierunt in Olympo, Argo in Phaſide pro ancoris ſtabat. Fluuius Phaſis appoſitus erat, horrido adſpectu, iacens in alta arundine; coma denſa et erecta, barba hiſpida, et ...caeſiis; magna autem aquae vis non ex vrna, ...ndecunque, erumpens magnitudinem amnis in ...tum egredientis arguebat.

Luſum artificis declarauimus; videndum nobis eſt, ne ipſi, dum proludere volumus ſollenibus craſtinis, luſui indulſiſſe videamur; etſi forte ...xeris, luſibus his ingenium non deterius ali et ...ngi quam inani ſubtilitate in rebus occupata, quas ...ui ſcire nihil intereſt, aut quae extra limites conſtitutae ſunt, intra quos mens humana ſobrie et ſalubriter philoſophatur. Ad ſapientiam autem ...itae expedit, ſcire quoque, quid homines aliarum aetatum et terrarum ſenſerint, vt optima ...queque et vtiliſſima inde tollamus. P. P. in alma ...orgia Auguſta pridie Kal. Martias cIↃIↃccc.

X.

ACADEMIAE GEORGIAE-AVGVSTAE

PROREGTOR

THOM. CHRIST. TYCHSEN D

CVM SENATV

ANNIVERSARIA INAVGVRATIONIS SACRA

LXIII.

IN KAL. SEPTEMBRES. cIↄIↄccc.

CELEBRANDA

INDICIT

SIMVLQVE

SVCCESSOREM

IN

MAGISTRATV ACADEMICO

THEOPHIL. IACOB. PLANCK D.

CIVIBVS SVIS

HONORIS ET OFFICII CAVSSA

COMMENDAT.

Philoſtrati iunioris Imaginum illuſtrati
Partem poſteriorem IX-XVII vlt. Tabulas complexa.

Fugam temporis, Commilitones, etſi nulla no vitae pars nos admonet, inprimis tamen di ſollennes ſtati quotannis redeuntes in animum reu cant, quandoquidem ſpatium certum, quod emer ſumus, ipſo reſpectu progreſſum factum edoce

Su

Scilicet cum vitae vſus ſit gratiſſimus, ſi nullam temporis moram ſenſeris: interualla dierum et menſium officiis curisque ſolitis exactorum tum demum computare ſolemus et in ſummam colligere, vbi dies aliquis notabilior tanquam clauum figit, in quem impingas. Iam autem ſi quod aliud vitae genus, vita vtique academica ita comparata eſt, vt per interualla, certis ac ſtatis dimenſionibus fixa, curriculi huius terreſtris ad metam properantis fallacem et inſidioſam fugam animaduertamus, quoties ſemeſtrium nouiſſima et prima ſe excipiunt. Ad hoc genus ſpectant quoque ſemeſtria magiſtratus academici et ſuſcipiendi et abdicandi. Exhilarat tamen illa ipſa animaduerſio, quoties tempus quaſi non ſentientibus elapſum, ſi retroſpicimus, nihil animo offert niſi quod ex officio geſtum ſit; *multo* magis ſi cum ſucceſſu optato.

Exiit pari fortuna ſemeſtris magiſtratus academicus, in quo nunc ſucceſſorem pronuntiamus Virum ordine ſuo, virtutibus meritisque, venerabilem,

THEOPH. IACOB. PLANCK D.

et in craſtinum diem ſollennia, in quibus ille magiſtratus ſumet inſignia. et bonis votis pacem Numinis expetent vterque, et abiturus magiſtratu, eumque initurus. Quibus vt bonis votis faueatis, Commilitones, rogamus, hoc eſt, vt pietas veſtra tanquam comes et fautrix adſit pietati publice verba precantia facientium ad ſummum rerum arbitrum: cuius propitio nutu nunc cum maxime expectamus redditum tandem iri rebus humanis ſtatum pacatum, ſine quo priuati ne vitam quidem habent tolerabi-

lem, imperia autem et populi ad interitum ruentes veras opes, verum ſplendorem, et felicitatem duraturam fruſtra adſpirant. Vtinam hoc, quod inſtat, ſemeſtre fato deſtinatum ſit, in quo pax tuta coaleſcat, et exeunte ſaeculo ſaeculi mala, bellandi temeritas et furor, dominandi lubido et impotentia, ſeditioſorum hominum fraudes plebisque efferatae ferocia, e medio tollantur et aeterna nocte premantur.

Vt praeconio noſtro accedat aliquid, quod liberalem, non mercenarium, praeconem decet, et Mercurio, praeconii praeſide, dignum ſit, pergemus in expoſitione tabularum a Philoſtrato iuniore enarratarum. Peruentum erat ad Tabulam nonam.

Tabula IX. Pelops: Argumentum tabulae eſt certamen curſus, quo Oenomao victo Pelops Hippodamiae nuptias conſequutus eſt, idem, quod iam binis Philoſtrati ſenioris tabulis expreſſum vidimus; ſup. lib. I, XVII et XXX. In ea, de qua nunc agitur, apparatus curruum ad certamen ineundum exhibetur. Verſatur itaque narratio in deſcriptione ſtatus et habitus Pelopis, Oenomai, Myrtili et Hippodamiae; neque eſt in his quicquam admodum memorabile *a*).

X.

a) Quae notari forte poterant, iam ab Oleario illuſtrata ſunt. Pelopi tribuit Philoſtratus *tiaram rectam;* tribuitur itaque Perſarum habitus Phrygibus; forte quatenus per ea tempora, quibus in Perſarum ditione habiti fuerant, Aſiae minoris populi multa a Perſis adoptarant. Hippodamiae procliuior in Pelopem animus

X. Pyrrhus vel Myſi. Ad exemplum Homeri, qui ſingulos deinceps heroes in pugna inſigniores virtute ceteris exhibet, modo Agamemnonem, modo in alia rhapſodia Diomedem, modo Idomeneum; ſic poetae, qui carmine perſequuti ſunt poſt eum Iliaca, alium ex alio in medium produxere, qui res vtriusque partis reſtitueret, Pentheſileam, Memnonem, Eurypylum, Myſorum ducem, Telephi filium, Herculis nepotem. Compoſitus hic erat cum Neoptolemo ſeu Pyrrho Achil-

 lis

mus etiam hic notatur; eum auerſatione patris in procos victos ſaeuientis. In foeditate craniorum ſuſpenſorum diligentior eſt ſeu pictor ſeu ſcriptor, quam volebas. Memorabile eſt, poeticum ſaltem praeclarum phantaſma, quod *craniis ſuis ſuperuolitantes*, haud dubie in tabula pictae, *Vmbrae narrantur certamen ſuum lamentari et nuptiarum paſſioni congratulari.* Εἴδωλα δὲ υπεριπτάμενα σφῶν ὀλοφύρεται τὸν ἑαυτῶν ἀγῶνα, τῇ τοῦ γάμου ξυμβάσει ἐφυμνοῦντα. Obſcurum eſt in ſqq quo ſenſu ἀλάστωρ dictus ſit: ξυμβῆναι γὰρ δὴ ὁ Πέλοψ (fertur), ὡς ἐλευθέρα λοιπὸν ἡ παῖς εἴη τοῦ Ἀλάστορος. dictum arbitramur eo ſenſu, vt a piaculo illa liberaretur; in connubium venerunt, eoque ſublata eſt tandem immanis patris ſaeuitia, et quae in ipſam puellam, tanquam cauſſam, redundabat, execrabilis facinoris vltio; pro qua ipſe Genius vltor, δαίμων ἀλάστωρ memoratus eſt, qui in ſequioribus Graecis ſcriptoribus pro Ποινῇ antiquiorum memorari ſolet. Oenomaus habet currum paratum et haſtam ei ſuperpoſitam, τὸ δόρυ ὑπερτέταται τοῦ δίφρου, qua ille erat transfixurus procum, quem in curſu attigerat. Oenomaus τῷ πατρὶ Θύων, Ἄρει, σπεύδει, (haud dubie σπένδει, occupatus in ſacro faciendo libat) ἄγριος ἰδεῖν καὶ φονῶν τὸ ὄμμα. καὶ τὸν Μυρτίλον ἐπισπέρχει, *feſtinare iubet.* Aliis eſt Μύρτιλος, media breui, vt ap. Apollon. Arg. Suaue eſt, quod Cupido axem in curru incidit; quod Myrtilus auriga feciſſe putandus eſt.

lis filio, pari aetatis vigore, corporis ſpecie et virtute; verum cum eo congreſſus ab eo ſuperatus occumbit. Nouiſſima eius fata tabulae argumentum faciunt. Eſt in proſpectu Ilium, ex altera parte nauium ſtatio; in medio campus, fluuio Xantho, ſeu Scamandro, diremtus; hinc *Myſi*, inde Achiui ſtant in acie; Troianis cum armis humi ſedentibus, quippe feſſis, cum Myſi modo aduenîſſent viribus integris. Pugnatur inter Pyrrhum et Eurypylum; qui tamen iam vulnere accepto prolapſus iacet, ſuperſtat Pyrrhus; qui adhuc ferientis ſpeciem praefert, manum cruore perfuſus ex vulnere; irruunt Myſi, ſed Pyrrhi minis terrentur. Nihil habet tabula, quo ſe magnopere commendet; eſt pugna duorum pugnatorum; res ſaepe obuia; potuit ars in corporum ſpecie reddenda ſe iactare; vt tamen aſſequereris, Eurypylum et Pyrrhum eos eſſe, nihil adeſſe videmus; campus Iliacus ſaltem ad res Iliacas ducere poterat; at Sophiſta excogitaſſe aliquid ſibi viſus eſt, quod Achillis filium declaret: clipeum Pyrrhus tenet Achillis a Thetide acceptum; in quo deſcribendo tantopere ineptit, vt totum locum Iliadis Σ. de clipei caelatura huc transferat rhetoricis fucis interpolatum *b*).

XI.

b) Exſpatiatio haec in locum Homericum de clipeo Achillis, eaque tantopere protracta, inopiam inuentionis in hoc homine arguit. Sunt in verbis haud pauca ſeu corrupta, ſeu nimis dura. Statim poſt prima verba: τὰ μὲν δὴ περὶ τῶν ἱκανῶν, ἕτερα., νυνὶ δὲ περὶ τοὺς ξυνεστῶτας ἡ θέα. poſſunt eſſe et οἱ ἱκανοί, et τὰ ἱκανὰ, hoc praeferam, ſupplendo, περὶ τῶν ἱκανῶν ὄντων,

XI. Argo ſeu Aeetes. Conſpicitur in tabula amnis, in quo nauis intenta remigum vi in mare defer-

ὄντων, et de his quidem, *quae ſatis multa ſunt ad narrandum*, narratio ab hoc loco aliena eſt. Fluuius, in tabula exhibitus eſſe debuit, cum ipſo deo Scamandro recubante, et quidem pedibus fonti obuerſis, aqua eos inundante: *καὶ τὸν πόδα ἐπέχει ταῖς πηγαῖς ὑπὲρ ξυμμετρίας νῦν διυγραίνων αὐτὸν νάματος.* notabilis habitus. Leg. *ἐπιχεῖ. perfundit.* Μυσῶν τε ξυνὸν Τρωσὶ, ſ., τε τὸ ξυνὸν, et: *καὶ Ἑλλήνων ἑκατέρου.* hoc vltimum aut reſecandum, aut ſcribendum ἑτέρου. pro *καθ᾽ ἑτέρου μέρους. altera ripa* — pag. 876. *σιγῇ τε μένεα πνείουσιν ἐοικότες* ab Achiuis eſſe traductum Iliad. Γ, 8. obuium eſt. — Eurypulus *ἄσημα ὅπλα* habet; apud Quintum VI, 148 ſqq. clipeus ejus laboribus Herculis aui caelatis inſignis eſt. Notabile eſt, quod Vlyſſes arma Achillis conceſſit filio in caſtra aduenienti. Dares c. 35. *Neoptolemus vt aduenit, patris ſui arma accipit.* Ex iis, quae narrat Philoſtratus, patet, eum credidiſſe, effictum in tabula clipeum adumbrata vere habuiſſe omnia, quae ab Homero narrata ſunt; habemus ergo hic primum, eumque antiquiorem, conatum artis in caelatura clipei Achillis, ab ingenii figmento poetico profecta, per picturam ac delineationem redhibenda. — *ὡς ἂν καὶ τὰ τῆς ὥρας αὐταῖς ἄγει. pro eo quod tempora anni iis* (Plejadibus) *neceſſitatem afferunt*, ſcil. ortus vel occaſus. — Quomodo Vrſa maior poſſit ſpeciem praebere *οἷον φύλακα τοῦ Ὠρίωνος*, non aſſequaris, niſi Homericum, ex ſitu cataſteriſmorum ductum, memineris: *ἥτ᾽ αὐτοῦ στρέφεται, καὶ τ᾽ Ὠρίωνα δοκεύει, reſpicit, obſeruat.* — p. 877. Valde ſubtilem artem in tabula Philoſtratus agnoſcit, dum in ipſis ſponſis pudorem et amorem expreſſum animaduertiſſe videri vult. — Locum Homeri de iudicio et cauſa dicta, in Achillis clipeo effictа, vſ. 498 ſq. non minus, quam alii veteres, perperam interpretatur Philoſtratus, ſeu de mercede iudici, ſeu de multa pro caede ſoluenda. — Mox ſi *καθαρὸς ἥκειν* ſcribitur, conſentaneum eſt, etiam ſcribi: *οὐ γὰρ ἔχειν νοεῖν, ὅπερ.* — p. 878. l. 4. *ὁ γὰρ ἔπηλυς*

 στρατὸς,

defertur; ſedet in prora mulier cum viro armato
aſſidente alio, qui tiara ornatus accinit cithara
pullu

στρατὸς, σκοπούς τινας καθίσας, λίαν ἐλάσασθαι πε
νοεῖ. vehementer eos propellere in animo habet. Imm
leg. *λείαν, praedam agere,* — *ἢ οὐ προςβάλλει σ*
ita ſeriores pro *πρὸς τὰ ὦτα.* ex Homerico: *ἵππων*
ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει. — Haud dub
pro *ὁ* (in pr. ed. vacuum ſpatium eſt) eſt: *ὃν δὲ κ*
νεότρωτον ἐπισπέρχει ſcil. *Κήρ.* an, eum iterum i
pugnas et caedes protrudit? — *θαμὰ ἀναστρέφει ἐ*
ταύτῃ, iungenda ſunt, ſcil. *ἐν νεῷ ταύτῃ.* — l. ext
μελαίνεται δὲ τὸν χρυσὸν περισχοῦσα. ἐξ ἧς ἀρχῆς τέμ
νος. corr. *ἑξῆς, deinceps.* forte fuit *περισχισθεῖσ*
ſciſſa vomere. — p 879. l. 14. *ἐπτοῆσθαι* recte, e
Aldd., eſt Lat. *trepidare*, ita vt non videas quid i
manibus ſit, quid agendum. — *αἱδὶ μὲν ταῖς ἐσθ*
ἤσθηνται. haeſeram et conieceram *ἤσκηνται. ornat*
ſunt: perperam; eſt enim *ἐσθέομαι.* veſtio; vnde *ἤσθη*
μαι. inde *ἐσθής.* — *μαχαίρας δὲ τῶν χερῶν ἐξήρτη*
ται χρυσᾶς, ἀργυρῶν τελαμώνων κατεχόντων αὐτ
vnde tandem illud *τῶν χερῶν,* quod nec in Home
nec in ipſa re habetur? quae poſtulare videtur: *ἐ*
ὤμων. ἐκ πλευρῶν. verba tamen deſignant *gladios*
manibus ſuſpenſos. — Seqq. *ἀλλ' ἐν κύκλῳ μὲν ἰόντα*
ſententiam habent expeditam; verum ſine codice verb
vix reddas, corrupta in Aldd. et multo magis
Olear. In Aldd. eſt: *ἀλλ' ἐν κύκλῳ μὲν ἰόντων* (d
ſaltantibus agitur ſecundum Homerica Σ, 600. col.
τοῦτ' ἐκεῖνο, τροχοῦ περιδίνησιν, ὁρᾷς, νοήσει κερα
μέως ἔργον τινὸς εἴπῃ δυσκολείους, μή που περιθ
ἔχοι πειρῶντα. Ariolari licet: — *ὁρᾷς. νοήσεις κεραμ*
ἔργον τινὸς, εἴ πῃ εὖ τοῦ περιθεῖν ἔχοι (ſcil. *ὁ τροχ*
an poſſit circumuoluere ſe, circumagi), *πειρῶντος;* ill
interpoſita e gloſſa deprauata et obſcure ſcripta pro
fecta eſſe arbitror, cum quis in margine adſcripſiſſet
εἴ πῃ, δισκοποιοῦ; forte, an, figuli patinam fingen
tis, aut ſimile quid; certe *δίσκου* vox latere videtur
— *πολύ τι χρῆμα ἐπιῤῥεῖ, multitudo hominum.* —
Eurypylus vulnus accepit in axilla, *κατὰ τῆς μασχα*
λης. ἀνθερεῶνα memorat Quint. VIII, 200, qu
puguan

pulſu; in terra profuſus draco. Ex his manifeſtum facile fit, amnem eſſe Phaſin, reduces Argonautas, Iaſonem et Medeam cum Orpheo. E longinquo Aeetes quadrigis vectus aduolat, facem manu geſtans, vt nauem cum vectoribus comburat; haſta in curru adſtante, vt ad manum ei ſit. Quae a ſcriptore adiiciuntur, verſantur in habitu oris et animi in ſingulis; quae facile pro ſe quisque aſſequatur qualia fuerint *c*).

XII. Heſione. Liberatur ea per Herculem a ceto, cui in littore, rupi alligata, expoſita erat. Ceti adſpectus horrendus rhetorica arte deſcribitur; Hercules autem in ſtatu corporis eo, quo arcum tendit neruo adducto et ſagittam emittit. In conſpectu

pugnam hanc Eurypyli et Pyrrhi narrat ibid. VIII, 143 ſq. Fuit autem Eurypylus inter nobiliſſimos ad Troiam heroes. v. Odyſſ. Λ, 518 ſq. Idem a Pergamenis inter heroes habitus, et nummo quoque nobilitatus, ap. Spanhem. T. I. p. 525.

c) Prima ſtatim verba non bene mutauit Olearius cum Morello: *ἡ δὲ ἐκπταίουσα τῷ ποταμῷ ναῦς ὑπὸ πολλῷ τῷ ῥοθίῳ τῆς εἰρεσίας*. In ant. edd. eſt, *ἐκπαίουσα τῷ ποτῷ*. quod recte *ποταμῷ* ſcriptum nunc eſſe, per ſe patet, et ſequentia docent. At *ἐκπαίουσα* haud dubie vera eſt lectio: vt *εἰςπαίειν*, *irruere*, vox a viris doctis illuſtrata, ita *ἐκπαίειν* de erumpentibus. — *αὕτη δὲ πρὸς ἑαυτὴν ἀνακυκλεῖν δοκεῖ μοι.* leg. *αὐτὴ δὲ πρὸς ἑαυτὴν ipſa apud ſe.* — *τὸ γὰρ ὑπὲρ ἄνθρωπον, τοῦθ' ἡγεῖσθαι δίδωσι.* verte: *ita enim ſtatuere iubet ſtatura maior humana.* — In extremis, de equis, conueniunt nonnulla cum c. 19. ſed quod adiicitur, *βολαί τε ὀφθαλμῶν ἕτοιμοι, ἄλλως τε καὶ ἐνεργοὶ νῦν οὖσαι*, calamiſtratum eſt; acrem obtutum declarari patet: ille nunc cum maxime *ἐνεργός* eſt, vim exerit, acerrimus eſt. Inf. XV. *χεῖρες γυμναὶ, διὰ τὸ ἐνεργὸν εἶναι.* et paullo poſt: coma erecta *ὑπὸ τοῦ τῆς ὁρμῆς ἐνεργοῦ*.

ſpectu vrbs Ilium. Proſpiciunt e muris Troiani, fortunam puellae lamentantes *d*).

XIII. Sophocles. Obſcurior eſt Sophiſta in tabulae huius expoſitione. Quantum aſſequi licet, Melpomene Sophocli porrigebat munera ſua, quae ille accipiebat modeſte et ſubtimide. Species igitur fuit, quae in vaſis pictis et in marmoribus occurrit, cum duo ex aduerſo ſtant, verbis inter ſe agentes, etiam Minerua aut alia dea cum homine. Sophoclis caput ſuperuolitant apes: quod petitum e figmento rei, quae in eius natalibus euenit. Adſtat praeterea Aeſculapius, in quem Sophocles paeanem ſcripſiſſe narratur *e*).

XIV.

d) Nec in hac fabula, quippe ſatis vulgata, nec in aliis notis, otium conſumere, et monumenta artis, in quibus ea forte adumbrantur, vel ex Winckelmanno, commemorare, aut vacat aut lubet. De verbis pauca monebimus. In Herculis laboribus ab Euryſtheo impoſitis ait hanc Heſiones liberationem non haberi: *cur igitur Hercules eam ſuſcepit?* ἢ τί μαθὼν φοβερὸν οὕτω κῆτος ὑφίσταται; leg. τί παθών. Belluae eſt ἐπισκύνιον ὀφρύων ἀκανθῶδες. vt pro pilis palpebrarum ſint hiſpidae ſpinae. κεφαλὴ σκολιοῦ καὶ ὑγροῦ τοῦ αὐχένος ἐξιοῦσα. ceruicem dixit inflexam et mobilem. Sic enim ὑγρὰ dicuntur, quae flecti facile poſſunt. ποικίλοις προσαυγάζοντα, forte ποικίλως. *reſplendeſcentia varie.* ἕστηκεν ἐν προσβολῇ. Scripſerat ἐν προβολῇ, de ſtatu pugnaturi. Sic quoque inf. XV. p. 887. ὁ μὲν ἐπερείσας ἐν προβολῇ τῷ λαιῷ ποδὶ ἑαυτόν. Alterum de impetu aggredientis aduerſarium dicitur. Pulchritudinem puellae pallore ex formidine quaſi marceſcere, ſui tamen ſuſpicionem iuſtam relinquere, bene ait ſcriptor.

e) Videtur res ad Sophoclem adoleſcentem tragoediis ſcribendis ſe accingentem ſpectare. Suauitatem habet pictura;

XIV. Hyacinthus. Non inepte haec pictura eſt concinnata. Nota eſt narratio de Apolline diſco cum eo ludente et puero diſci illapſu occiſo. In tabula, ex priſca ſimplicitate elaborata, ſtant ſibi aduerſi Apollo et Hyacinthus; ille quidem huic

picturae; quam an Leſſingius attigerit, non meminimus. Quod de apibus narratur, petitum et tranſlatum videtur a Pindari pueri fortuna: v. Philoſtr. ſen. lib. II, 12. reſpectu dulcedinis carminum; vnde et ipſe *Apis* dictus: Suid in Σοφοκλῆς· προσηγορεύθη δὲ Μέλιττα διὰ τὸ γλυκύ. Ductum hinc illud Erycii in epigrammate, quod nuper illuſtrauit Haſchke in Analect. Crit. p. 25. v. Analecta Vol. II. p. 298. XIII. cum Iacobſii Commentar. p. 363. Vol. II. P. II. αἰεί τοι βούπαισι περιστάζοιτο μελίσσαις τύμβος, Ὑμηττείῳ λειβόμενος μέλιτι, Ὡς ἂν τοι ῥείῃ μὲν ἀέννοος Ἀτθίδι δέλτῳ κηρός. *Semper tuus tumulus fluat melle apum, ut cera tuis tabulis manet perennis.* Nimis acute! Si ſaltem comparatio eſſet: *quemadmodum tuae tabellae perenni melle fluunt.* Quod de Aeſculapio adiicitur, reſpicit Paeanem in Aeſculapium, cuius mentio fit in vita Apollonii Tyan. III, 17. οἱ δὲ ᾖδον ᾠδήν, ὁποῖος ὁ Παιὰν ὁ τοῦ Σοφοκλέους, ὃν Ἀθήνησι τῷ Ἀσκληπιῷ ᾄδουσι. Paeanas ab Sophocle ſcriptos Suidas quoque memorat. Quae commemorantur Sophoclis epitheta, e carminibus poetarum et epigrammatibus petita videntur, quae an in Anthologiis noſtris occurrant, docebit nos Iacobs vir doctiſſ. in his, quod Μουσῶν εὐκόλων ἀνθρήνιον appellatus fuit. vertitur: *Muſarum placidarum fauus*, potius: *apicula*: eſt enim ab ἀνθρήνη, quae poetis pro μέλιττα dicitur (vt docent Lexica ex Ariſtoph. Nub. 944. et Suidas in ἀθρήνη. add Heſych.) porro quod apis ex eius ore euolans aculeum infigit; μέλιττα τὸ κέντρον ἀφυλάκτως ἐγχρίσασα, vbi ἐγχρίμψασα reponi non debebat; cum χρίειν, ἐγχρίειν de aculeis vſitata vox ſit. v. Heſych. h. v. Nota ea vel ex Aeſchyli Prometh. 569. κλυτομῆτις autem in Paeane in Aeſculapium occurrere debuit, et ibidem narratum eſſe de eo deuertente ad poetae domum.

huic munera pollicens, vt ſibi puerum adiungat; hic verecunde defixo in terram ſtans vultu, oblectatur tamen promiſſis, et ſe iam victum ore ſignificat. Status pueri non male a ſcriptore deſignatus. A ſiniſtra corporis parte, eaque paullulum ſubducta, defluit chlamys purpurea; dextra manu iaculo innixa, exſerto ſic dextro femore et nudato, brachio quoque, totius lateris dextri pulchritudo, a talo ad ſummum conſpicienda, praeclare deſcribitur; quae facile in animum reuocet plura huius generis monimenta antiquae artis. Capillus quoque, nec hirtus nec nimis cultus, laudem habet. Diſcus ad pedes proiectus. Adſtant Amor et Zephyrus, cuius inuidia puero necem eſſe paratam narratum eſt *f*).

XV.

f) Certaſſe videtur Philoſtratus cum auunculo, qui lib. I, 24. Hyacinthum diſco iam percuſſum et caeſum in tabula exhibitum narrauerat. In verbis poſt *προτείνων μὲν τὴν δεξιὰν ἐπὶ τῇ αὐτῇ, καὶ . . .* eſt lacuna in ant. edd. quam editores memorare debebant. Itaque nec ſine codice laborare licet in ea explenda. In marg. edit. Ald. adſcripſit vir doctus poſt *καὶ, εὐθύνων*, parum aptum. Mox, *καὶ τὸ θάρσος, ἔτι μέλλον, αἰδοῖ μίγνυσι* corrig. *μέλλων*, ipſe puer, *cunctans*. — *ἕστηκε δὲ — ἀκοντίῳ δὲ τὴν δεξιὰν ἐπερείδει, ἐκκειμένῳ τῷ γλουτῷ, καὶ τῇ πλευρᾷ διορωμένῃ.* Vertitur: "iaculo autem dextram fulcit, clunibus prominentibus, et latere oculis patente nudo." Non viderunt viri docti *πλευρᾷ διῃρμένῃ* eſſe legendum: *latere* erecto, elato, quod ipſe ſtatus corporis docet. cf. ſup. de Narciſſo Philoſtr. ſen. I, 23. vbi adoleſcens ſtat erectus decuſſatis pedibus, (*ὥστε*) *ἀνασχεῖν τε αὐτὸν* (melius forte *αὐτὸ, τὸ ἰσχίον*, vt femur promineat) *καὶ σχῆμα πράττειν, ἐκκειμένων τῶν γλουτῶν, διὰ τὴν τῶν ἀριστερῶν ἔκκλισιν. ἰσχίον ἀνέχον τὸ λοιπὸν σῶμα, femur, quod ſuſtinet corpus, par ferendo*

XV. Meleager. Venatio agri Calydonii in monimentis antiquis obuia. Placet ſibi ſcriptor in deſcribenda fera, Atalanta et Meleagro. Proſtratus iam iacet Ancaeus femore apri dente percuſſo; Atalanta ſagittam iamiam eſt emiſſura; Meleager protento ſiniſtro pede venabulum tenet tanquam mox feram irruentem excepturus; Peleus gladium ad impetum apri ſuſtinendum. Bene adumbrata res, melius quoque, quam in nonnullis anaglyphis. Meleagri inprimis omnibus numeris abſoluta eſt deſcriptio, quae cum in eius ſigna, tum omnino in heroum ſpeciem praeclare conuenit *g*).

XVI.

rendo toti corpori, non tenue nimis. — *καὶ βραχίων ξυνὼν ἀπαλότητι σφυγμῶν. brachium, in quo tenerum obſerues arteriarum motum.* Sic legit et vertit cum Morello Olearius, at *σφυγμὸς*, quem nos *pulſum arteriarum* appellamus, parum conuenit. In Aldd. erat *ξυνὼν ἀπλότητι φρυγῶν.* Legendum *βραχίων — σφριγῶν*, nam *σφριγᾶν* proprie de corpore iuuenili vigente et ſucci pleno. Occurrit in hoc ipſo ſcriptore inf. XV. de Meleagro: *στυφρὸς μὲν ὁ νεανίας καὶ πάντῃ σφριγῶν.* Sed *ἀπαλότητι* recte; et *ξυνὼν ἀπαλότητι* nihil amplius eſt quam vulgare, *σφριγῶν σὺν ἀπαλότητι.* ne nimium turgeſcere videatur. In ſeqq. lacuna eſt in Aldd. poſt *ἔρως τι.*

g) Vt ad h. l. e Sponio marmor vetuſtum cum Philoſtrato comparauit Olearius, ſic alia monimenta antiqua Beger Obſſ. in numiſmata, in Epiſt. ad Spanhem. pr. qua defendit Apollinem in numis Aetolorum, et Meleagrum excludit. *Ὡς πρὸς λόγου τῇ βάσει.* pro ſollenni *ὡς πρὸς λόγον τῆς βάσεως, ad rationem veſtigiorum:* defenditur ex cap. IV. p. 868. l. 13. Ea ipſa veſtigia apri pictor expreſſerat, ad apri magnitudinem declarandam. mirum acumen! p. 887. l. 8. *τὸ δὲ κάλλος — ἀνίστησιν ὁ καιρὸς ἐπὶ μᾶλλον.* leg. *ἔτι μᾶλλον.* In fine *ἐκδεξομένου* non erat mutandum; ita fert negligentia ſcriptorum, in noſtro forte affectata.

XVI. Neſſus. A multis tractatum hoc quoque argumentum. Nunc Hercules curru vectus per medium fluuium Euenum; puero Hyllo eidem inſiſtente; arcum tenet laeua protenta, et dextra papillae admota, tanquam qui modo ſagittam emiſerat; viderat enim Neſſum Centaurum, cui Deianiram coniugem tranſuehendam dederat, in littus euectum, eam tentantem; qui iam ſagitta emiſſa percuſſus animam agit; Deianira, periclitantis facie et metu correpta, manus ad coniugem tendit; manibus prae gaudio plaudit Hyllus, Neſſo ſagitta transfixo *h*).

XVII. Philoctetes. Sedens ille, eo habitu, quo in artis priſcae operibus exhibitus occurrit, contabeſcens ex morbo, ſuperciliis contractis prae moerore, oculis in cauo latentibus, vigore destitutis, coma ſqualida, barba horrida, lacernis indutus, talo pedis obuoluto. Poſſis igitur hac et aliis tabulis adhuc expoſitis commode vti in nonnullis notioribus antiquis monimentis illuſtrandis *i*)

Ita

h) Mirationem in hac narratione facit, quod Hercules *curru* conſcenſo amnem aeſtuantem et in littus exundantem ſuperauit; quod incredibile eſt, ſi currnum vitae heroicae ſpeciem animo repetes, quam exigui illi humiles ac leues fuerint. In fine: τὸ δὲ παιδίον, ὁ Ὕλλος, ἐφέστηκε μὲν τῷ δίφρῳ. Inter μὲν et δίφρῳ vacuum ſpatium relictum eſt in edd. Aldd. nec apparet quae lacuna eſſe poſſit

i) Proxime ad hanc tabulam ſimilitudine accedit Marmor ex Villa Albani ſingulari libello editum. ἀναφέρων ἐς τὴν τοῦ Ἡρακλέους τροφήν. Ita rhetores abſolute dicere amant, quod eſt ἀναφέρειν τὸ γένος εἴς τινα. ita et h. l. *profectum ſe profeſſus ex Herculis contubernio.* Vt Iaſon ap. Pindar. P. IV, 180. φέρω τὴν διδασκαλίαν Χείρωνος οἴσειν etc.

Ita quidem exegimus hoc quicquid eſt operae illuſtrandis his Imaginibus, rhetoricis coloribus ictis, adumbrantibus ſaltem antiqua artis monimenta, interdum etiam veris artis genuinae lineis, videmurque nobis hoc ſaltem effeciſſe, vt nec nimium tribuatur his priſcae artis ſimulacris, nec iis letrahatur omnis honos, cumque eo omnis auctoitas in illuſtrandis antiquis operibus His igitur ıanibus dimiſſis, ad ſollemnia, quorum cauſſa aec ſcripta ſunt, animum aduertamus, bona vota recesque ore animisque concipiamus; et Vos, ommilitones, *fauete linguis*, *veſtra eſt iſta dies*, *auete Muſae!* *k*) P. P. in alma Georgia Auguſta ır. Kal. Septembres cIↃIↃccc.

k) Statii verba ſunt Silv. II, 7, 19.

* * *

[Per hos annos, in quibus has Proluſiones ſtatis temporibus ſcripſeram, Iacobs, Vir doctiſſimus, in Exercitationum crit. To. II. Philoſtrato vtrique curas criticas ſecundas adhibuerat; cuius acumine delectatus temperare mihi nequeo, quo minus potiores, nondum a me memoratas, correctiones hic ſubiiciam. Etſi enim bene intelligam, a futuro editore in ipſis Exercitationibus eas melius lectum iri: mihi tamen, quamuis de Sophiſtae verbis minus quam de ipſis rebus et picturis laboranti, minus aerumnoſa res fuit, poſtquam ſuperiores Proluſiones ſcripſeram, ſumto in manus libro ſingula loca recognoſcere et ſagacitatem acumenque criticum viri doctiſſimi admirari. In *Philoſtrato ſeniore* lib. I. 9. p. 775. abietes *ἐν τοῖς οὔρεσι ῥᾷον αὐξανόμεναι τοῦ ἄνω* legit *τῷ ἀνέμῳ*. p. 777. in *τὸ μᾶλλον* latere *τὸν μαλλὸν* ſuſpicabar et ipſe, ſed reliqua non ſatis commode refingi poſſe videbam. c. 13. pr. bene in *τί φῇσεις;* delet *τι*. Lib. II, 18. de Cyclopum inſula, lectionem priſtinam: *κατοίκηται δὲ*

αὐτοὺς καὶ ποιμένας τὰ πρόβατα βόσκουσα ab Oleari interpolatam queritur, ipſe conj. *πεποίηται δὲ αὐτοὺ ποιμένας εἶναι. τὰ γὰρ πρόβατα βόσκουσι.* In his plur mutata et inſerta vides. Attigeram locum ſup. 129 b ſed chartulam adiectam obliti erant adhibere librari in qua haec adſcripta erant: "Non bene mutau Olearius lectionem edd. et codd. *πεποίηται* (ſcil. *ἡ γῆ αὐτοὺς, καὶ ποιμένας, τὰ πρόβατα βόσκουσα*, in verba *πεποίηται δὲ καὶ αὐτοὺς τοὺς ποιμένας. καὶ τὰ πρόβατα βόσκουσα.* Nobis quidem videntur aliena aſſuta eſſe cum Sophiſta ſcripſiſſet: *πεποίηται δὲ αὐτοῖς τοῖς ποιηταῖς* ſcil.) *καὶ ποίμνας βόσκουσα*, (ſcil. *ἡ γῆ*) illatum eſt poſtea gloſſema, *τὰ πρόβατα.* Ceterum Sophiſt permiſcet duas in Homero diuerſas inſulas, alteram Cyclopum, alteram iſti praetextam ex aduerſo, ad quam Vlyſſes appulerat, nil praeterquam capras ſilueſtres alentem." At mox ſcite pro *ἄγριον δὲ ὀρᾷ.* conijcit *ἀχρεῖον δὲ ὁρᾷ.* In Hercule furente c. 23. p 848. *ἤρτηται ἐκ τῶν χειρῶν* etiam ipſe emendat; reliqua loci praecedenti vulnera ſine codice fruſtra tentari arbitror. Cap. 2[illegible] p. 849. *ὅπου γάρ τι καὶ μικρὸν ἑαυτῆς ἀρόσαι παραδέδωκεν ἡ γῆ, ἔοικεν, εἰ συνίημι, οὐδὲ ἀπόρῳ.* tent[illegible] veram *οὐδὲ εὐπόρῳ*, *non fertili*, ſed ſterili. Cu[m] tamen parum conſiderem, abieci, nec memoraui, [illegible] acquieui in eo, quod, quae arata ſunt, a tergo ara[n]tis nigreſcunt vt in Homericis: *ἡ δὲ μελαίνετ᾽ ὄπισθεν, ἀρηρομένῃ δὲ ἐῴκει.* Nunc video Iacobſium ſagacit[er] conieciſſe *ἡ γῆ ἔοικεν, εἰ σύνιημι, οὐκ εὐπορῶ*, conu[e]nienter ſententiae, quae ex princ. cap. requirebat[ur]. Cap. 28. de telis aranearum, in quo multa imped[ita] habentur, bene expedit *γραφῇ, ἢ καὶ δοκεῖ σοι.* [illegible] de aſſumenda negatione e cod. dubitandum in ex[illegible] *ὅμως οὐ ταράττουσι.* c. 33. de Palaeſtra rubicundo c[or]pore ex ſole: *καὶ φοινίττει τὴν κόρην μετρίῳ τῷ ἰ[δίῳ]* pro quo ante Olearium legebatur *μετρίᾳ τῇ ἰδῃ*: doct[i] ſcripſit *μετρίᾳ τῇ εἵλῃ*, quod illo tempore in mente haud veniebat.

In *Philoſtrato iuniore*, cap. I. de Achille in Scy[ro] acute vidit Iacobs, id quod in edd. ante Olearium [illegible] pictus aſteriſcus docere debebat, duo capita tem[ere] eſſe in vnum contracta et confuſa; prius de Achi[lle] alterum de Neoptolemo; qua re animaduerſa libera[tur] ipſe tabulae auctor reprehenſione duplicis argum[enti] in vna eademque tabula conflati: piget haec h[illegible] anim[illegible]

animaduertiſſe. Probanda quoque eſt ſine haeſitatione emendatio ᾖδὴ δὲ ἡ ἀναχαιτίζουσα pro ἥδιον δέ. In cap. 4. de Acheloi et Herculis pugna plura conjicit: ἐγείρας τὸν αὐχένα, pro, ἐγείρας τὸν πῆχυν, de dracone dictum. ὡς ἐς βολὴν ἵεται emendat συμβολὴν, ad pugnam. In fine equidem expungebam οἱ in verbis: προτείνει δὲ αὐτῇ τὸ τοῦ Ἀχελῴου κέρας οἱ ἕδνον τοῦ γάμου, Iacobs mutat in ὡς. — Cap. 9. etſi καὶ (ὅτι) τὰ μέλλοντα (ſcil. γίνεσθαι) — ἐκ μοιρῶν γίνεται ferri poteſt, elegantior tamen eſt emendatio διδοὺς ἐννοεῖν — τὰ μέλλοντα γίνεσθαι. — Cap. 10. in verbis: εἰ δὲ καὶ ὀπώρας δεήσῃ, πάρεστί σοι αὐτὴ, ſcitiſſima eſt coniectura: πάρεστί σοι ἀλωή. in loco deprauatiſſimo eiusd. cap. ἀλλ' ἐν κύκλῳ μὲν ἰόντων p. 880. extr. ſententiam ſaltem aptiſſimis verbis reddidit. Cap. 11. p. 881. τὴν κεφαλὴν ἐς τὴν γῆν νεύων ὕπνῳ βρίθουσαν legendum eſſe pro οὕτω, nemo dubitabit. Cap. 19. negationem ſtatim in fronte capitis addidit: οὐ μὲν ἐπὶ τῷ στρατηγεῖν ἔτι.]

αὐτοὺς καὶ ποιμένας τὰ πρόβατα βόσκουσα ab Olea[rio] interpolatum queritur, ipſe conj. πεποίηται δὲ αὐτο[ὺς] ποιμένας εἶναι. τὰ γὰρ πρόβατα βόσκουσι. In his plu[ra] mutata et inſerta vides. Attigeram locum ſup. 129 [sed] ſed chartulam adiectam obliti erant adhibere librar[ii] in qua haec adſcripta erant: "Non bene mutat Olearius lectionem edd. et codd. πεποίηται (ſcil. ἡ γ[ῆ]) αὐτοὺς, καὶ ποιμένας, τὰ πρόβατα βόσκουσα, in verb[a] πεποίηται δὲ καὶ αὐτοὺς τοὺς ποιμένας, καὶ τὰ πρόβατ[α] βόσκουσα. Nobis quidem videntur aliena aſſuta eſſe cum Sophiſta ſcripſiſſet: πεποίηται δὲ αὐτοῖς τοῖς ποιμ[έ]ναις ſcil.) καὶ ποίμνας βόσκουσα (ſcil. ἡ γῆ) illatum eſt poſtea gloſſema, τὰ πρόβατα. Ceterum Sophiſt[a] permiſcet duas in Homero diuerſas inſulas, alteram Cy[clopum], clopum, alteram iſti praetextam ex aduerſo, ad qua[m] Vlyſſes appulerat. nil praeterquam capras ſilueſtres al[en]tem." At mox ſcite pro ἄγριον δὲ ὁρᾷ. conii[c]it ἀχρεῖ[ον] δὲ ὁρᾷ. In Hercule furente c. 23. p 848. ἤρτηται ἐκ τῶ[ν] χειρῶν etiam ipſe emendat; reliqua loci praecedenti[s] vulnera ſine codice fruſtra tentari arbitror. Cap. 2[6] p. 849. ὅπου γάρ τι καὶ μικρὸν ἑαυτῆς ἀρόσαι παρ[έ]δέδωκεν ἡ γῆ, ἔοικεν, εἰ συνίημι, οὐδὲ ἀπόρῳ. tent[a]veram οὐδὲ εὐπόρῳ, non fertili, ſed ſterili. Cu[m] tamen parum confiderem, abieci, nec memoraui, [et] acquieui in eo; quod, quae arata ſunt, a tergo ara[n]tis nigreſcunt vt in Homericis: ἡ δὲ μελαίνετ' ὄπισθε[ν], ἀρηρομένῃ δὲ ἐῴκει. Nunc video Iacobſium ſagacit[er] coniecisse ἡ γῆ ἔοικεν, εἰ σύνίημι, οὐκ εὐηρότῳ, conu[e]nienter ſententiae, quae ex princ. cap. requirebatu[r]. Cap. 28. de telis aranearum, in quo multa impedit[a] habentur, bene expedit γραφῇ, ἢ καὶ δοκεῖ σοι. n[e] de aſſumenda negatione e cod. dubitandum in ext[r.] ὅμως οὐ ταράττουσι. c. 33. de Palaeſtra rubicundo co[r]pore ex ſole: καὶ φοινίττει τὴν κόρην μετρίῳ τῷ Ἰδ[ῃ] pro quo ante Olearium legebatur μετρίᾳ τῇ ἴδῃ: docti[s] ſcripſit μετρίᾳ τῇ εἵλῃ, quod illo tempore in mente[m] haud veniebat.

In *Philoſtrato iuniore*, cap. 1. de Achille in Scy[ro] acute vidit Iacobs, id quod in edd. ante Olearium a[p]pictus aſteriſcus docere debebat, duo capita teme[re] eſſe in vnum contracta et confuſa; prius de Achill[e] alterum de Neoptolemo; qua re animaduerſa liberat[ur] ipſe tabulae auctor reprehenſione duplicis argume[nti] in vna eademque tabula conflati: piget haec ha[ud] anim[a]

animaduertiſſe. Probanda quoque eſt ſine haeſitatione emendatio ἤδη δὲ ἡ ἀναχαιτίζουσα pro ἥδιον δέ. In cap. 4. de Acheloi et Herculis pugna plura conicit: ἐγείρας τὸν αὐχένα, pro, ἐγείρας τὸν πῆχυν, de dracone dictum. ὡς ἐς βολὴν ἴεται emendat συμβολὴν, ad pugnam. In fine equidem expungebam οἱ in verbis: προτείνει δὲ αὐτῇ τὸ τοῦ Ἀχελῴου κέρας οἱ ἕδνον τοῦ γάμου, Iacobs mutat in ὡς. — Cap. 9. etſi καὶ (ὅτι) τὰ μέλλοντα (ſcil. γίνεσθαι) — ἐκ μοιρῶν γίνεται ferri poteſt, elegantior tamen eſt emendatio διδοὺς ἐννοεῖν — τὰ μέλλοντα γίνεσθαι. — Cap. 10. in verbis: εἰ δὲ καὶ ὀπώρας δεήσῃ, πάρεστί σοι αὐτὴ, ſcitiſſima eſt coniectura: πάρεστί σοι ἀλωή. in loco deprauatiſſimo eiusd. cap. ἀλλ' ἐν κύκλῳ μὲν ἰόντων p. 880. extr. ſententiam ſaltem aptiſſimis verbis reddidit. Cap. 11. p. 881. τὴν κεφαλὴν ἐς τὴν γῆν νεύων ὕπνῳ βρίθουσαν legendum eſſe pro οὕτω, nemo dubitabit. Cap. 19. negationem ſtatim in fronte capitis addidit: οὐ μὴν ἔτι τῷ στρατηγεῖν ἔτι.]

αὐτοὺς καὶ ποιμένας τὰ πρόβατα βόσκουσα ab Olearic interpolatam queritur, ipſe conj. πεποίηται δὲ αὐτοὺ ποιμένας εἶναι. τὰ γὰρ πρόβατα βόσκουσι. In his plura mutata et inſerta vides. Attigeram locum ſup. 129 b) ſed chartulam adiectam obliti erant adhibere librarii in qua haec adſcripta erant: "Non bene mutaui Olearius lectionem edd. et codd. πεποίηται (ſcil. ἡ γῆ αὐτοὺς, καὶ ποιμένας, τὰ πρόβατα βόσκουσα, in verba πεποίηται δὲ καὶ αὐτοὺς τοὺς ποιμένας, καὶ τὰ πρόβατα βόσκουσα. Nobis quidem videntur aliena aſſuta eſſe cum Sophiſta ſcripſiſſet: πεποίηται δὲ αὐτοῖς (τοῖς ποιηταῖς ſcil.) καὶ ποίμνας βόσκουσα (ſcil. ἡ γῆ) illatum eſt poſtea gloſſema, τὰ πρόβατα. Ceterum Sophiſta permiſcet duas in Homero diuerſas inſulas, alteram Cyclopum, alteram iſti praetextam ex aduerſo, ad quam Vlyſſes appulerat, nil praeterquam capras ſilueſtres alentem." At mox ſcite pro ἄγριον δὲ ὁρᾷ. coniicit ἀχρεῖον δὲ ὁρᾷ. In Hercule furente c. 23. p 848. ἤρτηται ἐκ τῶν χειρῶν etiam ipſe emendat; reliqua loci praecedentis vulnera ſine codice fruſtra tentari arbitror. Cap. 24 p. 849. ὅπου γάρ τι καὶ μικρὸν ἑαυτῆς ἀρόσαι παραδέδωκεν ἡ γῆ, ἔοικεν, εἰ συνίημι, οὐδὲ ἀπόρῳ. tentaveram οὐδὲ εὐπόρῳ, non fertili, ſed ſterili. Cum tamen parum conſiderem, abieci, nec memoraui, et acquieui in eo; quod, quae arata ſunt, a tergo arantis nigreſcunt ut in Homericis: ἡ δὲ μελαίνετ' ὄπισθεν ἀρηρομένῃ δὲ ἐῴκει. Nunc video Iacobſium ſagaciter conieciſſe ἡ γῆ ἔοικεν, εἰ σύνιημι, οὐκ εὐηρότῳ, conuenienter ſententiae, quae ex princ. cap. requirebatur. Cap. 28. de telis aranearum, in quo multa impedite habentur, bene expedit γραφῇ, ᾗ καὶ δοκεῖ σοι. ne de aſſumenda negatione e cod. dubitandum in ext ὅμως οὐ ταράττουσι. c. 33. de Palaeſtra rubicundo corpore ex ſole: καὶ φοινίττει τὴν κόρην μετρίᾳ τῷ ἴδει pro quo ante Olearium legebatur μετρίᾳ τῇ ἴδῃ: doctius ſcripſit μετρίᾳ τῇ εἵλῃ, quod illo tempore in mentem haud veniebat.

In *Philoſtrato iuniore*, cap. 1. de Achille in Scyro recte vidit Iacobs, id quod in edd. ante Olearium appictus aſteriſcus docere debebat, duo capita temere eſſe in vnum contracta et confuſa; prius de Achille alterum de Neoptolemo; qua re animaduerſa liberatur ipſe tabulae auctor reprehenſione duplicis argumenti in vna eademque tabula conflati: piget haec had

animad

animaduertiſſe. Probanda quoque eſt ſine haeſitatione emendatio ἤδη δὲ ἡ ἀναχαιτίζουσα pro ἥδιον δέ. In cap. 4. de Acheloi et Herculis pugna plura conlicit: ἐγείρας τὸν αὐχένα, pro, ἐγείρας τὸν πῆχυν, de dracone dictum. ὡς ἐς βολὴν ἵεται emendat συμβολὴν, ad pugnam. In fine equidem expungebam οἱ in verbis: προτείνει δὲ αὐτῇ τὸ τοῦ Ἀχελῴου κέρας οἱ ἕδνον τοῦ γάμου, Iacobs mutat in ὡς. — Cap. 9. etſi καὶ (ὅτι) τὰ μέλλοντα (ſcil. γίνεσθαι) — ἐκ μοιρῶν γίνεται ferri poteſt, elegantior tamen eſt emendatio διδοὺς ἐννοεῖν — τὰ μέλλοντα γίνεσθαι. — Cap. 10. in verbis: εἰ δὲ καὶ ὀπώρας δεήσῃ, πάρεστί σοι αὐτὴ, ſcitiſſima eſt coniectura: πάρεστί σοι ἀλωή. in loco deprauatiſſimo eiusd. cap. ἀλλ' ἐν κύκλῳ μὲν ἰόντων p. 880. extr. ſententiam ſaltem aptiſſimis verbis reddidit. Cap. 11. p. 881. τὴν κεφαλὴν ἐς τὴν γῆν νεύων ὕπνῳ βρίθουσαν legendum eſſe pro οὕτω, nemo dubitabit. Cap. 19. negationem ſtatim in fronte capitis addidit: οὐ μὲν ἐπὶ τῷ στρατηγεῖν ἔτι.]

XI.

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE
PRORECTOR
THEOPH. IACOB. PLANCK D.
CVM SENATV
SVCCESSOREM
IN
MAGISTRATV ACADEMICO
GE. IAC. FRIED. MEISTER D.
CIVIBVS SVIS
HONORIS ET OFFICII CAVSSA
COMMENDAT
INDICTIS AVSPICIIS
IN D. II. MARTII cIↄIↄccci.

***Calliſtrati ſtatuarum illuſtratio* c. I — extr.**

Semeſtri ad finem properante, Commilitones, propitio numine transferentur die craſtina magiſtratus academici inſignia in Prorectorem deſignatum

GE. IAC. FRID. MEISTERVM D.

virum iuris conſultiſſimum, nec magis profeſſione cathedrae diſciplinaeque, quam vita, ſtudio et moribus, iuſti rectique ſeruantiſſimum, cuius conſi-

liis

liis et auctoritate res veſtras per proximum ſemeſtre curatum iri iubentes volentesque audietis. Quam igitur per ſuperius ſemeſtre laudem meruiſtis, diſciplina academica vix vnquam contemta ac laeſa aut turbata tranquillitate publica legumque ſanctitate, eam vt tueamini, et vt magiſtratui veſtro fidem et obſequium praeſtetis, ad religionem veſtram pietatemque ſpectare putate, cum in academia is, qui rerum veſtrarum et tutelam agit, idem ſit parentis loco vobis habendus.

Ad ſumenda magiſtratus inſignia et faciendi noui muneris auſpicia indicta eſt craſtina dies: qua et ab abeunte, et ab ineunte magiſtratum, perſoluentur ſuſcipienturque publice vota pro ſalute et incolumitate reipublicae, in quae vos eſſe conſenſuros, et grato laetoque votorum concentu numen propitium veneraturos, et ſperamus, et voluntatibus noſtris vos obſequio reſponſuros eſſe, pro certo habemus.

Iam quod toties in his ſollennibus erat votis precibusque expetitum, vt pacis ſidus exoriretur, eius tandem voti factos nos videmus compotes. Incidit in ſemeſtris elapſi ſpatia primum illa ſaecularis hilaritas, qua vertente anno in nouum aetas noſtra tranſiit ſaeculum; tum quoque memorabilis illa dies, qua primum factae armorum induciae foedos belli horrores ac procellas diſpulere; mox etiam pacis primum diluculum illuxit; nunc vero dies exoptatiſſima, menſis huius nona, qua tanquam caeleſti fomite nutrita lux in plenum diem emerſiſſe et manifeſta Pax prodiiſſe narratur. Habebitur numini O. M. iuſta ſupplicatio ac ſollennis tempore ſuo;

nunc autem animis ſaltem ex parte metu ſolutis gratiae agentur prouidenti deo, eique ſupplicabitur, vt reliquis quoque, qui imminent, terroribus ſublatis, liber aliquando a curis moleſtiisque animus Muſarum ſtudiis vitaeque officiis plane ac vere vacare poſſit. Verſamur adhuc in Pacis deae ſanctiſſimae veſtibulo, in aedis interna intentis oculis proſpicientes, deam adyto velut velo obducto obſeptam, tamquam per nebulam, cernimus: vtinam remoto aulaeo laetus mox et plena luce vndique ab omni parte colluſtratae deae adſpectus nobis adorantibus contingat, vtque eius oracula votis iuſtis piisque noſtris reſpondeant? Fouemus iam nunc animis geſtientibus ſpectaculi gratiſſimi proſpectum iucundum, et pacis tanquam primitias exhilaratis mentibus praecerpimus.

Fauſta vota rite ac pie praefati, Commilitones, ad id pergimus, quod munus hoc praefandi maiore ex parte conſtituit, vt ſermocinemur familiariter de quaeſtione aliqua e communi litterarum penu promta. Nouo nunc quaſi rerum ordine inde a pace parta procedente, abſoluemus argumentum, quo, quippe nulli ſiniſtrae interpretationi et calumniae obnoxio, vtili tamen et ſtudiis noſtris conſentaneo, inoffenſe et ſalubriter per plures annos hoc ſcriptionis officium exegeramus: commentationes, inquam, in ſcriptores veteres opera artium rhetorico ornatu enarrantes. Philoſtrato vtrique nunc ſubiungemus *Calliſtratum*, ſeriorem iſtis, ſi recte iudicamus, ſophiſtam, nec cum rhetore, aut cum grammatico, Ariſtarchi aequali, nec cum eo, quem

plus

plus quam centum annis antiquiorem Philoſtratis Plutarchus memorauit, confundendum: orationis vtique ornamentorum ac lenociniorum mirabilem artificem, ſtatuarum enarratorem haud ineptum, et dilectu ſimulacrorum a ſummis ſtatuariis elaboratorum nobis quidem gratiſſimum. Vulgatus ille eſt ſtatim cum Philoſtratis prelo Aldi, qui eum eodem codice adiunctum reperiſſe videtur; nec multi alii codices ex eo tempore innotuere. Ἐκφράσεις inſcripti ſunt, enarrationes ſeu deſcriptiones, rhetorica exercitatione potius inſtitutae quam artis commendandae et interpretandae cauſſa. Dubitare licet, an ipſe ſigna, quae declarauit, viderit. Certe ante oculos non habuit, tum cum ſcribebat; nam tempore praeterito vbique vtitur. Quod tamen in hoc ſcriptore admiramur, eſt, quod communem ſermonem mira arte artium notionibus accommodare nouit; quae ad formae proprietates et varietates ſpectant, verbis ſuis propriis deſtituta, ingenioſe per vocabula tropica a mente et oratione petita declarare allaborauit. Tituli capitibus his XIV. ſunt praeſcripti ab indocto librario; iis itaque omiſſis ſimpliciter apponemus nomina eorum, quorum ſtatuae exhibentur.

I. Satyrus: ſeu, quem nos dicimus, *Faunus*, ex lapide; iuuenili ſpecie, tibia canens, ſimulque, tanquam ſono laetatus, ſaltans: qua ſpecie Faunus etiamnum inter ſigna antiqua occurrit. Expreſſa erat in ſigno ſumma virium intentio inflantis tibiam, venis turgentibus, et ſpiritu ex alto pectoris petito; idque tam vere ad naturam,

 ac

ac ſi ipſe lapis ex latentibus meatibus flatum peteret. Corpus iuuenile, nec tamen molle, ſed virile et paullo horridius, vtpote numinis agreſtis; coma hedera cincta, lapide molliter in ramos flexo.

Haec quidem praeclare eſſe adumbrata, nolis negare. At diſplicet, quod narratur adſtare Pan, amplectens Echo nympham, ne illa cantu delinita ſonis reſpondeat. Ineptum acumen, ſiue Panis ſimulacrum, ſiue ipſum deum adſtare dicere voluit. Multo tamen magis intemperatum Sophiſtae ſtudium in circumſpiciendis iis, quae noua et inſolita vel inaudita haberi poſſint. Ait auctor hoc ſimulacrum ſe vidiſſe in ſyringibus ad Thebas Aegypti, hoc eſt, in cauis meatibus per montis radices effoſſis; in quibus quem locum Faunus habere potuerit, nos quidem haud aſſequimur. Addit ille, hoc Satyro viſo, in quo vis cantus tam efficaci arte expreſſa erat, ſe non amplius dubitare de vocali Memnonis ſimulacro. Forte haec ipſa comparatio hominem ad ſyringas deduxit; non enim tam putide nugax eſſe potuit, vt a ſyringis etymo, quatenus etiam ſyrinx, ſeu fiſtula, poteſt inter tibias referenda videri, ad ſyringas Thebarum ille deueniret *a*).

II.

a) Subnotabimus nunc nonnulla ad ſingula loca. Satyrum eſſe diximus, quem nos Faunum appellamus: quod ad alios quoque Satyros, velut Praxitelis et Scopae, obſeruari volumus. (*Antiquariſche Aufſätze*, P. II. p. 62.) De hoc quidem Satyro conſtat, ex verbis: *εἱστήκει μὲν ἐπί τινος κρηπῖδος* (in baſi) *εἰς χορείαν εὐτρεπίζων τὸ σχῆμα, καὶ τῆς δεξιᾶς βάσεως*

τὸν

II. Baccha, nobiliſſimum Scopae opus, e marmore Pario, Epigrammatibus quoque celebratum;

τὸν. ταρσὸν ὄπισθεν ἐξαίρων. Eſſe ἐς χορείαν legendum pro εἰς χωρίον. in oculos incurrit; idque iam perſpectum a ſagaciſſimo critico, Iacobs., cuius ſunt animaduerſiones nonnullae in *Bibliothek der alten Litteratur*, P. X. p. 36. [Multo copioſiores eas et elaboratiores ediderat in Exercitationibus criticis. To. II. Quandoquidem tum, cum Proluſiones ſcribebam, nec otii ſatis ſuppeditebat, vt in capitibus ſingulis aliorum commentationes inſpicerem, et omnino, naturae vitio neſcio quo, alienus ſum ab eo more, vt in medio lectionis et commentationis curſu, quid alii de ſingulis aut monuerint aut coniectauerint, anxie circumſpiciam; id quod equidem ad curas ſecundas differre ſoleo]. Inf. c. IX. Daedali ars potuit ἐξιστάναι τὰς ὕλας, in motum ciere materiam, καὶ εἰς χορείαν κινεῖν. Mox πρὸς τὴν ἠχὴν πρῶτος ἐξανίστατο ad exſultationem ſpectare obuium eſt. τῇ μὲν γὰρ αὐτοῦ μέλος οὐ προσῆπτεν αὐλοῦντος, οὐδὲ ἦν ὁ αὐλὸς ἔμφωνος. Poteſt προσῆπτε corrigi προσέπτη, eleganter tamen idem vir doctus emendat, προσέπιπτε. [Nam ſollennia ſunt προσβάλλειν et προσπίπτειν de iis quae ſenſus feriunt, tangunt.] Mox οἶδες ἂν in ed. Olear. eſt vitium pro εἶδες. — [ἐκ τῶν ἀμηχάνων πόρων videri duci halitum. Poſſis ſuſpicari ἐξ ἀχανέων, e meatibus non hiantibus, ideoque obſcuris. ſed ἀμήχανα difficilia ſunt pro diuerſa re diuerſis modis; itaque etiam meatus difficiles cognitu et obſeruatu, obſcuri, latentes.] In fine ἡδονῆς καὶ λύπης παρουσίᾳ διοικούμενος. "ab affectu ductus," quandoquidem is, qui *aliqua ex re pendet*, ei obnoxius eſt, dicitur ab ea διοικεῖσθαι. Sic inf. 9. de natura Saxi: καὶ ἡ μὲν φύσις (natura) τὴν λίθων γένεσιν (indolem) ἄφθονον παρήγαγε καὶ κωφήν, καὶ μήτε ὑπὸ λύπης ἐθέλουσαν διοικεῖσθαι, μήτε εἰδυῖαν ἡσθῆναι. ἐκείνῳ δὲ τῷ Μέμνονος λίθῳ καὶ ἡδονὴν παρέδωκεν ἡ φύσις καὶ πέτραν ἀνέμιξεν ἀλγεινῷ (h. e. τῷ ἄλγει). Contra ars, et ex ea marmor et aes, dicuntur *dominationem exercere*, δεσπόζειν, c. II. extr. δυναστεύεσθαι c. III. et δυναστεύειν. c. IV. extr. κυριεύειν. c. VI. hinc etiam ἐξουσία, qua voce miris modis

 hic

tum; quo loco poſitum fuerit, nusquam memoratur. Quod in eo inprimis laudatur, eſt expreſſa in ipſa formae pulchritudine bacchatio; coma ſoluta, a vento agitata, in marmore mira cum arte reddita; cum etiam diſcriminatam eam putares; manu geſtabat capellam a ſe diſcerptam et iugulatam *b*).

Subtiliter ingenioſus eſt ſcriptor in declaranda ſenſus adumbratione, qui in hoc opere eximio ineſſe videbatur *c*). Inerat, ait, lapidi ſignificatio

hic auctor vtitur: ſic c. II. *λίθος — εἰς ἐξουσίαν ἀμοιρῶν κινήσεως*, tamen bacchari videbatur, h. bacchantem Baccham reddere. c. V. *πρὸς τριχώματος ἐξουσίαν ἠκολούθει* ita vt capilli natura quaſi imperaret, cui lapis obtemperaret. *ἑστὼς δὲ, ὁρμῆς ἐξουσίαν ἔχειν ἐδείκνυτο.* c. VI. *τούτων ἡ τέχνη τὴν ἐξουσίαν ἐπορίζετο.* c. XI. *ὁ κηρὸς πρὸς τῆς θαλάσσης τὴν ἐξουσίαν ἐξαλλαττόμενος.* c. XIV. vbi tamen *οὐσίαν* eſt accommodatius.

b) Eſt adeo in Epigr. Glauci Tom. II. Anal. p. 347. *χιμαιροφόνος* non tam epitheton, quam deſcribendae ſtatuae proprium.

c) Multa in hanc rem dicuntur poetico fere ſpiritu, verbis quoque audacibus; ſic manus artificum, tanquam diuini ſpiritus afflatu percitae, opera non fabricantur, ſed *προφητεύουσι τὰ ποιήματα.* Inf. c. III. eandem vocem tribuit ſculpturae tanquam arti vocali: *οἱ λόγοι ἑτέρας ἱερᾶς τέχνης* (antea de eloquentia actum erat) *προφητεῦσαι βούλονται*, pro *λέγειν*, oratorio more dicere. [*πνέονται τέχναι*, recte emendat *ἐπιπνέονται* Iacobs; item *μεστὰ μανίας* pro *μετά*.] Porro: *εἶδες ἂν, ὅτι, καὶ στερεὸς ὢν* (ὁ λίθος) *εἰς τὴν τοῦ θήλεος εἰκασίαν ἐμαλάττετο, γοργότητος διορθουμένης τὸ θῆλυ, καὶ εἰς ἐξουσίαν, ἀμοιρῶν κινήσεος, ἤδη βακχεύεσθαι, καὶ τῷ θεῷ εἰσιόντι τὰ ἔνδον ὑπήχει.* quicquid Olearius dicit, ratio grammatica vna cum ſenſu in his eſt turbata: latet fraus in *ἤδη*, quod *ᾔδη* vel *ᾔδει* eſſe debebat, interpunctione mutata: *καὶ, εἰς ἐξουσίαν ἀμοιρῶν κινήσεως, ᾔδη βακχεύσθαι. et, cum facultate ſe mouendi eſſet priuatus lapis, tamen norat, ſeu poterat*

-atio ſenſus, cum tamen ſenſus ipſe non ineſſet, -r furor Bacchicus manifeſtus erat, cum tamen -lle ab ipſo opere abeſſet *d*). Sic quoque lapis vi vitali

poterat, bacchico impetu ferri. Inſpectis quoque Ald. et Flor. apparuit ἤδει in iis legi. Poſtea in capella ab artifice reddita erat vitae priuatio, non minus quam in Baccha vitae vigor ſummus: καὶ γὰρ τὸ τεθνηκὸς ὁ λίθος ὑπεδύετο. inf. XI. ὁ χαλκὸς τὸ ἔμπνουν ὑπεδύετο. et in Epigr. Tom. III. p. 208. Σάτυρος τὸν χαλκὸν ὑπέδραμεν. acutius, quam ſi mors lapidem ſubiiſſet, nunc lapis ſubiit cadauer, h. e. cadaueris ſpeciem induit; et ſic reliqua, quae ſequuntur. [in quibus ὁ λίθος ſubiectum eſt, vt τὴν ante μίμησιν tollendum, et στήσασαν reſcribendum ſit στήσας. hoc modo: καὶ (ſcil. ὁ λίθος) μίαν οὖσαν τὴν ὕλην εἰς θανάτου καὶ ζωῆς διῄρει μίμησιν, τὴν μὲν (ſcil. ὕλην) ἔμπνουν στήσας, καὶ οἷον ὀρεγομένην Κιθαιρῶνος, τὴν δὲ ἐκ τοῦ βακχείου θανατωθεῖσαν οἴστρου — et ſaxum cadaueris induerat ſpeciem, vnamque et eandem materiam diſpertierat in imitationem mortis et vitae, partim illam (materiem) animatam ſiſtens, et ad Cithaeronem (furorem in eo) tendentem, partim quaſi deficientem et moribundam ex bacchico furore.] Scopas τὰς ἀψύχους εἰδωλοποιῶν γενέσεις, naturas. Vt inf. IX. λίθων γένεσιν dixit, h. e naturam, indolem; et c. VI. τὴν ἐκ γενέσεως βλάστην τριχός, de pilis interioribus, quales, natura ita ferente, eſſe ſolent inter promiſſas ceteras. Bene reddit ἄψυχα γεννήματα, res inanimatas, Olearius; et Demoſthenes μικροῦ καὶ λόγων ἔδειξεν εἶδος αἰσθητὸν, τοῖς νοῦ καὶ φρονήσεως γεννήμασι (orationi) συγκεραννὺς τὰ τῆς τέχνης φάρμακα, artis praeſtigias admiſcendo (veluti in Epigrammate To. III. Anal. p. 89. LVIII. Bacchae ſimulacro τέχνη μανίην ἐγκατέμιξε λίθῳ); ἱερὰ τέχνης γεννήματα dicit c. III. pr.

d) Οὕτω καὶ αἰσθήσεως συνεῖπετο (h. e. παρῆν, ἐνῆν), δήλωμα, μὴ παρούσης αἰσθήσεως. καὶ Βάκχης ἐκβακχεύων θειασμὸς ἐμηνύετο, θειασμοῦ μὴ πλήττοντος. (mentem haud emouente, turbante oeſtro). Sic et mox accipiendum ὁ δὴ καὶ μάλιστα τὸν λογισμὸν ὑπεξίστη, h. e. animum miratione percellebat. [Extrema capitis probabili modo emendata et illuſtrata ſunt a Iacobs.]

vitali priuatus, vitam tamen habere videbatur, eamque viuidiorem ipſa natura. Comparat tandem cum Scopae arte artem Demoſthenis, qui idem, quod alter marmore, ipſe effecit verbis, vt per voces ac ſonos res videantur ſenſui ſubiectae eſſe, (hoc eſt cerni et audiri) vtque voces, veluti marmor, animatas eſſe putes. Sane vt marmor artificis manu formam induit admirabilem, ſic arte oratoris verba mentem et animum, vt animam et vitam habere videatur oratio.

III. *Cupido* Praxitelis. Quantius eſt pretii haec Sophiſtae enarratio, dum ea nobis ſiſtit formam ſtatuae inter ceteras nobiliſſimae. Erat puer, tenellus, floridus, exſultans viſu, oculis viuidis ſimulque placidis, alatus, cum arcu, ſimilis emittenti ſagittam, dextram ad verticem vsque attollens, altera arcum eleuans, ſtatu corporis ad laeuam reclinato; ita vt lumbus laeuus prominens paullulum attolleretur, molli tamen flexu; capilli floridi, criſpi, pubertatem decentes, in ſuperficie, vt fert natura, aliquantum ſubrubeſcentes, alludente aeris colore.

Sophiſtae ars inprimis excellit in declaranda mollitudine aeris in adumbranda corporis, carnis et comae, mollitudine e).

Ceterum

e) [Verba in frontem capitis traducta ab Oleario: ἀπὸ δὲ τῆς Βάκχης πρὸς Ἔρωτα, melius ſuum locum tuebantur in fine capitis antecedentis. Iacobs prorſus eiicere malit.] Inter ſubtiliora ſophiſtae dicta notabimus: ὁ χαλκὸς καὶ αὐτὸς ἐδυναστεύετο eſt pro ἐδυνάστευε [illegible] dictum

Ceterum ex dictis probabile ſit, huius Cupi-
[d]inis ectypum eſſe Cupidinem Florentiae in Cime-
[l]io Archiducis ſeruatum. v. Muſ. Flor. III, 42.
(vbi parum ſcite aere eſt expreſſus.) Alius, alio
tamen ſtatu, Cupido, in Galliam abductus, in Muſ.
Capitol. tab. 24 in miraculis artis habetur. At
[e]nim de ipſo Calliſtratei Cupidinis ſigno ſuboritur
[c]ontrouerſia, vbinam locorum illud poſitum fuerit;
[n]ihil enim de hoc ipſe appoſuit, et, cum plura
[C]upidinis ſigna paſſim commemorentur, etiam a
[P]raxitele elaborata, marmorea tamen, poteſt ſub-
[d]ubitari, an Praxitelis nomen recte hic et inf.
[c]. XI. alii Cupidinis ex aere ſigno attributum a
Calliſtrato ſiit *f*).

IV. Indus. Signum ex nigricante lapide, *Nymphis* apud fontem dedicatum. Habebat comam

dictum: quod docent ſeqq. cf. ſup. ad c. I. in not. extr. Porro: *χαλκὸς, ὑγρὸς μὲν ἦν, ἀμοιρῶν μεγαλειότητος*, haud ſibi reſpondent. Haud melior ſuppetit medicina quam Iacobſii *ἄμοιρος ὑγρότητος*, comparato c. XI. p. 903. *καὶ πρὸς τὸ ὑγρὸν ἤγετο, ἐστερημένος ὑγρότητος*. etſi non apparet, quomodo hoc in iſtud abire potuerit; nec magis placet *ἀμοιρῶν ἁπαλότητος. μαλακότητος*.

f) Dicta ſunt de his diuerſis Cupidinis ſignis multa ac varia a viris doctis, quotquot artium hiſtoriam attigerunt: diſerte iam de iis egit *Iunius* in *Catal. Artif.* add. *Priſcae artis opera ex Epigram. Gr. Comm. I.* p. 91. Acceſſit nuper *Manſo* vir doct. *Verſuch über Mythol.* p. 361. Praeter nobiliſſimum illum Theſpienſem e marmore, alium Theſpiis memorat Pauſan IX, 27. p. 762. a ſe viſum, ex aere Lyſippi opus, alius, in Pario, colonia Propontidis, e marmore et ipſe ſculptus fuit, vt apparet ex Plin. XXXVI, IV, 5. vt et ille, qui a Cicerone Verr. IV, 2. memoratus eſt.

mam largam et criſpam, in ſuperficie in purpura Tyriae colorem ſubfuſcum transeuntem; oculo albos ex ipſo marmore; temulentiam prodeba ſtatu labante et poplitibus ſubinflexis *g*); nam ea facie rubente reddere artifex haud poterat. Simu lacrum erat nudum, nec molle nec venuſtum membrorum tamen iunctura rectum et probandum Quaeras, vnde artifici conſilium venerit, vt In dum temulentum exhiberet, curque ille ad fon tem Nympharum poſitus fuerit. Scilicet cogitan dum eſt de Bacchi expeditione in Indos, et comi tatu eius in quo erant Nymphae: quas vulgar nomine veteres appellarunt Bacchas. Indos nigri cante eſſe colore ſub ſole calidiore conſtat; quod vero comam iis tribuit ſpiſſam et criſpam, (*εὐθαλ* *καὶ οὔλην*) poteſt forte parum recte dictum eſſ videri. Quod oculi ſunt candidi, mirari non licet; cum in multis operibus hoc ſit deprehenſum incluſos, alius coloris et materiae, ea habere ocu los. At in hoc ſigno ipſum marmor ea parte nigro colore in candeſcentem tranſierat.

V. Narciſſus: e marmore, ad fontem i luco poſitus; adoleſcens in prima pubertate con ſtitutus, pulchritudine oculos praeſtringens; ſub moeſto vultu; coma in frontem per cincinnos re voluta, in ceruicem effuſa. Chlamyde indutum fuiſſe apparet, in dextro humero fibula adſtrict

g) [*ὑπότρομός τε καὶ ὑπὸ τὴν γῆν ὀκλάζων.* In *γῆν τὸ* latere ſuſpicabamur, ſed reliqua concinnandi conatu eludebant. Niſi *ἐπὶ τὸ γόνυ* admittas. Nunc Iaco ingenioſe tentauit *ἐπὶ τὴν ἰγνὺν* vel *ἐπὶ τὴν πτέρνη*

et ad genua deſcendente, ſola manu dextra exſerta; pellucebat autem corpus molle ſub ipſo amictu; vt ait Sophiſta; hoc eſt circumſcriptae membrorum formae ſub peplo bene agnoſci poterant. Stabat inſpiciens in fontem, cuius aqua formam reddebat; manu tenebat fiſtulam: quod alibi in Narciſſo notatum non meminimus; paſtoritiam vitam ille habitus declarat; apud Naſonem venatione tenetur. Fabula ipſa eſt ex *Boeoticis*; ad fontem apud Theſpias ſpectans *h*).

Narciſſi

h) [Fabulam iam vidimus in Philoſtrato ſen. I, 23.] Sophiſta etiam hoc in ſigno mollitiem corporis mollitie marmori per artem impreſſa declarare ſtudet; tum quoque in ſimulacro formae in aqua limpida redditae. *παῖς ἦν, μᾶλλον δὲ ἠΐθεος*: vt Ovidius de Narciſſo Met. III, 352. *iamque ter ad quinos vnum Cephiſius annum addiderat, poteratque puer iuuenisque videri.* — Mirum quod Sophiſta in marmoreo ſigno laudat auream comam, *κόμαις ἐπιχρύσοις ἤστραπτε*, ſiue quod rhetorice declarare voluit omnino comam iuuenis flaueſcentem, ſiue quod vere, vt interdum factum eſſe conſtat, inauratae erant comae. — [*τῆς ἐν τῇ περιβολῇ λευκότητος τὴν ἐν τοῖς μέλεσιν αὐγὴν ἐξιέναι συγχωρούσης*. Acute vidit Iacobs *αὐγὴν ἐξιέναι* requirere in altero *λεπτότητος*.] In verbis *ὃν ἐπὶ πηγὴν ἐλθόντα παρὰ νύμφῃ τελευτῆσαι λέγουσι*. manifeſtum eſt *νύμφην* pro aqua poſitam eſſe; vt adeo multo minus de eodem vſu apud poetas dubitari poſſit. Marmor ait ſingularum partium corporis naturae ſe accommodaſſe. – *καὶ πάθη ἐμήνυε, καὶ πρὸς τριχώματος ἐξουσίαν ἠκολούθει, εἰς τὴν τριχὸς καμπὴν λυόμενος*. putes forte *εὐσίαν* magis conuenire; conuenit quoque; vt infra *εὐσία* praelata eſt a Iacobs c. XIV. et mox *λίθος ἐναντίον σῶμα τῇ οὐσίᾳ παρεχόμενος*, *naturae ſuae* contrarium corpus molle et flexile, quod docent ſeqq. c. X. extr. *τῆς ὑγείας οὐσίαν ἐν ἑαυτῇ φέρουσα*, ſigni forma. c. IX. *ὁ χαλκὸς μαχομένην τῇ ἁπαλότητι τὴν οὐσίαν ἔχων*.

Narciſſi ſignum habetur Florentiae v. Muſeum Florent. Tom. III. tab. 71. nam Barberinium noſtra aetate in Muſeum Pio-Clementinum translatum pro Adonide haberi coepit, propter notam vulneris in femore: Muſ. Pio-Clement. Tom. II. tab. 31. Narrat Conca in Villa regia Aranjuez Narciſſi ſtatuam coloſſeam extare. A Bacone nobili apud Britannos ſtatuario Narciſſi ſimulaçrum eſt elaboratum. (v. *Tranſactions of the Society for the encouragement of Arts, Vol. XIII.*)

VI. Occaſio. Καιρός. Nobiliſſimum Lyſippi opus Sicyone poſitum ex aere, Poſidippi carmine in Anthologia quoque notum; cuius diligentiorem deſcriptionem hoc loco cognoſci poſſe iuuat. Erat ſignum pueri pubeſcentis ſpeciem toto corpore reddens, pulchro ore, lanugine ſubnaſcente, coma ſoluta et promiſſa, verſus ſupercilia tamen et genas verſa, dum occiput non niſi pilis tectum erat; color floridus corpus commendabat, Baccho maxima ex parte ſimile; frons venuſta,

ἔχων. Auctor tamen ἐξουσίαν hoc modo vſurpare amat, quatenus lapis naturam capilli reddit; hactenus haec *regnare*, ille *parere* dicitur. v. ad c. I. extr. In extremis verbis ſe ſtatuam adoleſcentibus delineaſſe ait, quia eam tantopere mirabatur: *τοῦτον θαυμάσας, ὦ νέοι, τὸν Νάρκισσον, καὶ εἰς ἡμᾶς παρήγαγον εἰς Μουσῶν αὐλὴν, ὑποτυπωσάμενος*, ita ſe deſcripſiſſe ait auditoribus, vt ea quaſi in Muſarum atrio poſita eſſe videri poſſit. Iunguntur in edd. *εἰς Μουσῶν αὐλὴν ὑποτυπωσάμενος*. Verum et hoc et illo modo ſententia eſt obſcura et oratio affectata. *Ἔχοι δὲ ὁ λόγος ὡς καὶ ἡ εἰκὼν εἶχεν*. Ab Oleario ἔχει eſt excuſum; pro ἔχει, quod non mutandum erat. Ait: *narratio mea ita ſe habet, vt ſimulacrum;* h. e. veriſſime eſt enarrata.

venuſta, genae tanquam pudore, tenero rubore ſuffuſae. Inſiſtebat globo ſummis pedum alatorum plantis, euolanti ſimilis. Molliſſimae artis opus, ſenſum habere viſum et motum.

Habemus hic egregie adumbratum artificum ingenium in variandis formis, quae ſemel ad certam ſpeciem perfectam mente artificis conceptam erant elaboratae. Bacchi forma erat in perpetuum conſtituta; nunc aliae formae huic accedendo variare tantum ſpeciem (*Ideal* nos appellamus) poſſunt, non nouum typum ſummae pulchritudinis corporis iuuenilis teneri et mollis procreare. Itaque ἦν δὲ τῷ Διονύσῳ κατὰ τὸ πλεῖστον ἐμφερὴς ὁ Καιρός. non autem eius noua ſpecies nulli alii ſimilis poterat animo concipi.

Subiicitur interpretatio allegorica per ſe facile aſſequenda: declarant alae celeritatem occaſionis, h. e. temporis cuique rei agendae vel conſequendae iuſti, τοῦ καιροῦ; globus coelum cum tempeſtatibus, per quas verſantur tempora rebus quaeque ſuis peragendis idonea. Coma in fronte, occiput caluum, nota ſunt. Nouaculae in manu, Poſidippo memoratae, et, quam cum ea Himerius ſigno impertit, librae in dextra, in noſtro non occurrit mentio *i*).

VII.

i) Notabimus nonnulla de verbis ac ſententiis. *σείων ἴουλον*, rhetorice dictum pro *ἔχων*, quod motu capitis intelligebatur, itaque *quaſſans* lanuginem accipiebam, etſi inſolenter dictum eſſe bene intelligebam; ſi *ἴουλον* de coma accipere malis, feram equidem, ſed tum

VII. Orpheus. In loco Muſis ſacro in Helicone, ad amnem Olmium, et Hippocrenen, iuxta Muſarum ſigna, poſitus erat ex aere; pulcherrimus adſpectu, ipſo aere pulchritudini fauente, et corporis concinnitate concentum animi, ſeu harmoniam, declarante. Tiara erat in capite auro intexta, pro veſte tunica ab humero ad talos demiſſa, balteo aureo circa pectus adſtricta. Coma molliſſima, ad viuum expreſſa, aere aemulante mollitiem, in ceruicem demiſſa, in fronte autem binis cincinnis diſcriminata; calceamentis aureis induti

ſententia habet tautologiam. Praeſtaret Iacobſii coniectura *Φαίακα Ἴουλον:* Euolanti ſimilis puer παρὰ τοῦ δημιουργοῦ λαβὼν καὶ τὴν ἀέριον πλῆξιν τέμνειν, εἰ βούλοιτο, ταῖς πτέρυξιν. Quis ferat τὴν ἀέριον πλῆξιν τέμνειν? Redditur: *aeriam plagam ſecans:* atqui nec πλῆξις (percuſſio), nec πληγὴ *plagam*, tractum, ſignificant: eſſet hoc πλάκα, à πλὰξ, vnde et latina vox ducta. Legendum τὴν ἀέριον πτῆσιν, *volatam.* Sane proprie τέμνειν ἅλα, inf. c. XIV. τὸ ῥεῖθρον, τὴν ὁδὸν; ſed et πορείαν. Simili audacia inf. c. XIV. extr. τὴν πορείαν τέμνων. [Iacobſium nunc video coniecisse τὴν ἀέριον λῆξιν, etiam bene. et paullo ante καὶ ὄντως ἐστήρικτο pro οὕτως.] In extremis vitium ineſt: τὸ γὰρ πτέρωμα τῶν ταρσῶν αἰνίττεσθαι τὴν ὀξύτητα, καὶ τὸν πολὺν ἀνελίττων αἰῶνα· Φέρεται ταῖς ὥραις ἐποχούμενος. Vertitur: *alas enim talis adhaerentes ſubindicare velocitatem. (dicit), vtque multum verſans aeuum horis vecta feratur Occaſio.* Coniicit Iacobs: Φέρεται τῇ σφαίρᾳ ἐποχούμενος. at quid eſt ἀνελίττων αἰῶνα; et quorſum πολὺν tam otioſe poſitum? Latere videtur in πολὺν ipſe *globus*, orbis, πόλος. Si ὡς vel ὧ, quod in edd. ante Olearium eſt, ex compendio τοῦ καὶ natum, eieceris, ferri poteſt: καὶ τὸν πόλον ἀνελίττων (explicans. ἐξηγούμενος, κινῶν), ὅτι vel ὡς Φέρεται ταῖς ὥραις ἐποχούμενος, quod volat ὁ Καιρὸς per aerem tempeſtatibus, h. e. temporum viciſſitudinibus, vectus. Firmant hoc ſqq.

induti pedes. Iniectus tunicae peplum a tergo demiſſus ad talos. Manu tractabat lyram nouenis fidibus.

Praeclara haec ad exhibendam menti ſpeciem ſigni: quod in Helicone etiam Pauſanias vidit: IX, 30. p. 768. *Habitus eſt Thracicus;* nam Thracem Orpheum fuiſſe nemo ignorat; ſimillimus ille, aut potius idem cum *Phrygio*, ad quem *tiara* quoque referenda eſt, quam non ſatis ſcite Perſicam appellat noſter Calliſtratus. Scilicet communis fuit ſtirps Phrygum cum Thracibus; vt in Graecorum originibus alio loco declaratum eſt. Phrygium veſtitum; prorſus huic ſtatuae conuenientem, ante oculos habemus in opere ex aere ad Dodonam reperto, cuius ectypum ſeruat bibliotheca academica ex liberalitate cl. peregrinatoris *Hawkins*. Pergit noſter, in baſi ſtatuae expreſſas fuiſſe feras cantus dulcedine allectas: quod forte ferendum erat a minus ſeueriore; (vix tolerabile viſum in tabula, Philoſtr. iun. VII.) verum addit ille, "intolerabili modo ineptiens, omne auium genus fuiſſe expreſſum, omnes feras ſilueſtres, belluasque marinas, amnes quoque et ſic porro *k*)".

VIII.

k) Olmium amnem ex Heſiodi Theog. pr. petiiſſe Calliſtratum monuit Iacobs l. l. Apud Pauſan. l. l. Orpheo adſtans memoratur ſignum Τελετῆς, quia ipſe initia primus inſtituit, additur; πεποίηνται δὲ περὶ αὐτὸν λίθου τε καὶ χαλκοῦ θηρία ἀκούοντα ᾄδοντος. Secundum haec circumſtabant Orpheum ſimulacra ferarum. At in Calliſtrato ὑπὸ τῶν ποδῶν τὴν βάσιν οὐχ οὐρανὸς ἦν τυπωθεὶς, — ἀλλ' ἦν πᾶν ὀρνίθων γένος πρὸς τὴν ᾠδὴν ἐξιστάμενον, πάντες δὲ ὄρειοι θῆρες καὶ ὅσοι ἐνθαλάττιοι κνώδαλα νέμονται. Poteſt hoc duplici modo

XIII. Bacchus. Praxitelis opus ex aere, ſtans in luco; teneri et delicati adoleſcentis habitu; vt in verum corpus aes emollitum eſſe crederes; id quod ſcriptor luxuriante oratione declarat *l*). Erat

modo accipi. vel: ἀλλ' ἦν ſcil. τυπωθὲν, πᾶν ὀρνίθων γένος: vel ἦν — ἐφιστάμενον, vt per figuram dicantur aues et ferae ſtupentes accedere ad ſtatuam. Conuenirent quodammodo ſequentia: καὶ ἵππος ἐθέλγετο, ἀντὶ χαλινοῦ τῷ μέλει κρατούμενος etc. Enimvero priori ſenſu, etſi ineptiſſime dicta, voluit Sophiſta accipi; pergit enim: εἶδες ἂν καὶ ποταμοὺς τυποῦντα τὸν χαλκὸν ἐκ πηγῶν, ἐπὶ τὰ μέλη ῥέοντας, καὶ κῦμα θαλάσσης etc. *Videre etiam licebat aes exprimens amnes fluentes etc.* In ceteris haec notabimus, παρὰ τὰς Μούσας. in edd. Ald. et Iunt. eſt περί. Tiara Perſica dicitur χρυσῷ κατάστικτος, et tunica τελαμῶνι χρυσέῳ conſtricta: videntur ergo in hoc quoque ſigno auro illitae fuiſſe partes nonnullae; ita et τὸ πέδιλον τῷ ξανθοτάτῳ χρυσῷ κατήνθιστο. In extr. ἡ τέχνη τὰ ἐπανθοῦντα τῇ αἰσθήσει τῶν ζώων θελκτήρια ἀῤῥήτως ἐξέφαινεν, h. e. voluptatem ſenſus, ἡδονὴν τὴν οὖσαν ἐκ τοῦ αἰσθάνεσθαι.

l) Prima capitis verba ſunt corrupta, nec ſine codice ſananda. Olearius edidit: Δαιδάλου μὲν ἐξῆν ἰδεῖν, τοῦ περὶ Κρήτην, πιστεύειν θαύματα, κινούμενα μηχαναῖς τὰ ποιήματα, καὶ πρὸς ἀνθρωπίνην αἴσθησιν ἐκβιάζεσθαι τὸν χαλκόν. Ald. et Iunt. Δαιδάλῳ et τῷ περὶ Κ. et ἐκβιάζεται τὸν χρυσόν. Iacobs, qui etiam χαλκὸν et χρυσὸν in τὸ ξύλον mutat, refingit Δαιδάλῳ μὲν ἐξῆν ἤδη, τῷ περὶ Κρήτην, πλαστεύειν θαυμάσια, κινούμενα μηχαναῖς, τὰ ποιήματα. Sententia Sophiſtae ceteroquin haud obſcura eſt. Comparat Daedali opera machinis mota, vt ſenſum habere viderentur; at Praxitelis opera ait omnino ſpiraſſe. ἁπαλὸς pro ἀπλὸς, ἀπλῶς, nemo neget legendum eſſe; et ἁψαμένῳ δέ σοι, πρὸς τὴν ἁφὴν (pro ἀκμὴν) ὑπεξίστατο, *cedebat ad tactum.* [Supra c. 3. erat de coma in ſigno ex aere: ἁψαμένῳ δὲ ἡ θρὶξ ὑπεξανίστατο, μαλθακιζομένη πρὸς τὴν αἴσθησιν. eodem ſenſu, paululum tamen deflexum, petitum ab iis, quae tactu

Erat ergo deus venuſtus, aetate florens, mollis, amabilis, hedera redimitus, hilari vultu, voluptatis ſenſu perfuſus, quod vix putares aere aemulante reddi poſſe; et tamen poſtea in oculis fulgentibus agnoſci ait neſcio quid procliue ad bacchationem; nebride tectus, ſtans, thyrſum tenens.

Quantum iudicare licet, eſt hic is, quem Plinius inter Praxitelis opera ex aere memorat, *Liber pater*, quem cum *Ebrietate* (h. cum Baccha temulenta) et *Satyro*, peribocto appellato, fecerat lib. XXXIV, 19, ſ. 10.

IX. Memnon, ſignum, quod in Aethiopia, hoc eſt, Thebis viſitur. Multus eſt Sophiſta in miraculo vocis e ſaxo auditae; artem quod declaret, nihil magnopere notabile occurrit. Auget quoque miraculum, addendo nonnulla: non modo diem orientem ſalutari a ſtatua, verum et recedente die eam ingemiſcere et lacrimari m).

X.

tactu depreſſa, remota manu iterum reſurgunt. Vtrumque dictum rhetorice.] Mox *εἰστήκει δὲ, τὴν λύραν ἐπερείδων τῷ Θύρσῳ*, alienam eſſe lyram a Baccho, facile credas. Vir doct. ſupra laudatus corrigebat *πλευράν*, nec tamen ſatis apparet, quomodo latus, ſeu corpus, thyrſo inniti potuerit: et ſi trunco inniti ſolere ſimulacra, bene nouimus; thyrſus tamen tenetur manu. Ergo debebat eſſe *τὴν χεῖρα*? [Sic ſup. Philoſtr. iun. XIV. *ἀκοντίῳ δὲ τὴν δεξιὰν ἐπερείδει.*] Ceterum ex h. l. tolli videtur dubitatio, an ſigna ex aere thyrſum vel haſtam aere vere factam tenuerint. — Mox *πρὸς αὐτὴν ἀμειβόμενος τὴν ὔλην.* malis *εἰς*. Ceterum, vbi Euripides in Bacchis exhibuerit deum *ἀνθηρὸν, ἁβρότητος γέμοντα, ἱμέρῳ ῥεόμενον*, non meminimus; certe non verbis ſimilibus.

m) Poteſt videri declarare Memnonis ſtatuam non amplius ſupereſſe. Ait enim: *τοῦ Τιθωνοῦ Μέμνονος εἰκὼν*

τὴν

X. *Aeſculapius.* Non videtur hic certum aliquod ſignum ante oculos habuiſſe auctor, ſed omnino Aeſculapii notationem peragere: etſi totus fere occupatus in hoc, vt in opere tanquam animato ipſum deum redditum eſſe declaret n). Proprium

ἦν ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ, verum tempore hoc praeterito vbique narrat, tanquam de iis, quae antea viderat aliquando. Porro ſtatua cum vero Memnone fortuna et affectu ſimili regebatur, vt vna cum ipſo gauderet et moereret, *ὑπὸ τύχης τινὸς ὁμοίας καὶ προαιρέσεως ἀγομένη κατηυθύνετο.* mox pro hoc *διοικεῖσθαι*, et *τύχη* memoratur tanquam cauſſa affectus et *προαιρέσεως*. Etiam Aurora, hoc artis Aethiopum opere, moeroris ſolatium habet, tanquam reddito ei filio: *ὡς ἂν ἀντιθείσης αὐτῇ τῶν Αἰθιόπων τέχνης τὸν ἐκ τῆς εἱμαρμένης ἀφανισθέντα Μέμνονα.* De voc. *λίθον φύσεως* et *διοικεῖσθαι* v. ſup. ad c. I. et ad c. II. [Plura acute emendauit Iacobs: *οὐδὲ τὸ τῆς φύσεως σιγηλὸν ἠνείχετο ſuſtinuit, ſeruauit*, pro *ἐνείχετο*. Poſtea *λίθῳ καὶ ἡδονὴν παρέδωκεν ἡ τέχνη*, non *ἡ φύσις*.]

n) Et facit hoc Sophiſta multa cum arte rhetorica. Olearius ad ſuperſtitiones *γοητείας* haec refert, qu deorum ſignis diuinam vim includi dicerent aut crederent. De quibus vix cogitauit auctor; ſed, quod toties iam per figuram et tropum extulit, videri i ſignis ipſum deum vel heroem ab arte redditum eſſe adeo in iis omnia eſſe animata; hoc nunc quoqu eloquitur: ſi natura diuina (particula animae mundi in corpus humanum immitti credatur, multo magi hoc dici poſſe de ſigno Aeſculapii, cui ipſa dei pru dentia (*προνοητικὸς νοῦς*) ineſſe videatur; et hae per multas argutias proſequitur, vix dignas, in qui bus operam perdamus. [Ex Iacobſii coniecturis retine ſaltem emendationem *μηδὲν* pro *μηδ᾽ εὖ*, et ſenſu ſic conſtituo: *οὐ πιστεύσομεν δὲ, εἰ μηδὲν ἐγγονε κακίας παραπέφυκεν*, ſi (naturae praeſtantiori, *τ θείῳ*) *nihil deterioris naturae ei acceſſerit*, admixtu fuerit. In dei enim ſigno, cui *τὸ θεῖον* ineſſe dixi nihil ex humana natura admixtum erat, quod cont

ſ

prium his ſignis eſt, vt animus cogitatione defixus et prouidus in vultu appareat, cum maieſtate oris; comae cincinni in tergum diffuſi, et in fronte ad ſupercilia meantes et circa oculos reflexi.

XI. *Cupido* Praxitelis; alter ac diuerſus ab eo, qui cap. III. fuit memoratus; et ipſe ex aere, et in acropoli poſitus. Pauſaniae aetate non ſuperfuiſſe videtur; nihil enim de eo memorat in operibus acropoleos (inde a cap. 22. medio libri I. vnde de his narrare incipit); non enim Praxitelis artem praeteriiſſet inter multa obſcura et aliena, quae interponit. Erat puer tener, aere molle et iuuenile corpus eximie reddente; coma partim a ceruice promiſſa, partim ſuperciliis imminens, reuincta tamen faſcia; oculi illecebras pudore per-

 miſtas

ſe habet, ſi hominem inhabitat.] — Paullo poſt οὐ γὰρ (τὸ πρόσωπον) εἰς κάλλος ἐπίθετον ἐσχημάτισται, ἀλλὰ παιὰν καὶ ἵλεων ἀνακινοῦν ὄμμα. Vertunt: "non enim aſcititio decore ornatus eſt, ſed medicum et gratioſum flectit oculum." haec vbi in graecis habentur? Probabile eſt fuiſſe ἀλλὰ πρᾶον καὶ ἵλεων ἀνακινοῦν ὄμμα. — Tum πλόκαμοι — οἱ δὲ ὑπὲρ μετώπου πρὸς τὰς ὀφρῦς ἐπιμένοντες τοῖς ὄμμασιν εἰλοῦνται, em. ἐπιβαίνοντες. in edd. Ald. et Iunt. eſt quoque ἐπιμαίνοντες expreſſum. Infra c. XI. κόμης δὲ εἶχεν ἕλικας ταῖς ὀφρύσιν ἐπιβαίνοντας. [vt et ſupra corrigendum erat et correxit Iacobs de Orpheo c. 7. de coma, ἡ δὲ ὀφρύσιν ἄνωθεν δισχιδὸν ἐπιβαίνουσα pro ἐπιφαίνουσα.] Mox καταρρδόμενοι eſt dictum, vt ὑγροί, flexiles. In ſeqq. habes notionem noſtram, *Ideal.* expreſſam: cum res, quae naſcuntur, interire ſoleant, ἡ τοῦ ἀγάλματος ἰδέα ἀκμὴν ἀνώλεθρον ἐπικτωμένη θάλλει, (videri poteſt a Platonis ideis ductum) ἅτε δὴ τῆς ὑγιείας (quae per Aeſculapium declaratur) τὴν οὐσίαν ἐν ἑαυτῇ φέρουσα. [Verba nouiſſima praeclare enarrata ſunt a Iacobſio, qui vidit pro ὦ καί, legendum eſſe ὦ Παιάν.]

miſtas habebant; iidem amabiles, etiam exultantis ſenſum exprimentes *o*).

XII. Centaurus: ex marmore; in propylaeis templi poſitus; cuius ſitum et locum non diſertius declarat auctor. Deſcriptio ad communem artis argutioris morem eſt adornata, et in humanae figurae cum equina docte coagmentatae mira ſpecie haud indocte inſtituta.

Cum de originibus et cauſſis mythi, (qui ex multis variisque, ſpecie, more, indole populorum ac temporum inter ſe diuerſis, phantasmatibus, tanquam laticibus et canaliculis, corriuatus eſt), haud vno modo ſtatuere liceat *p*): certiora tamen tenemus de forma, quam, ab Hippocentauro ductam, ars primo rudior, tum doctior et elegantior, ſtatim Phidia auctore, adoptauit *q*). Seruauit

o) Subnaſcitur tandem legentibus faſtidium ex copia orationis in eadem notione reddenda, toties iterata, dum aeris flexilem ac mollem naturam proclinem ad ſingula ita adumbranda, vt ipſum corpus, ipſa coma, ipſa caro, eſſe videantur, laudat. In fronte capitis non eſt interrogationi locus. Ait: *vidiſti deum in arce a Praxitele poſitum. Quod ſi tibi licet artis opus ante oculos ponere: erat ille* etc. μηδὲ εἶχε τὸν φύντα, h. e. τὸν γεννήσαντα, τὸν φύσαντα. [Sententiam vtique melius reddit coniectura Iacobſii: ἃ ὕλη — μηδὲ εἶχεν ἔμφυτα] ὡς δὲ καὶ κατὰ μέρος ἐξητάζομεν τὴν τέχνην καὶ τὰ ἐν αὐτῇ δὲ ἄλματα, ſagaciter Iacobs reſtituit δαιδαλμάτα. In οὗτος ὁ εὔφημος videtur latere vlcus [ὄμμα ἀφροδίσιου ἐρωτικοῦ γέμον χάριτος, putabam excidiſſe καὶ. καὶ χάριτος. In fine Morelliana lectio haud dubie verior eſt.]

p) v. argute nuper diſputata a. V. C. *Böttiger Vaſen Gemählde* I, III.

q) v. ibid. docte obſeruata p. 135 ſq.

Seruauit aetas plura artis exempla, incertis tamen auctoribus; neque de hoc, quod Calliſtratus deſcripſit, alibi quicquam memoratum conſtat. Solebant autem propylaea variis artis operibus, nullo ad templi religionem reſpectu habito, collocari: itaque et in iis Centauros *r*).

XIII. Medea: variis animi affectibus agitata, dum de facinore perpetrando cogitat; in hac deliberationis, irae et miſerationis liberorum, pugna et aeſtu, affectusque animi fluctuatione declaranda per argute dicta, ars Sophiſtae certat cum arte ſtatuarii *s*). Tenebat manu gladium, coma erat incomta,

r) In princ. cap. verba: *εἰς ἱερὸν εἰσιὼν σεμνόν τε καὶ μέγα, ὃ τὴν καλλίστην εἰκασίαν εἰς ἑαυτὸ μεθίστη, ἐν τοῖς προπυλαίοις τοῦ ναοῦ ἱδρυμένον θεῶμαι Κένταυρον.* niſi corrupta ſunt priora verba, ſunt ea ſane admodum calamiſtrata: *in templum illud pulcherrima ſimulacra peruenerant*, pro: *εἰς ὃ μετέστη, μετηνέχθη, ἡ καλλίστη εἰκασία*, nouo modo et hoc dictum pro: quicquid eſt ſimulacrorum; pulcherrimae *εἰκόνες*. Pergit: *Κένταυρον, οὐκ ἀνδρ', κατὰ τὴν Ὁμήρειον εἰκόνα, ἀλλὰ θηρίῳ παραπλήσιον ὑλήεντι.* Ad Homerum ſpectat tantum prius illud *ἀνδρὶ παραπλήσιον*, ſunt enim ipſi *Φῆρες ὀρεσκῷοι*. neque pro Homericis ſunt habenda ea, quae ſequuntur; etſi poſſunt forte adumbrata eſſe ad Cyclopis ſpeciem Odyſſ. I, 191. *οὐδὲ ἐῴκει ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι ὑψηλῶν ὀρέων*. [Suſpicari licet etiam, Calliſtratum *ῥίῳ* ſcripſiſſe, quod tamen nec ſtatuae, nec ſequentibus conueniret, in quibus *θηρίον* deſcribitur.] Mox *εἴδες ἂν θυμὸν ἐπιπνέοντα τῷ τεχνήματι.* Ante Olear. erat *ἐπιπλέοντα*. quod non neceſſe erat mutare; eſt enim, opus animatum eſſe: idem quod *ἐπανθοῦντα, ἐπόντα, τῷ τεχνήματι, ἐπιπολάζοντα*, affectatione ſophiſtica. qſ. innatantia in ſuperficie.

s) [Mythum de Medea vniuerſe nuper expoſuit ingenioſa Commentatione ad Vaſa Graeca picta *Böttiger* Vol. I.

comta, ſqualorem prae ſe ferens, et amictus lugubris. Viſa erat Calliſtrato haec ſtatua e marmore

P. 2. p. 164. vbi Peliades illa adducit ad Peliam patrem iugulandum.] Καὶ γὰρ λογισμοῦ κατηγόρει τὰ (ſic leg.) *δήλωμα*, arguebat τὴν δήλωσιν, h. e. δήλου λογισμὸν, facti conſiderationem prodebat. Paullo poſt *θυμὸς* eſt aeſtus animi, τῇ ῥύμῃ τῆς ὀργῆς παραγραφόμενος, neceſſe eſt dictum eſſe pro γραφόμενος; *exhibitus*: quae non bene cohaerent. Melius forte iungas, θυμὸς παραγραφόμενος τὴν φύσιν, ſexum, imbecillitatem muliebris ſexus, *tollens*, *vincens*, πρὸς τὸ ἔργον ἤγειρε. παραγράφειν, eſt *eximere*, *tollere e medio*. Ita neceſſe non erit coniectare παρατραπόμενος, auertens, peruertens, ſe. Infra ſunt τὰ τῆς γυναικὸς φύσεως βουλεύματα, ſimulacrum, quod per ſe nequaquam ſaevitiam et feritatem animi prodebat, accommodans quaſi ſe animi affectibus Medeae, ὑπηρετουμένη, διῃρεῖτο εἰς θυμοῦ καὶ μανίας ἔνδειξιν, *abſtrahebatur in iſtam irae et furoris ſignificationem*; h. e. ita efficiebatur, vt in marmore vna cum miſeratione et iſta eſſent expreſſa, ita et furor: ſunt enim tria, quae rhetor ait in vultu Medeae ſimul expreſſa eſſe, *deliberationem*, *iram*, et *triſtitiam* (λογισμὸν, θυμὸν et λύπην). Niſi haec placuerint, adoptanda eſt alterutra e coniecturis, quas nuper viri docti, Iacobs et Huſchka, ad h. l. attuliſere, dum alter οἴκτου pro θυμοῦ, alter ἀνίας pro μανίας ſcriberet. Hoc illud eſt, quod ſaepe in oratione ſophiſtarum putida et fucata ad diuerſa auocare ſolet ingenia interpretum, ita vt nihil poſſit ad liquidum perduci. [εἰκὸς γὰρ ἦν, μετὰ τὸν χόλον καθαρεύουσαν τοῦ θυμοῦ, ἐπιστρέφεσθαι πρὸς οἶκτον. haud dubie μετὰ τὸν φόνον, quod antecedentia docent; et monuit Iacobs.] Poſtea καὶ ἦν ἰδεῖν τὴν λίθον — ὅτε δὲ σκυθρωπὸν ὁρῶσαν καὶ μαλαττομένην εἰς στενότητα. requiritur notio triſtitiae, λύπης; fuiſſe videtur, εἰς στυγνότητα. Vir doctus emendabat: μαλαττομένην εἰς σεμνότητα. Dubitare licet, an non paullo poſt τὴν σύνεσιν ἔκφρονα reſtituendum ſit ἔμφρονα, et an ſincerum ſit: παιδικῶν λόγων μετὰ τὴν σφαγὴν ἅπτεται. eruntne λόγοι, οὓς τοῖς παισὶ λέγουσιν αἱ μητέρες. praeſtat ſaltem eſſe παιδικοὺς λόγους pro

more in finibus Macedoniae *t*). Notior eſt pictura Timomachi vel ex epigrammatibus in Anthologia, argutante poetarum ingenio in ea ipſa irae cum miſeratione pugna in Medea expreſſa; addidit noſter λογισμόν. Ceterum Sophiſtas multa ex epigrammatibus Graecis lenocinia et ingenii luſus petiiſſe, etiam hoc exemplo patet. Medea in Colchis diuerſiſſimi erat argumenti in Philoſtrati iun. c. VII.

XIV. Athamas, inſaniens, cera in tabula expreſſus, non in ſigno. Conſpiciebatur ille nudus, cruenta coma, agitata vento caeſarie, oculis transuerſis, attonitus; cum enſe in manu ruens. Ino, prae formidine pallida, puerum lactentem ſinu tenens ad Moluridem, vnam Scironidum petrarum, procurrebat, in mare ſe immiſſura. Sub promontorio mare fluctus mouens; innatabant delphines. In extrema parte Amphitrite cum Nereidibus proſpiciebat. Hic vero mirari ſubit, Amphitriten *fatuo atque horrido obtutu* eſſe, inter Nereides adſpectu teneras, iucundas et amabiles. Tabula in Scythico littore poſita eſſe narratur *u*).

Verum

pro λογισμοὺς ex affectu in liberos: [nunc, poſt perpetratum facinus animus eius afficitur ſenſibus, quos in liberos, εἰς παῖδας, habent parentes.]

t) Ambigue dixit: εἶδον καὶ τὴν πολυθρύλλητον ἐν ὅροις Μακεδόνων Μήδειαν. Poteſt et ſtatua eſſe πολυθρύλλητος, et Medea. Alterum hoc verius. Aliam mentionem ſtatuae huius occurrere non meminimus. At ſunt duo epigrammata in ſtatuas Medeae e marmore, in altero memoratur furor ex ira, in altero furor et miſeratio: Anal. Tom. III. p. 215. CCCII. et III.

u) Dubitare licet, an ab eodem Calliſtrato ſit hoc caput; Medea facile ad id argumentum deducere potuit, vt

in

aliquando recenſum facere conſtitutum apud me haberem; non quaſi eximia aliqua hiſtoriae artis incrementa me eſſe allaturum putarem, verum, vt popularibus noſtris hoc vno exemplo declaratum darem, quam multa paſſim haud contemnenda ingeniorum monimenta, ignorata aut faſtidita, intra publicas priuatasque aedes lateant, et ex ignoratione neglecta ſitu ac ſqualore corrupta intereant; ita vt nequaquam contemnenda videatur fore hominis harum rerum intelligentis opera, qui peregrinatione aliqua facta ſacras aedes in his Saxoniae borealis terris, curias aliaue loca, per oppida, perquireret, an forte tabulas pictorum ſuperiorum ſaeculorum obſcuratas et hominum incuria et ignoratione perituras in notitiam adducturus ſit. Ita animaduertit et diligentius inſpexit *Io. Dom. Fiorillo* noſter tabulas in vrbe noſtra nonnullas ante hos quadringentos fere annos factas, in aedium *S. Nicolai* altari; erat illud olim monachorum Ordinis S. Franciſci diſcalceatorum *a*); et alias in altari aedium *S. Iacobi* magna cum diligentia elaboratas *b*): de quibus ille narrationem vulgaturum ſe eſſe recepit.

Seruatur

a) Vni ex his tabulis inſcripta ſunt verba: *anno domini milleſimo quadringenteſimo viceſimo quarto, Sabbato ante Dominicam quartam poſt Paſcha, haec tabula completa eſt*, ſub fratre Luthelmo, *pro tunc gardiano conuentus iſtius. orate pro eo.* Argumenta tabularum ſunt religioſi generis ad ſenſus iſtorum hominum ac temporum.

b) Etiam in vna harum tabularum inſcripta ſunt verba: *anno Domini mileſimo quadringenteſimo ſecundo hoc opus completum eſt in vigilia beati Martini epiſcopi.* *quod*

Seruatur adhuc apud nos depoſiti loco tabu-
rum, a Conradi, olim praefecto villae ac pagi Rein-
idshauſen poſſeſſarum, centum amplius numerus;
n quibus ſunt plures praeclari operis et artificum
magnae celebritatis, dignae vtique, quae illuſtri
in *loco* locentur.

* * *

Subiiciam his Programma nomine Academiae
romulgatum in honorem Collegae noſtri, nunc
desideratiſſimi, *Kaeſtneri*, cum illi ſub exitum anni
LCVI rara ea felicitas obtigiſſet, vt vitae ac mu-
neris profeſſorii academici per L annos continuati
emiſaeculare feſtum hilariter perageret. Licuit
ei vitae ac meritis adiicere adhuc annos fere qua-
uor; tumque placida morte obdormiſcere, nomi-
nis autem memoriam haud intermorituram poſte-
is relinquere.

quod factum eſt in honorem Iheſu Chriſti et matris, glorioſe Virginis Marie, St. Iacobi, St Chriſtofori, St. Euſtachii et Iohannis Baptiſte. Quod mirationem in his et aliis facit, non tam ſ it linearum ſubtilitas et elegantia, aut naturae ſeu veritas ſeu pulchritudo, quae omnia ſpe minora ſunt; verum colorum lumen et integritas; quae res omnino dubitationem facit de pictura iſtorum temporum, ſintne oleo colores mixti, an, ſi aqua imbuti, inducta ſit tabula vernice, quam veteres atramentum appellarunt. Subtilius in haec inquiſiuit idem vir artis eiusque hiſtoriae peritiſſimus, et a ſe obſeruata et indicata in medium proponet.

EPIMETRVM.

Quod ſpectabam in his Philoſtratorum tabulis et Calliſtrati ſignis, abſterſo fuco ſophiſtico, ita exhibendis, vt intelligi poſſet, quali ſpecie et habitu illa ſe obtutui accedentium obtulerint, erat hoc, vt et meam et aliorum legentium mentem in contemplandis tabulis ſignisque liberarem ab acceſſionibus alienis, quibus deſcriptiones ſunt oneratae. Qua ex re fructus mihi ſaltem hos pollicebar, vt ad comparanda alia artis antiquae opera ſimilis argumenti, inprimis ea, quae propitia aliqua fortuna ſeruauit, expeditior horum ſcriptorum eſſet vſus. Deliberabam quoque, an ex omni antiquitate conquiſitas et collectas tabularum pictarum notitias, argumenta et auctores, aliis commentationibus expoſitas ſubiicerem: vt vno ita conſpectu omnis antiquitas artis pingendi intuenti explicita eſſet. Alteram vtilitatem, quae ex hac opera mea procedere poſſet, video equidem, expectari vix poſſe, quandoquidem ſermone haec latino perſcripta ſunt: ea ſcilicet erat, vt hominibus noſtris in delineatione, pictura ac ſculptura, occupatis argumenta nouorum ſtudiorum et manus operum ſuppeditarem ad antiquam artem adſpirantium. Deſunt enim ſaepe ingeniis alimenta, quibus ſe alant;

alant; exempla, quibus ſe acuant; incitamenta et faces, quibus quaſi ſubiectis inflammentur. Ad hoc tamen conſilium aſſequendum video ſermone vernaculo, accommodato iis, qui in his artium ſtudiis verſantur, haec eſſe tractanda. Et habeo ſpem, compotem me voti futurum eſſe, quandoquidem vir eximie doctus, operumque artis vetuſtae peritus, operam hanc, opera Philoſtratea ſimili conſilio vernaculo ſermone exponendi, in ſe recepit.

Eſt adhuc aliud in votis habendum, ſi iis quidem indulgere licet, vt exiſtat vir aliquis delineationis arte et vſu ſatis verſatus, et antiquorum operum ad antiquae artis ſpeciem exprimendorum facilitate probatus, qui ad easdem deſcriptiones extremis ſaltem lineis easdem tabulas et ſigna graphide et caelo in aere reddat. Prodire hac ratione poſſit opus comparandum cum ſcitiſſimis ingenii et artis experimentis *Flaxmanni*, quibus ille, non prorſus abſimili inuento, ex Odyſſea et Aeſchylo ea delineauit, quae ad artis antiquae imitationem exprimi poſſe putaret. Iam ante multos annos auctor eram periculi in reddenda per delineationem et caelum *arca Cypſeli*, et *throno Amyclaeo*; caruit tamen res effectu. Haec atque alia huiusmodi delineationis ope, antiquitatem iam deperditam ex ſcriptorum narratione oculis noſtris quodammodo reddere poſſent et obtutui ſubiicere.

In prima Commentatione memineram tabularum aliquot in hac vrbe ſeruatarum, quarum aliquando

mathematicas et phyſicas tradendas huc euocatus, earum honorem ita tuitus non modo eſt, verum etiam auxit, prouexit, eoque adduxit, vt, quae in aliis paucorum eſſe ſoleant, in noſtra academia frequentiſſima ſint matheſeos ſtudia, ſiue eos reſpicias, qui iis aut ſolis aut praecipue ſe addixere, ſiue numerum tradentium publice priuatimque, ſiue audientium numerum; cum, quod ipſa recta ſtudiorum regendorum ratio poſtulat, inter omnium diſciplinarum propaedeumata habenda ſit matheſis. Vt hoc ſtudium incenderetur, non minus profuere libri ab eo conſcripti didactici, cum vniuerſae matheſeos, tum partium ſingularium: per quos ille nomen ſibi communis Germaniae praeceptoris in his diſciplinis parauit. Commemoramus haec vniuerſe ac ſimpliciter; non enim conſentaneum eſſet, in laudes viri laudati, eiusque collegae noſtri, excurrere; at fidem eius ſummamque religionem in docendo praedicare poſſumus, quandoquidem animi virtutes etiam in cariſſimis laudare licet. Nunquam ex numero eorum, qui in ſubſelliis ſederent, nec ex mercede, quam afferrent, et operae praemiis quae colligeret, calculos ſubduxit in lectionum habendarum ratione. Prodeſſe iis, qui eius opera et conſilio vti vellent, vnice propoſitum ſibi habet. Ipſis autem diſciplinis, quas profitetur, eo quo diximus modo conſtitutis, diſpoſitis, auctis et ornatis, alias easque nouas ingenii, ſubtilitatis ac doctrinae exquiſitae, opes attulit ſcriptis ſingularibus, inprimis commentationibus in Societatis Regiae Scientiarum conſeſſibus recitatis et in commentariis excuſis: de qua Societate

cietate quam praeclare ille meruerit commemorare, neceſſe hoc loco non eſt. Quod ſecundum haec omnia ſubſtructae per tot merita celebritati noua ornamenta adiecit, eſt coniunctio litterarum elegantiorum, amoeniorum et hilariorum, cum diſciplinarum, quas tanta aſſiduitate excoluit, ſeueritate; quam nec minus temperant, ornant et fecundant infinitarum rerum notitiae ex varia lectione paratae, cum nullum litterarum genus intactum reliquerit, in hiſtoria autem litteraria, maxime diſciplinarum mathematicarum, facile princeps habeatur. Iuri diſcendo cum primordia vitae academicae conſecraſſet, imbiberat ex hoc ſtudio plurima, quae modo vtiliter monenda, modo ingenioſe dictis opportunam materiem, ſuppeditarent. Longius procederemus, quam par eſt, ſi, quae philoſophica ſtudia ipſi debent, ſi, quae in ſermonis patrii expolitionem ab eo profecta ſunt, enarrare vellemus. Incidit enim prima eius aetas in ea tempora, quibus patrius ſermo coepit excoli, cumque eo quicquid eſt elegantiorum litterarum, poeſis maxime et bene dicendi ſcribendique ratio. Fert autem ita ipſa rerum natura, vt iis maxima gratia habeatur, nomenque eorum ſit clariſſimum auctoritasque praecipua, qui primi fuere naſcentis alicuius ſtudii auctores. Sed cum alii in remiſſioribus his litteris ſubſiſterent, Kaeſtnerus noſter infinitas alias litteras adiunxit, et ſermonis cultioris puritatem et natiuum nitorem ad diſciplinas ſeueriores transtulit, ita vt patrii ſermonis auctor in hoc genere princeps merito habeatur.

P 3 Videtis,

Videtis, Ciues, annumerata potius, quam appenſa, viri ſummi, collegae noſtri, merita quanta et quam rara ac digna ea ſint, vt ei, multoque magis nobis, et Georgiae Auguſtae, et ſtudiis diſciplinisque mathematicis ac phyſicis, omnique omnino litteraturae, gratulemur de indulgentia diuina, quae eum ad hoc vsque tempus ſeruauit, integris animi corporisque viribus vigentem valentemque, vnice litterarum honori et vtilitatibus ſtudentem, et ea meditantem, quae reipublicae litterariae, almaeque inprimis Georgiae Auguſtae, ſint proficua et honorifica. Videtis, quam iuſta ſit haec voluntatis noſtrae beneuolentiae et amoris teſtificatio publica in collegam, quem inter prima Georgiae Auguſtae decora merito referimus. Communia et coniuncta cum votis noſtris vota facietis, vt Numen O. M. virum, reuerentia veſtra et veneratione digniſſimum, per multos adhuc ſeruet annos, quibus fruatur tot decoribus praeclare partis, hac nominis celebritate, hac collegarum coniunctione ac neceſſitudine. Eſt enim inter ſenectutis praemia et ſolamina poſt vitae bene exactae recordationem hoc vel maximum, coli ſe videre a iunioribus, amari ab aequalibus, conſiliorum auctoritate et vitae dignitate inter ciues ſuos ea vti, vt nec vltimo loco habearis nec aliorum inuidia infeſtatam vitam habeas. Quae vt contingant ex merito collegae coniunctiſſimo, ita vt ei ſint perpetua, nulloque acerbo fortunae caſu intercepta, ex animo precamur. P. P. M. Decembri cIↄIↄccxcvi.

XIII.

XIII.

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE
PRORECTOR
CHRISTOPH. MEINERS
CVM SENATV
CIVIVM SVORVM
QVI
IN CERTAMINE LITERARIO
IN A. D. IV. IVNII ANNI HVIVS CIↃIↃCCXCVI.
REGIS NOSTRI INDVLGENTISSIMI
SOLLENNE NATALITIVM
INDICTO
CONSTITVTA EX EIVS MVNIFICENTIA
PRAEMIA
ORDINVM ACADEMICORVM IVDICIO REPORTARVNT
NOMINA
SIMVLQVE
COMMENTATIONVM
QVAE
AD CERTAMEN IN A. D. IV. IVNII ANNI CIↃIↃCCXCVII.
ADMITTI VOLENT
ARGVMENTA
AB ACADEMIAE ORDINIBVS PROPOSITA
PROMVLGAT.

Quae in quotidianis congreſſibus et ſermonibus eſſe ſolet locupletiſſima confabulandi aut materia aut opportunitas, euentorum noſtri temporis mirabilis varietas et inexpectata ſaepe caſuum fortunaeque viciſſitudo, ſi eius quoque, cui praefandum eſt aliquid, in argumento quotannis tractando, menti obuerſatur, nihil ſane, quod miretur aliquis, res habere videbitur. Etenim neceſſe eſt, id maxime mentes noſtras impellere, quod et tempore et loco nobis familiare ſit, idque, quod aut mirationem, aut metum ac ſollicitudinem, iniiciat, ad ſenſus noſtros mouendos eſſe potentiſſimum. Prae omnibus tamen cum noſtris ſtudiis, vita, votis, coniuncta maxime eſſe debent, primo loco quicquid ſecuritatem publicam continet; tum ſtudiorum vitaeque tranquillitas. Contingit autem nobis ea felicitas, vt, ſaeuientibus vndiquaque bellorum procellis et ſtragem facientibus, quod quidem ad nos noſtramque Academiam ſpectat, tanquam in ſudo ac ſereno ipſi agamus et ſegetum noſtrarum fructum et prouentum habeamus vberrimum. Tam propitia enim beneuolentia diuina vſi ſumus, tanta cum vigilantia, ſapientia et conſtantia, viri ſummi, qui noſtrarum terrarum adminiſtrationem ſuae fidei creditam habent, periculis imminentibus obuiam ierunt, vt metus ac terrores iam in finibus haerentes depulſos viderimus.

Fruimur itaque, Ciues, ea rerum noſtrarum conditione, vt non modo incolumes et ſaluas, verum etiam auctas et locupletatas res noſtras eſſe pronuntiare liceat. Cum enim ſuperiorum annorum

rum timores frequentiam cinium noſtrorum ali-quantum imminuiſſent: continuo, ex quo tutiores viſae ſunt res noſtrae, eorum, qui nos adierunt, numerus inſigniter eſt auctus. Tranquillitate autem cum vniuerſe patriae noſtrae, tum Academiae frui licuit ea, vt etiam diſciplina publica non modo ſuſtentata ſit, verum etiam firmata et ſtabilita.

Quae omnia cum per ſe ſint magna et iucunda; quanto incundiora et maiora ea videri debent comparatione aliarum terrarum, in quibus partim per bellicos terrores, partim per dominationis libidinem, alibi per prauas ſuperſtitiones, per iniqua principum iudicia, per potentum odia et ſuſpiciones indoctas de periculoſis litterarum et ſcientiarum incrementis, pro fauore, laudibus, praemiis, quibus digna erant, litterarum bonarum ſtudia auerſas hominum voluntates, calumniationes, vexationes, coercitiones, indoctorum cenſorum turpes lituras, prohibitiones, interdicta, experiuntur. Circumferte oculos per omnem Germaniam, et pronuntiate ex animi ſententia, quanam in terra, qua in vrbe, maiorem litterarum honorem, fauorem, libertatem, eſſe compertum ſit? vbi is, qui ſuo iudicio vti nec ſeruili obſequio in aliorum verba et opiniones iurare velit, ſui magis eſſe poſſit arbitrii? ne illud dicamus, in qua tantae ſint opes litterariae et litterarum ſubſidia, tantae auctoritates et exempla, quae ingenia excitare, alere, fingere poſſint?

Comparate porro aliorum populorum inter bellicas has calamitates fortunam. Quis eſt

populus, cuius libertatem ſentiendi et ſcribendi iactare malit aliquis prae noſtra? Francorum autem quae ſit litterarum et litteratorum inter furores ciuiles conditio, quis ignorat! Inter tot ac tanta ſummae artis operum ſpolia, tot congeſtas librarias opes, litterariam ſupellectilem cumulatam, quam circumſcriptum earum rerum audimus eſſe vſum! quae virtutis et doctrinae praemia! Italia, quae non tam praeſenti litterarum celebritate, quam ſuperiorum temporum ingeniis eorumque monumentis ſuperbit, iam ipſa metuit ſuis ornamentis, artisque ſeu priſcae ſeu recentioris monumentis praeſtantiſſimis, ne ad populum victorem in praedae parte auehantur. Qua quidem fortuna quid eſſe poteſt triſtius, quid miſerius!

Atque haec quidem non iactanter ac glorioſe commemoramus, verum, vt comparatione cum aliorum fortuna inſtituta bona noſtra intelligamus, grataque ac pia mente indulgentiam et prouidentiam numinis veneremur; inprimisque id agendum nobis eſſe cenſeamus, vt tot tantisque beneficiis digni eſſe videamur, dum libertate noſtra litteraria vtimur circumſpecte, otio et ſecuritate honeſte et induſtrie, opibus autem et copiis omnis generis ad litterarum incrementa et Academiae bonam exiſtimationem accommodate; vt partes quisque muneris ſui tueamur religioſe, iisque diſciplinis, quas docet, ſe quisque tanquam antiſtitem conſtitutum eſſe cenſeat. Ita enim animati eſſe debemus, quotquot ſumus, omnes, vt non noſtrae, ſed publicae vtilitatis cauſſa eo, quo ſumus, loco conſtitutos nos

nos eſſe, vtque primas nobis partes a republica creditas eſſe arbitremur docendi, tum diſciplinam quam quisque docemus pro virili locupletandi ac perficiendi. Fidem et religionem, qua regi, qua patriae, qua reipublicae obſtricti ſumus, violari credite, ſi primo loco id propoſitum habuerimus, vt ex auditorum tributis diteſcamus, aut vt ſuae quisque ſolius laudis praeconium agamus, et ſine laude publica priuati inclareſcamus. Vana eſt omnis gloria, gratuita et illiberalis, niſi cum publica laude, et cum bona exiſtimatione Georgiae Auguſtae ſit coniuncta.

Senſu itaque hilari et grato etiam huius diei ſollenne peragimus, Ciues, quo natalem Regis noſtri auguſtiſſimi, Georgii III. gratabundi recolimus, eumque ſaluum et incolumem rebus noſtris prouidere, ex hoc quoque cognoſcimus, quod integra tranquillitate et ſecuritate publica, beneficiis Eius frui, atque etiam praemia, Eius munificentia conſtituta quaeſtionibus annuis, ad ſtudia veſtra, Commilitones, acuenda propoſitis ab Ordinibus academicis, publice pronuntiare victoribus eorumque nomina promulgare licuit. Sed ante omnia quaeſtiones ſuperiore anno euulgatae recitandae, et, quae commentationes ad concertandum oblatae fuerint, exponendum eſt.

Ab *Ordine Theologorum*

„duplex hac vice argumentum, in quo vires ingenii, iudicii, induſtriae ac doctrinae experirentur Commilitones, propoſitum erat, alterum *disquiſi-*

tioni

tioni eruditae; alterum: quod, nouo praemio ex munificentia et auctoritate regia conſtituto, acceſſerat, *orationi ſacrae*, aptum ac deſtinatum.

„Prior quaeſtio ita ſe habebat:

> *Quamnam maxime vtilitatem etiam hac aetate afferre poſſint libri noſtrae eccleſiae ſymbolici, ac qua ratione mos introductus et paulatim propagatus fuerit, horum librorum ſubſcriptionem a doctoribus religionis exigendi?*

Altera autem, oratori ſacro propoſita, hoc ferebat, vt doceretur:

> *Quam vim habeant ad animum tum emendandum tum pacandum rectae de peccatorum remiſſione notiones?*

De priore quaeſtione *tres* ad nos peruenerunt *commentationes*, ac

Prima quidem inſignita verbis Senecae: *Qui ante nos iſta mouerunt, non domini noſtri, ſed duces ſunt. Patet omnibus veritas, nondum eſt occupata, multum ex illa etiam futuris relictum eſt.*

Altera verbis Paullinis: τῃ ελευθερια, ᾗ Χριστος ἡμας ηλευθερωσε, στηκετε, και μη παλιν ζυγῳ δουλειας ενεχεσθε.

Tertia denique verbis: *Medium tenuere beati.*

„In his nulla fuit, quae non ſtudii ac doctrinae haud vulgaris teſtis eſſet ac non ſuum aliquid et ſibi proprium ad argumentum perdifficile et impeditum explicandum atque extricandum videretur afferre. Magnopere igitur laetati ſumus, quod, ſicuti alias, ita etiam hac occaſione data animadverteri-

verterimus, verſari inter nos praeclara et exculta ingenia iuuenum, in diuinarum diſciplinarum ſtudia ea, quam rei grauitas et ſanctitas poſcit, cura et conſtantia, intenta atque defixa. Comparatis autem inter ſe et probe examinatis tribus commentationibus ita iudicauit ac decreuit Ordo Theologorum: Ea, quae *primo* loco commemorata eſt, ingenium liberale et erectum prodere atque haud pauca ad rem pertinentia ac parum cognita congeſſiſſe viſa eſt. Nec oratio diſplicebat, expedita illa et dilucida ac paſſim elegans. Ceterum caput rei negligentius ac breuius expoſitum eſt, quae autem ipſi quodammodo vicina ac coniuncta eſſent, longius et copioſius tractata ſunt. Libris vero ſymbolicis ipſis neque id pretium neque eam vtilitatem permanentem auctor ſtatuit, quam ipſi iure vindicare poſſe ſibi videbantur. Alteram denique quaeſtionis partem, quae ad hiſtoriam pertinet, minoris, quam par erat, momenti eſſe ille iudicauit. *Tertia* commentatio, quamuis ſtilo inferior, re tamen ſuperior viſa eſt, ac ſuo ſymbolo, quo medium tenere auctor profeſſus eſt, plane digna. Multa ille quaeſtionis momenta attigit atque explicauit, et quamplurima ad hiſtoriam pertinentia expoſuit, quae in prima commentatione deſiderabantur. Nec ſine voluptate in toto hoc ſpecimine iuuenem probae indolis, cautum et de quo optima quaeque ad religionis commodum augurari liceat, animaduertimus.

„In tot tantisque horum ſpeciminum virtutibus eo maiorem laudem ſibi peperit auctor *ſecun-*

dae

dae commentationis, quae verba Paullina adſcripta habet. Neque enim ſolum ille materiem tam bene ac ſolerter coegit et diſpoſuit tantoque iudicii acumine et modeſtia atque orationis elegantia tractauit, vt vnanimi Ordinis conſenſu victoris corona dignus eſſe videretur. Omnino quaeſtionem propoſitam curioſius ac diligentius illuſtrauit, quam vllo ſcripro publico factum eſſe nouimus. In eo ſolum peccauit commentatio, quod ad maiorem molem excreuit, quam inſtituti leges admittunt. Reſcindenda igitur nonnulla prius erunt, quam publicam lucem videre poſſit. Ad commentationem victricem proxime acceſſiſſe iudicata eſt tertia cum dicto: *Medium tenuere beati.*„;

Scheda adiecta reſignata, nomen eius, qui palmam reportauit, lectum eſt

Gottlob Guilielmus Meyer, *Lubecenſis*,
Seminarii philologici ſodalis.

Is autem, qui loco ſecundo laudes abſtulit, eſt Io. Godofr. Bruggemann, *Munda-Hannoveranus*, idem qui iam ſuperiore anno victor fuit ſecundo loco, in disquiſitione: *quid momenti habeat hiſtoria Ieſu in vniuerſa religione Chriſtiana?*

„Ad *quaeſtionem homileticam* quod attinet, inter eos, qui ad concertandum publice admiſſi ſunt, iudicio Ordinis noſtri eminuiſſe ac viciſſe exiſtimatus eſt ille, cuius ſchedae verba inſcripta erant:

Et hoc meminiſſe iuuabit.

qua reſignata nomen comparuerat

Frid. Koeppen, *Lubecenſis.*

De huius atque vtriusque aemuli oratione ſacra, nec non *de quaeſtione homiletica in futurum annum proponenda,*

ponenda, breui tempore collega venerabilis, qui Academiae ſacris praeeſt, ſingulari Programmate theotiſco, eos, quorum ſcire intereſt, certiores reddet.„

Ordo *Iureconſultorum* poſtulauerat:

Vt iuris ſupremae inſpectionis ambitus et limites tum ex natura rei et principiis iuris publici vniuerſalis rite definirentur, tum exemplis inprimis iuri publico Germanico adcommodatis illuſtrarentur.

„Vna eademque die 31. Mart. exhibitae ſunt Ordini *duae* commentationes; *vna* inſcriptis verbis:

Quidquid exceſſit modum, pendet inſtabili loco. Seneca.

altera cum ſymbolo: *Ne quid nimis.*

Ambae non omnino ſatisfaciunt exſpectationi Ordinis. Prior tamen alteri longe praeualet, tum in ſcribendi genere, tum in ipſis rerum argumentis expoſitis. Quumque nec deſiderari poſſint tractationes omnibus plane numeris abſolutae, argumenti inprimis non ſine difficultate enucleandi; ob inſignem tamen adhibitam diligentiam neque exiguam ex vniuerſa ſcriptione conſpicuam doctrinae copiam haud indigna praemio viſa Ordini eſt *primo loco* nominata commentatio, cui inſcripta ſunt verba Senecae:

Quidquid exceſſit modum, pendet inſtabili loco.„

Reſignata ſcheda eius, cui potior locus erat aſſignatus, nomen inſcriptum erat:

Carolus Augustus Tittmann, *Viteberga Saxo.*

Ab *Ordine Medicorum*

propoſita erat quaeſtio:

quae ſit febrium neruoſarum acutarum natura in genere.

Verum

Verum nulla oblata eſt commentatio, quae praemio digna eſſe videri poſſet. Duo tamen audimus eſſe, qui temporis anguſtiam cauſſati tradere Ordini fetus nondum maturos noluere. Tertius nomen ſuum ſcripto tradito incautus adſcripſerat.

Ab *Ordine Philoſophorum*

conſtitutum erat pro quaeſtione:

Hiſtoriae vrbis agrique Gottingenſis breuiarium.

Subiunctae fuere in programmate leges, quibus circumſcribebatur induſtria eorum, qui ad hanc operam ſe accinxiſſent. Nec nos latet, plures e vobis fuiſſe, qui ſtadium eſſent alacriter ingreſſi; deficientibus tamen aliis, ad carceres peruenit is, cuius ſcriptio ita comparata eſſe viſa eſt, vt alia ne deſideretur, quod quidem ad doctrinae, qualis in iuuene eſſe poteſt, copiam, inquirendi notitiasque conquirendi pertinaciam, et conquiſita ſollerter diſponendi commodeque eloquendi facultatem attinet. Sunt tamen alia, etſi per ſe praeclara, nec improbanda, quae tamen, quod conſilii rationi repugnabant, iudicio Ordinis probata haud ſunt; primo, quod, cum *breuiarium* hiſtoriae ſcribere iuſſi eſſent concertaturi, ipſe obtulit opus hiſtoricum magni ac ſpiſſi voluminis, multis rebus copioſius, quam pro breuiarii natura ac lege, enarratis. Erunt itaque haec, antequam vulgetur ſcriptio, reſecanda. Quod porro ab iis, qui in certamen deſcenſuri eſſent, nec poſtulabatur, nec expectabatur, aſſequendum ſibi eſſe putauit, vt etiam noua, ex libris haud vulgaribus aut ex tabulariis hauſta, et aliis indicta, apponeret. Auctorum

rum nominibus excitandis, ſibi indulſit nimium; ſtrunt itaque et haec recidenda. Oratione vſus eſt, ſi calami feſtinantis offenſiones exceperis, ſatis latina, et rerum narrandarum indoli accommodata, etſi in nonnullis nimium exuberante, quandoquidem interdum videri voluit etiam ornatae orationis ſpecimen inferere. Quae quidem etſi non probat Ordo, commendat tamen ſcriptionem magnopere, tanquam doctrinae iuuenilis, diligentiae, artis et ingenii eximii fetum, maturiores aliquando prouentus pollicentem, neque adeo dubitat praemium, quod, etiam ſi plures concurriſſent, haud facile illi vlla alia commentatio praereptura fuiſſet, ſumma cum laude ei aſſignare.

Aperta reuulſo ſigno ſcheda nomen fidem fecit compoſuiſſe hanc commentationem

IULIUM BILLERBECK, *Hildeſienſem,*

Seminarii Regii philologici Sodalem.

Ducere dona iube! Aſſignata e munificentia regia praemia a ſui quisque Ordinis Decano victores accipere iuſſi ſunt. Supererat, vt quaeſtiones, praemio in ſingulas numi XXV aureorum pondo propoſito, in futurum annum XCVII. conditionibus notis et iterum in memoriam reuocatis, pronuntiarentur.

In futurum annum

ab ORDINE THEOLOGORVM

propoſita eſt quaeſtio:

An et quatenus mendacium neceſſitate extortum (Nothlüge) *ſecundum praecepta diſciplinae morum chriſtia-*

chriſtianae locum habere poſſit, ductis ſimul hiſtoriae huius doctrinae lineamentis.

ORDO IVRECONSVLTORVM

proponit quaeſtionem:

Quaenam ſit vis euentualis inueſtiturae accedente conſenſu vaſalli principalis impetratae?

Quaeſtio ORDINIS MEDICORVM eſt:

Quaenam eſt lucis in corpus humanum viuum efficacia, tum noxia, tum praeter eam partem, quam in viſu agit, vtilis ac ſalutaris?

AB ORDINE PHILOSOPHORVM;

Cum noſtra aetate in regnis Europae fere omnibus opera detur, vt incolarum induſtria parentur et elaborentur merces, quibus carere aut nolunt aut nequeunt, ne ab exteris eas mercari neceſſe ſit; quaeritur, quaenam inde populis emolumenta et detrimenta prouentura eſſe probabile ſit.

Habebitur ſimul laudi, etſi inter poſtulata non habetur, ſi concertantium ſtudia ex hiſtoriarum monumentis, ſi non inueſtigauerint, ſaltem tamen attigerint prima veſtigia ac progreſſus huius αὐταρκείας *politicae, accurate definitae ac circumſcriptae.*

Audiuiſtis, Commilitones, quae ſuae quisque diligentiae ſuaeque laudis incitamenta in futurum annum propoſita habeat. *Cuncti adſint, meritaeque expectent praemia palmae. Ore fauete omnes.* Quatuor ſunt praemia propoſita quatuor victoribus! *Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.*

Reditum

Reditum inde eſt ad huius diei ſollemne et cauſſas, gratando primum et vota piis mentibus faciendo pro Regis noſtri Auguſtiſſimi ſalute et incolumitate; vtinam ipſi contingat, vt pace glorioſa quam primum reſtituta fauſtis populorum vocibus plauſibusque Pacificatoris orbis terrarum nomine ille ſalutatus felicitatis publicae auctor ſtatorque habeatur! Fecimus vota pro regia ſtirpe, pro terris hisce tranquillitate et pacato rerum ſtatu fruentibus, pro eius auctoribus, viris ſummis, qui reipublicae gubernandae praeſunt, pro vrbe agroque et Academia. Nec tamen, tanquam ſola precum pietate defungi liceat, religionem grauiorem et pietatem veram omittemus, quae in eo continetur, vt allaboremus pro virili vnusquisque, vt ea, quae ad laetos rerum ſucceſſus a noſtro officio et fide expectanda ſunt, prudenter prouideantur, gnauiter ſtrenueque peragantur, religioſe curentur. Ita faxit Deus O. M. omnium bonorum fons et auctor, idemque recte factorum remunerator, officii neglecti vindex certiſſimus!

P. P. in Georgia Auguſta m. Junio cIↃIↃccxcvi.

XIV.

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE
PRORECTOR
IVSTVS FRID. RVNDE
CVM SENATV
CIVIVM SVORVM
QVI
IN CERTAMINE LITERARIO
IN A. D. IV. JVNII ANNI HVIVS CIƆIƆCCXCVII.
REGIS NOSTRI INDVLGENTISSIMI
SOLLENNE NATALITIVM
INDICTO
ET D. XI. HABITO
CONSTITVTA EX EIVS MVNIFICENTIA
PRAEMIA
ORDINVM ACADEMICORVM IVDICIO REPORTARVNT
NOMINA
SIMVLQVE
COMMENTATIONVM
QVAE
AD CERTAMEN IN A. D. IV. JVNII ANNI CIƆIƆCCXCVIII.
ADMITTI VOLENT
ARGVMENTA
AB ACADEMIAE ORDINIBVS PROPOSITA
PROMVLGAT.

Dies quidem natali ſacro Regis noſtri Indulgentiſſimi celebrando indictus, inter imbres pluviasque

viasque nubilo ac contriſtato coelo exortus, quam parum laetos et hilares animi ſenſus prouocare potuerit, meminiſtis, Commilitones; nec magis laeta nuntiata erant ex Magna Britannia, quae animum exhilarare poſſent. Fuit itaque animus, cauſſis quae ſenſus impellerent externis deficientibus, auocandus ad cauſſas eas, quas diligens conſideratio ſuppeditare poterat: quod ſane laetitiae genus, quo magis a ratione et iudicio ſano aequoque eſt profectum, eo verius ſolidiusque eſſe neceſſe eſt. Circumſpicientibus autem nobis, cauſſae ſe offerebant multae, quae erigerent animos partim ad bonorum, quibus vtimur, fructum iucundum, partim ad bonam ſpem rerum, conſiliorum prudentia propitiisque euentis, meliore loco collocandarum. Quae autem nunc cum maxime ante oculos verſabantur, erant: quod votis noſtris Regem ſaluum et incolumem conceſſit numen O. M.; quod diem hunc inter primum Germaniae pacandae diluculum agebamus; quod proſpicimus cum ipſis belli foediſſimi et tantum non internecini ſtragibus et vaſtationibus mox quoque terrores metusque ſublatum iri, quibus per omne hoc tempus percuſſi et ſuſpenſi, ſaepe perculſi fuimus. Nobis tamen adeo propitia fuit prouidentia alma numinis, vt per tempora haec atrociſſima, quibus conuulſa et labefacta eſt totius fere Europae fortuna, res tamen noſtrae ſteterint, leuiter nonnunquam concuſſae, rectae tamen et integrae, tutae ac munitae. Quod inſigne numinis beneficium, cum ipſa felicitate noſtra, vt ſtudiis litterisque ipſis proficuum ſit, nobis ſumma opera annitendum eſſe arbitrabimur.

Ne vero protracta ac per octo dies dilata noſtra in celebrando die natali Regis pietas in reprehenſionem veniat, etſi vos, Commilitones, excuſatio iuſta latere haud poteſt, publice tamen eius rei cauſſae a nobis exponendae ſunt. Natalis Regis noſtri ſollenni coetu celebrandus die Iunii quarto inciderat hoc anno in primum Pentecoſtes diem; cuius diei religio ſollennibus noſtris non modo nihil obfuiſſet, verum celebritate ſua et pietatis religioſae ſenſu multo magis profuiſſet; niſi alia ratio grauior, quo minus eo die ſacrum noſtrum celebraremus, obſtitiſſet; imminuta ſcilicet frequentia veſtra, Ciues, per excurſiones iſtis diebus quaquauerſum ſuſceptas. Ab aliquot enim annis mos hic inualuit, vt, cum vix ingreſſi ſitis aeſtiuum hoc ſemeſtre ſtudiorum curriculum, exiguam curſus partem emenſi, aut in ipſo limine adhuc haerentes, et rerum docendarum nouitate erectis ac ſuſpenſis animis, Pentecoſtes ſacrorum opportunitate arrepta, feriae per octiduum agantur, ſtudiorum impetus retundatur, ardor reſtinguatur, ingenia auocentur ad otii agendi illecebras, et ad eiusdem otii fallendi cauſſas quaerendas. Nihil poterat a ſtudiorum noſtrorum ratione, nihil a conſilio eſſe alienius, nihil magis contrarium votis noſtris. Quis tandem in ipſo operis paullo grauioris exordio, ardente cum maxime et intento animo, id agat, vt ipſe, nulla de cauſſa, ſubſiſtat, impetum frangat, et, antequam vires ſatis expertus ſit, antequam recreationem ac refectionem illae deſiderent, ipſe ſponte ac deliberato eas ſufflaminet! Vix per vnum menſem, aut per paucos dies

lectio

lectionibus habitis, vix expeditis armis, aut in ipſo procinctu, ecce diſcurritur; magna veſtrum pars dilabitur et excurrit in loca vicina, maxime Caſſellas, vel in Hercynios montes; quorum adeundorum tempus opportunum vix vnquam caeli ſubitae per hanc anni tempeſtatem viciſſitudines praebent, ita vt multi veſtrum ſine omni ſeu iucunditatis ſeu vtilitatis fructu, corporibus valetudine tentatis, domum redeant. Non meliorem fortunam experti eſtis hoc anno, quotquot aut loca modo memorata adiiſtis, aut alio excurriſtis, nec facile hac anni tempeſtate meliorem expectare licet; itaque triſti et inclementi caelo ab ipſa aeris liberioris vſura excluſi, inter tecta deſidentes, alii otio ingrato tempus agitis, alii taedii tollendi ac fallendi cauſſa ſodalitia contrahitis ad aleae et caeci caſus luſus delapſi. Ita multi veſtrum, iis, quae ad erogandos per hoc ſemeſtre ſumtus a parentibus erant deſtinata ac praebita, exuti Gottingam reditis omnium rerum pertaeſi, nouis curis impliciti; partim a litterarum ſtudiis alienati, et ad omne auocamentorum genus amplectendum prócliues. Alii, qui melius vobis conſulueratis, reditis ſaltem ita comparati, vt a remiſſione animorum per has excurſiones ſuborta iterum intendendus ſit animus, repetendi ſint quaſi carceres, et curſus prima exordia iteranda. Ii autem ipſi, qui in vrbe dies hos agitis, languore ac taedio feriarum victi, peſſimo more damnato, vt occupationum ſolitarum vices redeant, in votis habere ſoletis. Quantum detrimenti ſtudiis veſtris, conſiliis ac profectibus, per infauſtum hunc feriandi morem afferantur, videtis

Commilitones. Contra quae et quanta bona in vos cumulata eſſent, ſi per hos dies ſtudia veſtra frequentandis lectionibus ſine ceſſatione proſequuti eſſetis! Firmatis animis, feruentibus ſtudiis, ſumtis ex ipſo vſu et firmatis viribus, primis rerum inſolitarum taediis victis, ex iis ipſis, quas iam paratas habebatis, copiis iucunditatem perciperetis et ad nouos fructus percipiendos excitati noua doctrinae incrementa ſpe et animo iam conciperetis.

Videndum itaque et ſedulo allaborandum eſſe videtis, Commilitones, vt ſequentibus annis perniciosus hic feriarum pentecoſtalium, et excurſionum per eas faciendarum, mos aboleatur. Omnino, niſi omnem ſtudiorum veſtrorum rationem euerſam eſſe vultis, feriarum, quae per praua exempla primum inductae, mox vſus prauitate in morem abierunt, ex Academia noſtra tollendarum neceſſitas ſumma inſtat. Non ignari ſumus nec immemores, animis remittendis et viribus reficiendis tempora ſua eſſe danda; enimuero conſentanea illa et accommodata eſſe debent vitae conſiliis et vſibus ceteris. Studia veſtra, Commilitones, inprimis nunc in immenſum cumulatis litterarum ac diſciplinarum copiis, nouis, nomine ſaltem, inductis et procuſis lectionibus, diſtractis in tam multa ac varia ingeniis veſtris, annorum contra, quos in academia exigere licet, ſpatio deminuto, ſtudia, inquam, veſtra in eum iam locum adducta ſunt, vt aut cum ingeniis felicibus, per diſciplinam puerilem egregie expolitis et locupletatis, ad nos accedendum vobis ſit, vtque vires animorum afferendae ſint validae,

magnae

magnae aſſiduitatis multaeque intentionis capaces; aut triennio abſoluto diſcedendum vobis ſit diſciplinis vix deguſtatis, ſtudiis vix inchoatis, lacunoſis, turbatis. Id autem multo magis euenire neceſſe eſt, ſi ex anguſtis his triennii limitibus magnum dierum numerum exemtum ſine auditione vlla exegeritis. Iam autem feriarum agendarum licentia ab aliquot inde annis eo excreuit, vt, niſi ea reprimatur, de ſtudiis veſtris actum ſit. Magno cum incommodo noſtro, aliarum tamen academiarum exemplo eo ducente, hoc ipſum inſtitutum eſt, quod ſtudiorum noſtrorum noui curſus alienis anni temporibus exordia habent; cum tamen neceſſitas legem hanc feciſſet, inter ſemeſtrium vices, ſpatium quatuordecim dierum feriis erat dictum lege ac more, idque religioſe obſeruatum per annos multos. Inualuit noſtra aetate lubido adiiciendi feriis vnam, mox alteram ſeptimanam; nunc tanquam more conſecratum eſt, vt, niſi menſe integro, menſe ac dimidio forte, aut binis menſibus exactis, de lectionibus habendis vix cogitetur aut cogitari poſſit; quandoquidem frequentia lectionibus habendis idonea nondum coiit: perſuaſione hac, etiam per exteras terras propagata, lectionum habendarum maturiora exordia nulla eſſe; itaque ante hoc tempus plerumque nec ii acceſſerunt, qui ſtudia academica ingrediuntur, neque illi, qui per ferias itinera ſuſceperunt, nec modo ad patrios lares, verum ad terras interdum longinquas et ad vrbes Germaniae inuiſendas; quae, etſi per ſe eſſe poſſunt praeclara, multorum tamen nec conſiliis ac temporibus, nec copiis et

opibus conueniunt: quibus exhauſtis illi ad nos redeunt, omni ſtudiorum et rei familiaris ratione turbata. Imputari a parentibus ſolent vrbi et academiae ſumtus intolerabiles, quos vita inter nos agenda exigat; ſparguntur per terras exteras rumores ſiniſtri, ac fama moleſta magnarum difficultatum, cum quibus modica in fortuna apud nos luctandum ſit; atqui inſani hi ſumtus facti erant Caſſellis, aliisque in terris, ita vt ad vrbem noſtram nihil inde redundaret commodi vel lucri, contra vero dira neceſſitas ſuboriatur, res neceſſarias nulla pecunia ſoluta parandi et aeris alieni contrahendi. Altera ex parte ii, qui aut ferias in vrbe exigunt, aut maturius ad nos acceſſerunt, cum longi otii et ſolitudinis pertaeſum ſit, haud raro ad ea, quae otio fallendo idonea ſint, delapſi, tempore, bona valetudine, opibus ad alia abutuntur, quam quorum cauſſa huc profecti erant. Nihil enim iuuenili aetati periculoſius eſt, quam vita parum occupata. Itaque ii, qui nuper primum hanc vrbem adierant, aut recentes aduenae et hoſpites, nondum bonis proborum ſodalium amicitiis inſtructi, taedium vitae inertis haud ferentes, in diſcrimine verſantur praeſentiſſimo, ne, prauis ſodalitiis impliciti, primis ſtatim diebus omnem academicae vitae fructum in ipſo flore et germine corrumpant et perdant.

Quot et quanta mala a prauo hoc vltra legitimum tempus ferias producendi more proficiſcantur, videtis, Commilitones, et nobiſcum perſuaſum habebitis, peſtiferum hunc commodisque

veſtris

veſtris infeſtum morem eſſe tollendum et exſtirpandum. Iuſto tempore a nobis lectiones habentor et abſoluuntor; vos itaque iuſto tempore adeſte, et, frequentia veſtra maturata, maturate conatus noſtros et ſtudia veſtra; quae niſi ad legitima tempora reuocata fuerint, intra haud multos annos ne omnis ſtudiorum academicorum ratio euerſa ſit, verendum eſt. Neque enim malum hoc, quod tantas vires ſumſit, eo in loco, quo iam peruenit, ſubſtiturum eſſe putate; demtis ac ſubtractis iam ſtudiis veſtris ſemeſtribus duobus fere menſibus, adeoque tertia parte, intra paucos annos, niſi mature ſubueniatur, vix tres menſes e ſenis menſibus lectionibus habendis relictos eſſe videbimus. Inter haec contrahi et coanguſtari profeſſorum ſtudia, et aut rerum tradendarum filum media in tela texenda abrumpi, aut lectionibus ſenſim ſenſimque diſciplinarum potius epitomas tradi, quam per earum ambitum duci auditores neceſſe eſt; primis ideo tantum labiis pleraque a vobis delibari; ſine pleno hauſtu pleroſque diſcedere; domeſticis enim ſtudiis repetitionibusque multo minus tempus iuſtum ſupereſt. Cumulantur interea auditiones, rerum diuerſiſſimarum audiendarum mole obruitur memoria, iudicio a partibus ſuis agendis excluſo aut intercepto. Verbo, redibunt tandem omnia ad guſtationem potius, quam ad coenam iuſtam; et academiae erunt popinae, ad quas raptim concurritur et cibo raptim ſumto diſceditur.

Nolumus tamen, Commilitones, ſollennium noſtrorum religionem infauſtis ominibus contaminare;

nare; officii noſtri erat, monere ſalubria et ante oculos ponere, quo mala noſtra tandem progreſſura ſint, niſi mature occurratur. A tenuibus initiis plerumque in vita hominum vitia oriuntur, quibus ſerius nulla medela reperiri poteſt; ſi mature quaeratur, in promtu et ad manum ea eſt. Ad ſtudiorum ſeueritatem reuocanda eſt iuuentus, ſi ſaluam rempublicam eſſe volumus. Fieri enim nequit, vt ea recte adminiſtretur, niſi ab iis, qui neceſſariis ſtudiorum copiis inſtructi ſunt; inſtructi autem iis nemo eſſe poteſt, qui iis addiſcendis iuſtum tempus et iuſtam operam haud tribuerit.

Vt ſtudia veſtra, Commilitones, ad iſtam ſeueritatem reuocentur, prouiſum eſt etiam ex regia munificentia, cui ſimilem et parem nulla alia Academia experta eſt, conſtitutis praemiis, quae ab Ordinibus academicis perſoluantur iis, qui induſtriae ſuae, doctrinae ac profectuum, ſpecimina ediderint ſatisfaciendo quaeſtionibus quotannis propoſitis. Quae itaque hoc quoque anno propoſita fuerint ad ingenia veſtra, Commilitones, exploranda, quae commentationes exhibitae fuerint, quaeque ex iis probatae et praemiis ornatae, publice tunc in coetu ſollenni eſt pronuntiatum, nuncque ex edicto proponitur.

Ab *Ordine Theologorum* propoſita erat quaeſtio:

An et quatenus ſecundum praecepta diſciplinae morum Chriſtianae locum habere poſſit mendacium neceſſitate extortum? ductis ſimul hiſtoriae huius doctrinae lineamentis.

« Tra-

*Traditae ſunt Ordini *commentationes quinque*, omnes diligentiae commilitonum, nonnullae doctrinae ſagacisque ingenii teſtes idonei et locupletes. Praeferebat autem I^ma^ verſus Sophocleos ex Stobaco decerptos:

Προς ταυτα κρυπτε μηδεν, ὡς ὁ πανθ' ὁρων,
Και παντ' ακουων, παντ' αναπτυσσει χρονος.

Qua lecta, clarum fuit, auctorem ad quaeſtionem ſoluendam nonniſi egregiis praeſidiis inſtructum acceſſiſſe, et de hiſtoria doctrinae controuerſae circumſcripte et vero egregie expoſuiſſe. Ad arcem cauſſae vero, quae non doctrinarum copiis ſolum, ſed ingenii acumine et ſagacitate expugnanda erat, non penetrauit, neque orationis etiam, quam inceperat, puritatem ſuſtinere valuit. Pergendum itaque erat ad

II^dam^ commentationem, Ciceronis verbis inſignitam:

Improbi hominis eſt mendacio fallere.

Sunt quidem, quae vel in hac diſſertatione deſiderari queant, ſtili elegantia rerumque lucidus ordo. Auctor praeterea ſibi ipſi non ſemper conſtat; nonnunquam extra oleas vagatur, et in vniverſum quaeſtionem propoſitam exemplis magis vndique congeſtis, quam rationibus et argumentis profligari poſſe autumat. Ceterum difficultates bene expediuit, hiſtoriam doctrinae e fontibus hauſit, mendaciumque ſtricte ſic dictum adſentiente lege morali, a nulla neceſſitate phyſica vnquam extorqueri poſſe, fortiter ac ſtrenue adſeruit. Eandem viam auctor diſſertationis

III^tiae^

III^tiae^ ingreſſus erat, quae in fronte gerit epigraphen: 'Αρετῃ καὶ ἀληθείᾳ.
Probauit arbitris orationis peritiam, iuſtum notionum ordinem, diſciplinae moralis et ſcripturae ſacrae cognitionem: quaeſtionem autem propoſitam leui tantum et veluti ſuſpenſo calamo tetigit, ita, vt in eo ipſo loco orationis filum abrumperet, quo longius ad certum finem ducendum erat. Huius autem reprehenſionis inuidiam effugit auctor commentationis

IV^tae^ effato Ieſu Chriſti inſcriptae:
Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί.
reliquis nec ordine rerum, nec orationis caſtitate et elegantia inferior. Ad quaeſtionem autem dubitationibus preſſam magis ex obſcuro quodam aequitatis ſenſu, quam ex diſciplinae moralis rigore reſpondet. Supererat adhuc commentatio

V^ta^, et haec Ciceronis praecepto ornata:
Eſt vera lex recta ratio, naturae congruens, quae vocet ad officium iubendo, vetando a fraude deterreat.
Conſenſere iudices in laudanda literraum copia, orationis vbertate, argumentorumque delectu, quibus lectores in ſuam ſententiam trahere ſtuduit auctor. Ex altera autem parte conuenit etiam inter illos, auctorem minus recte ſentire, de iniuria, quae alteri infertur mendaico, et quae non tam ex conſectariis externis, quam ex laeſa alterius libertate et dignitate morali aeſtimanda eſt.

Excuſſis de nouo quinis hisce diligentiae et doctrinae haud vulgaris ſpeciminibus, calculum Ordinis

dinis obtinuit demum *diſputatio ſecunda*, quae argumentum Ciceronis verbis expreſſum in fronte gerit:

Improbi hominis eſt mendacio fallere."

Reſignata ſchedula prodiit auctor

Ioh. Godofr. Brüggemann, *Munda-Hannoueranus*,

qui ſuperioribus annis XCV et XCVI bis ſecundo a victore loco ceteris praelatus fuerat. "Ad hunc proxime *acceſſiſſe* iudicatus eſt auctor commentationis *quintae*; hunc autem excipere placuit diſſertationis *primae* ſcriptorem, qui de hiſtoria huius doctrinae cum laude expoſuit." Profeſſus hic eſt nomen ſuum Io. Wilh. Raphael Fiorillo, Seminarii Reg. philologici Sodalis.

"Alterum *praemium*, quod vocant *homileticum*, propoſitum erat oratori ſacro, verba facienti

de argumentis ſingularibus diſciplinae morum Chriſtianae ad vitandam libidinem veneream.

Redditae ſunt collegae, qui academiae ſacra moderatur, orationes *octo*, quarum vitia virtutesue libello ſingulari propediem recenſebit. Facto ex lege delectu, iam publice e ſuggeſtu habiti ſunt ſermones tres, quorum auctores communem iuſtae actionis et peritiae in memoriter dicendo laudem ſortiti ſunt. Certare viſi ſunt de praemio orator primus et ſecundus, quorum ille hunc orationis et argumentorum vbertate et robore, hic illum voce, declamatione, ipſaque adeo actione facile ſuperauit. Ponderatis tamen vtriusque orationis virtutibus praemium regium decretum eſt

Christophoro Henrico Albers, *Luneburgenſi*;

hunc

hunc autem proxime excipere iudicatus eſt IOANNES AUGUSTUS ANTON LÜDEKE, *Suecus-Holmienſis*, externis orationis ſuae ornamentis conſpicuus, quorum ſermones ſinguli, neque tertia commentatione ſuppreſſa, in lucem publicam prodire iubebuntur.

Ordo Iureconſultorum propoſuerat quaeſtionem:

Quaenam ſit vis euentualis inueſtiturae accedente conſenſu vaſalli principalis impetratae?

"Traditae ſunt Ordini *quinque* commentationes, his inſignitae ſententiis:

N. I. —— *factum defendite veſtrum,*
Conſenſiſtis enim. OVID. Met. XIII, 314.

N. II. *Diſcite iuſtitiam.*

N. III. *In ipſis rebus, quae cognoſcuntur, et diſcuntur, incitamenta inſunt, quibus ad cognoſcendum mouemur.* CICERO.

N. IV. *Omnes trahimur et ducimur ad cognitionis et ſcientiae cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus.* CICERO.

N. V. *Sit et voluiſſe ſatis!*

Nulla harum exercitationum ſua dote deſtituta, nec vlli ſua laus deneganda. Palmam autem prae reliquis ſibi dubiam facere viſae ſunt eae, quae primo, tertio et quarto loco nominatae ſunt; quam tandem vnanimi arbitrorum conſenſu ceteris praeripuit ea, quae Ciceronis elogio inſcripta eſt:

In ipſis rebus, quae cognoſcuntur et diſcuntur, incitamenta inſunt, quibus ad cognoſcendum mouemur;

cuius auctor tum puritate et concinnitate ſcriptionis commendatur; tum in ipſa tractatione iuſto ordine et legitimis principiis ſolida legum interpretatione ſuffultis vſus eſt. Huic vero eam, quae

primo

rimo loco Ouidii elogio inſignitam; et vtrique
am, quam *quarto* loco, inſcriptam Ciceronis ſen-
entia, nominauimus, proxime accedere iudica-
um eſt." .

Schedula reſignata compertum eſt nomen:
Franc. Arn. Reiche, *Eimbeca-Hannoveranus.*
ceſſiſſe in laudis ſocietatem et proximum locum
ccupaſſe viſus eſt Conr. Aug. Albert. Roſcher
uneburgenſis, et altero loco Frid. Ernest. Carol.
romm, *Suerino-Megapolitanus.*

Quaeſtio ab *Ordine Medicorum* propoſita
at haec:

*Quaenam ſit lucis in corpus humanum viuum effi-
cacia cum noxia, tum praeter eam partem, quam in
viſu agit, vtilis ac ſalutaris?*

"Quatuor obtinuit Ordo ſcripta, quae omnia
ligentiam et multifariam auctorum eruditionem
culenter teſtantur, ordinato quoque et ſatis bene
geſto ſermone laudes promerita. *Primum*, cui
ſcriptum eſt emblema:

Alma lux refulſit,

ſi cetera ſatis breue, illud tamen vitii cum reli-
quis commune habet, vt multa comprehendat,
quae ad rhombum non pertinent, ſatis quidem in-
genioſe ſimilitudinem lucis cum materia neruea
componit, argumenta tamen pro et contra hanc ſi-
militudinem militantia, et cardinem quaeſtionis
propoſitae iuſto fugacius pertractat. Quamuis
maior in colligendis factis diligentia in reliquis
lucefcat, in eo tamen peccant omnia, vt nimia
mole obruant lectorem, plura complectentia, quae

ad quaeſtionem nequaquam ſpectant, et in recenſendis phaenomenis a ſole productis iuſto minus diſtinguunt, quid luci debeatur, quid calori.

Dubitat adeo auctor ſcripti, quod inſignitur verbis: *Diligenti ſpectione res indiget,* an vnquam diſcerni poſſint effectus lucis ab effectibus caloris, et omnes, quos lux in corpus humanum viuum exſerat, in eo conſiſtere, vt in cutem agat, ſibi perſuadet.

Plenius omnino quaeſtioni ſatisfaciunt, quae ſuperſunt, *duo*, ſiue multifariam lucis in corpora omnigena efficientiam, ex phyſicis et chemicis argumentis et phaenomenis deductam, ſiue quae inde fluunt, ſequelas tum pathologicas, tum therapeuticas conſideres, ipſas noxas, quas nimis largus lucis influxus intuliſſe obſeruatus fuit, non negligentia; alterum ſcriptum ſignatum emblemate

Non tam in diſputando auctores, quam rationis momenta quaerenda ſunt;

alterum, ſermone magis correcto et melius digeſto huic praecellens, inſignitum emblemate:

Quae praeſenti opuſculo deſunt, ſupplebit aetas.

Quibus omnibus penſitatis poſteriori huic ſcripto, ornato emblemate modeſto:

Quae praeſenti opuſculo deſunt, ſupplebit aetas,

deberi praemium; alteri autem, cui emblema:

Non tam in diſputando auctores, quam rationis momenta quaerenda ſunt,

proximum locum, decreuit Ordo Medicus."

Auctor ſcriptionis victricis eſt proditus

Io. Chph. Ebermaier, *Med. Stud.*, *Oſnabrugenſis*

Et ad praemium proxime acceſſiſſe viſus eſt Er. Horn, *Brunſuicenſis*; nunc Med. Doct.

Ab *Ordine Philoſophorum* propoſita erat quaeſtio:

Cum noſtra aetate in regnis Europae fere omnibus opera detur, vt incolarum induſtria parentur et elaborentur merces, quibus carere aut nolunt aut nequeunt, ne ab exteris ea mercari neceſſe ſit; quaeritur, quaenam inde populis emolumenta et detrimenta prouentura eſſe probabile ſit.

Exhibitae ſunt Ordini commentationes *tres*: prima cum dicto: *Diſcite iuſtitiam moniti*; altera inſcripta habens verba: *Eſt modus in rebus*; tertia in fronte praefert prouerbium:

Nulla regula ſine exceptione.

Nulla harum commentationum eſt, quae non laude ſua digna viſa ſit: in tertia, quae nullam regulam ſine exceptione eſſe pronuntiat, acumen elucefcit philoſophicis ſubtilitatibus bene ſubactum, ad notiones a ſingulis rebus abſtractas et ad ſummum aliquod redactas contemplatione mentis euoluendas et explicandas haud infelix; enimuero cum quaeſtio verſetur non in ideis, ſed in rebus, in factis, in finitis rerum diuerſisque formis iisque inconſtantibus et noua quaque mutatione ingruente mutandis aliterque determinandis: vniuerſalibus hisce notionibus expediri res haud poterat; ſed rerum vſus et experientia, vt, quae hinc colligi poſſint, appareat, conſulenda erat; et ex hac, non ab vniverſali aliqua notione, ducendae erant rationes impugnandi vel affirmandi. Prior commentatio: *Diſcite iuſtitiam moniti*, multa habet, de quibus non quaerebatur; tota diſputatio de iuſtitia erat aliena, totus locus de importatione et exportatione vni-

verſe ſpectata eſt expungendus, ſaltem ſummatim modo perſtringendus; nec niſi poſt medium libellum ad quaeſtionem propoſitam acceſſit auctor. Ad quam penitus enucleandam et pertractandam reliqua libri haud ſufficiunt, etſi in his praeclarae ingenii et doctrinae copiae legentem iuuant. Reſtat ſecundo loco memorata commentatio cum dicto: *Eſt modus in rebus,*
quam ceteris praeſtare, omnium conſenſu iudicauit Ordo Philoſophorum: nam, etſi in ea quoque nonnulla ſunt, quae aut eliminanda ſunt aut contrahenda, rerum tamen factorumque notitiis ſatis inſtructus auctor ad quaeſtionem acceſſit, et iudicium maturius, diligentiam et circumſpectum rerum examen attulit; earum collocationem aptam et ordinem lucidum, orationemque ſatis perſpicuam adhibuit. Huic itaque praemium aſſignauit Ordo philoſophorum; *acceſſiſſe* autem ad praemium cenſuit *alteram* illam cum dicto:

Diſcite iuſtitiam;

tertio loco, nec ſine laude, relicto ei, cui nulla regula ſine exceptione placuit.

In charta, appoſita commentationi praemio ornatae, reſignata ſcriptum erat nomen: Chr. Wilh. Ioseph Huybens, *Colonia Agrippinae;* alteri, quam proximo loco acceſſiſſe iudicauerat Ordo, Io. Iac. Wagner, *Vlmenſis*, Seminarii R. philologici Sodalis. Tertiae laus et commendatio eximiae ſubtilitatis ingenii debita, publice perſoluitur.

Nouiſ-

Nouiſſima operae pars verſabitur nunc in hoc, vt, quae in futurum annum propoſitae ſint quaeſtiones, qui igniculorum in veſtris ingeniis excitandorum et alendorum ſubiecti ſint fomites, et, alienae laudis praeclarae exemplis, nouae laudis conſequendae ſtimuli, paucis doceamus.

"Praemium regium in annum ſequentem propoſitum

ORDO THEOLOGORVM decernet illi,

qui modum et conſilium hiſtoriae Pontificum Romanorum ex omnibus temporis noſtri rationibus prudentiſſime ſcribendae (den beſten Plan zu einer Pabſtgeſchichte) optimum exhibebit.

In certamine *homiletico* praemio regio ornabitur is, qui optime verba fecerit

de vi doctrinae ſacrae, de diuina dignitate Ieſu Chriſti ad gignendam cognitionem Dei et pietatem hominum Chriſtianorum.

Ueber den Einfluſs, welchen die Bibellehre von der göttlichen Würde Ieſu auf die Gotteskenntniſs und Tugend der Chriſten geäuſsert hat und noch äuſsert.

ORDO IVRECONSVLTORVM proponit hanc quaeſtionem:

Diſtinctionis inter modos tollendi obligationem ipſo iure et ope exceptionis, quae ſit origo; quae vis et poteſtas in iure; an et quis vſus in foro?

Deſiderat ORDO MEDICVS

hiſtoriam ſenſuum externorum in binis animalium claſſibus, quae vulgo exſanguia dicuntur: inſectorum ſcilicet et vermium.

Conſtituuntur e liberalitate regia a PHILOSOPHORVM ORDINE duo in futurum annum praemia. Alterum quaeſtioni:

quae ſint Germaniae antiquae et mediae prouinciae, in quas Slauicae originis populi vel ſponte immigrarunt, vel a Germanis victoribus fuerunt translati.

Alterum praemium quaeſtioni extra ordinem conſtitutum eſt:

Concinnetur hiſtoria bellorum cruciatorum ex Abulfeda, ita, vt ſimul ex aliis ſcriptoribus tam orientalibus quam occidentalibus in medium proferantur ea, quae ad eius narrationem diiudicandam, emendandam et illuſtrandam facere poſſunt.

Praemium ſingulis quaeſtionibus conſtitutum eſſe conſtat *numum aureum* XXV aureorum ducatorum valore hunc in honorem ſignatum; reliqua, quae in elaborandis et exhibendis commentationibus ſunt obſeruanda, et alias vulgata et vſu ac more ſatis nota ſunt."

Habetis, Commilitones, id, quod optima quaeque et laudum cipidiſſima ingenia in votis habere ſolent, materiam iuſtam, in qua vires et facultates experiri, viuidum animorum vigorem exſerere, famae honeſtae fundamenta ponere, verbo

ſauſtum

fauſtum ac ſecundum veſtrae doctrinae praeiudicium atque etiam fortunae laudisque futurae praerogatiuam, omen et arrham, conſequi poſſint. Currentes vos incitare velle, otioſum eſſet; felicem ſucceſſum precari et pietas et amor veſtri noſter iubet.

Quod ſupereſt, bonis votis precibusque debitum eſt. Commoueri animos neceſſe eſt et ad pietatem ardoremque in precibus faciendis ad ſummum rerum et fortunarum humanarum arbitrum inflammari, quando rerum per Europam faciem, fortunae viciſſitudines, ſubitas mutationes, euentus incredibiles reputamus, cumque his fortunam Magnae Britanniae, curas ac ſollicitudines Regis noſtri Indulgentiſſimi, celerem multarum magnarumque rerum aleam. Aduoluimur genubus, et adoramus deum ſummum ſupplicibus precibus, vt expediendarum curarum modos, ac vias faciles et glorioſas proficuasque populis, ipſe ſuppeditet resque Europae ita moderetur, vt tranquillitas orbi terrarum reddatur, nomenque Pacificatoris, quod dudum Regi noſtro vota noſtra pia deſtinauerant, tandem locum ac vim ſuam habeat. Gratulamur inter haec in laetis euentis nuptias Principis filiae Regiae cum Principe hereditario Wirtembergenſi initas et cumulatam felicitatis meſſem ex hoc connubio ominamur. Germaniae noſtrae, inter pacis pactiones oſtentatas quidem, ſed nondum ad effectum adductas, dum interea ſummas belli calamitates multae prouinciae, opibus iam ante exhauſtae, experiuntur, ex animo precamur matura expediendae

et conſtituendae pacis conſilia, noſtrisque terris fructum rerum pacatarum perpetuum; noſtris ſtudiis et conatibus, qui quidem ad academiae et iuuentutis vtilitates, litterarumque et populorum commoda ſpectant, ſucceſſus ſecundos, omne felicitatis publicae priuataeque genus; bonorum omnium fauorem, maleuolorum animos ad ſua ipſorum bona excolenda conuerſos, veſtrorum, Commilitones, ſtudiorum inſtituta recta felicesque ſucceſſus. Haec vota noſtra vt rite ſunt concepta, ita rata ſunto.

P. P. in Georgia Auguſta primis Julii diebus cIↄIↄccxcvii.

XV.

XV.

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE
PRORECTOR
IO. GODOFR. EICHHORN
CVM SENATV
CIVIVM SVORVM
QVI
IN CERTAMINE LITERARIO
IN A. D. IV. IVNII ANNI HVIVS CIƆIƆCCXCVIII.
REGIS NOSTRI INDVLGENTISSIMI
SOLLENNE NATALITIVM
INDICTO
CONSTITVTA EX EIVS MVNIFICENTIA
PRAEMIA
ORDINVM ACADEMICORVM IVDICIO REPORTARVNT
NOMINA
SIMVLQVE
COMMENTATIONVM
QVAE
AD CERTAMEN IN A. D. IV. IVNII ANNI CIƆIƆCCXCIX.
ADMITTI VOLENT
ARGVMENTA
AB ACADEMIAE ORDINIBVS PROPOSITA
PROMVLGAT.

Etſi in his temporum caſuumque viciſſitudinibus, animorumque inter ſpem metumque tanquam fluctuantium iactatione, nullus dies, nulla hora exeat,

quin pia grataque mente incolumitatem qua frui- mur in his terrarum finibus et tranquillitatem gra- tulemur; hoc tamen die ſollenni, quo et diem natalem Regis noſtri indulgentiſſimi celebrauimus et certamen litterarium veſtris, Commilitones, ſtu- diis regia liberalitate propoſitum edictum fuit, fe- licitatis huius noſtrae ſenſus aliquis viuidior et acrior in animis noſtris vt excitaretur neceſſe erat, quod nullo grauiore caſu, nullis inſidentium fini- bus noſtris hoſtium minis ac terroribus, nullo ar- morum ſtrepitu turbatis aut ſuſpenſis animis, more ſollenni, ſollenni die, ad actum ſollennem, et ad vota precesque perſoluendas, in templo academico, conueneramus. Cum enim funeſto belli incendio tot patriae noſtrae, Germaniae, prouinciae, tanquam flammae graſſantis vorticibus correptae, in cineres conſederint: cum aliae inſidioſa libertate illaquea- tae ad vltimam ſeruitutem ſint detruſae, neruis excisis, opibus exhauſtis, expilatae, decoribus ſuis orbatae; cum omnis iuſti rectique ſenſus, omnis- que Nemeſeos reſpectus ex eorum, qui omne ius et fas armis arrogant, animis ſit ſublatus: nos pri- ſtina libertate, ſecuritate, otio hoc litterario, ſa- cris his Muſarum imperturbatis, hac iuuenum florentiſſima corona, hoc commilitonum contu- bernio, hoc collegarum exoptatiſſimo conſortio, frui, laetari, res noſtras bono cum ſucceſſu agere, ſollennia curare, in iis euentibus habendum eſt, qui tanto mirabiliores habendi ſunt, quo minus ex- pectari poterant. Non enim ignoramus, quae noſtris quoque terris mala imminuerint, quae con- ſilia in nos agitata, quae machinationes, ſi forte

ex

ex incendio illo Europae teterrimo fax accenſa in has quoque terras tanquam tormento emiſſa vibrari poſſet. Gratias itaque, ſi vnquam, nunc debitas, perſoluimus deo O. M. piaque vota concepimus, animis ita paratis, vt tanto ardentiore ſtudio id curemus, vt inſigni hoc prouidentiae munere haud indigni eſſe videamur: quod ita fiet, ſi rem publicam priuatamque curis noſtris publicis priuatisque rite conſtitutam rite et religioſe tuebimur; ſi ad officium, partibus nobis mandatis rite quisque explendis, et ad conſcientiam recte factorum, omnia referemus, nec in lucro captando ac mercede, aut in priuata tantum vtilitate quaerenda, officiorum noſtrorum ſummam poſitam eſſe putabimus, ſed hoc perſuaſum habebimus, florentiſſimae iuuentutis vtilitates primo nobis loco eſſe ſpectandas, quippe qui a nos confluxerunt, vt bonis diſciplinis accurate eruditi, opibus litterariis non ſpecioſis, ſed ſolidis ac veris locupletati, non vanis titulis ſuperbientes, ſed, poſt explorationem ſeueram, honoribus academicis ex merito ornati, a nobis dimittantur, vtque, cum in patriam redierint, fungendisque muneribus ſint admoti, ea quoque ex lectionibus auditis ſecum afferant, quibus progredi priuatis ſtudiis, et rebus agendis pares ſe praeſtare poſſint. Hoc ipſum illud eſt, quo male conſulitur iuuentuti academicae, ſi lectiones habentur perſunctorie, ſi deguſtantur tantum ſumma rerum capita, ſi ad voluptatem audientium opera docentium eſt accommodata, ita vt nihil proferatur quod auditorum mentes fatigare aut intendere poſſit; ſed vt horula otioſe conſumta

oblectati

oblectati tanquam ex fabula ludicra diſcedant adoleſcentes; multo magis ſi eleuatur ſeuerior omnis doctrina, ſi Saeculi Genio ad leuitatem, mollitiem et animorum corporumque diſſolutionem procliviori indulgetur. Vtinam teneamus animis hoc omnes: ne modicam quidem et mediocrem doctrinam, et facultatem ac dexteritatem ad res agendas, conſequi aliquem poſſe, niſi intentiore aliquo ſtudio, viribus ingenii, qualescunque illae fuerint, diu multumque exercitatis; nec memoria et auditione parari ſcientiam, ſed iudicii vi intenta, perpendendo, explorando, inquirendo et audita in meditata conuertendo.

Non ignoramus ſaeculi noſtri morbum eſſe, qui omnem fere iuuentutem tanquam peſtilenti ſidere afflatam corripuit, vt inutiles eſſe putent litteras, ſeſeque bene iis carere poſſe, quae non ea diſciplina contineantur, cui nomen ſuum profeſſi ſunt; neque in hac ipſa diſciplina ſibi curandum eſſe quicquam, niſi illud, ex quo rerum actus pendeat, in quo illi aliquando ſe verſaturos eſſe aut ſperent aut opinentur; ſaltem prouidendum eſſe vt earum rerum notitiam aliquam conſequantur, de qua forte in examine aliquando ſiue ad honores academicos conſequendos ſiue ad munus publicum obtinendum ſubeundo quaeri poſſit; quod ſi forte inciderit aliquid aliquando praeter illa ſollennia et vulgaria, de quibus in lectionibus moniti ſint, poſſe ea ex libris peti, aut aliunde arceſſi. Quibus perſuaſionibus nihil eſſe poteſt pernicioſius. Nulla enim eſſe poteſt certa, tuta et idonea ſcientia vllius diſci-

diſciplinae, aut capitis et partis ex ea, niſi totius diſciplinae ambitum tenueris, principia accurate ac ſubtiliter tradita et expoſita rite perceperis, facultatem, ea, quae ex iis conſequantur et quomodo ad ipſas res transferenda ea ſint, perſpiciendi, multo vſu et magna animi intentione acquiſiueris; neque ſatis eſt ſumma tantum tenere rerum capita, aut acquieſcere in notitia rerum qualicunque, ſed ita inſtructum eſſe diſciplinae copiis ex interiore eius penu paratis, vt, ſi ex academia ad functionem qualiscunque reipublicae partis admotus fueris, ſi iudex conſederis, ſi medicus aegro aſſederis, non dictata apud animum repetas, ſed diſciplinae principia, ex quibus ſagaciter elicias quod nunc maxime factu opus ſit. Quod ſi animus non in ipſa academica auditione eiusmodi meditationi et iudicationi adſueuerit: fieri poteſt nullo modo, vt recte aut tibi aut aliis conſulas. Itaque optimus quisque doctor inſtitutionem ita inſtituit, vt ſubtiliora quoque diſciplinae capita attingat, ingenia acuat et ad cauſſas grauiores ac difficiliores mature paret et exerceat; et flagitioſa habenda eſt ea inſtitutio, qua nihil propinatur, niſi quod primis tantum labris ex diſciplina delibatum eſt.

Quam procliuia ſint tempora haec ad ſtudia diſciplinarum perfunctorie et leuiter et tanquam aliud agendo, proſequenda, non aliter ac ſi de luſu aliquo aut ludicro ſcenico ad fallendum otium agatur, ſatis docuit haec ipſa remiſſio ſtudiorum, hoc animorum frigus, hic torpor, cum tam pauci

ad

ad concertationes publice propoſitas concurrerint. Quod ſi enim in iuuenilibus animis ne laudis quidem vlla eſt cupiditas: quem tandem animis ſtimulum ſubiicias, vt ad ſtudia ſeueriora ii excitentur? Habent ſane magnam excuſationem *multi* ex iis, quae extra hanc academiam noſtram ſunt, *in*que his vel maxime inſtitutio eſt, qua per annos ante acceſſum ad hanc academiam, ſiue diſciplina domeſtica ſub imperito praeceptore ſiue in ſchola male conſtituta exactos, ingenia fuere informata; quo fit vt cum multo maioribus difficultatibus iis ſit colluctandum, quam quas ipſae diſciplinarum moleſtiae obiiciunt. His tamen ipſis obuiam eundum eſt fortiter; et, vt iretur, inſtituta ſunt haec ipſa certamina, vt, cum deſidia domeſtica emollita noſtrorum hominum ingenia ab omni virium intentione abhorreant, nec aut ſcribendi aut diſputandi, multo minus *latine*, exercitatio vlla; quod mos patrum ferebat, frequentetur, ſaltem in certamen ſe committendo et ad praemium laudemque adſpirando, vires ſuas acuat quisque, et tentando eas conſequatur, augeatque, vt igniculos excitet latentes, et ſucceſſu ipſo recreatus ad alia et grauiora tentanda pergat. Vtinam veſtra ingenia excitent nunc haec ipſa, quae de fortuna certaminis in hunc diem edicti pronuntiata ſunt.

Ordo Theologorum

poſtulauerat, vt ii, quibus de praemio regio concertare animus eſſet, modum atque conſilium hiſtoriae Pontificum ex omnibus temporum noſtrorum ratio-

rationibus prudentiſſime ſcribendae optimum ac ſapientiſſimum exponerent.

"Exhibitae ſunt Ordini duae commentationes, altera Ciceronis verbis inſignita:

Hiſtoria teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriae, magiſtra vitae, nuntia vetuſtatis! —

altera verſu inſcripta: *Tentanda via eſt!*

ambae quidem propria ſua laude ornandae, ſed ita tamen diſtinctae, vt non diu anceps haerere poſſet, quod ferendum de iis erat, iudicium. Cum enim auctor primae Commentationis illud maxime curare videretur, vt diligentiam ac doctrinam non vulgarem in tractando themate comprobaret, hoc quidem egregie praeſtitit; at, nimius in congerendis in materia ſatis ampla allotriis, quod caput rei erat, negligentius fere excuſſit, et hoc quidem modo effecit, vt alterius Commentationis auctor iudicii laudem, ac debitam iuſtae tractationi palmam ipſi praeriperet. Huic itaque Commentationi verbis: *Tentanda via eſt!* inſcriptae, eruditionis quoque copia ſatis inſtructae, licet nulla eius mole obrutae, nec diligentiae laude deſtituendae, licet aliqua feſtinationis ſiue intermiſſionis forte indicia appareant, praemium Regium decernendum Ordo exiſtimauit."

Schedula auctoris reſignata prodiit nomen auctoris.

Carolus Adolphus Grupe, *Luneburgenſis.*

"Praemio homiletico Orationi ſacrae deſtinato, inter eos, qui ad concertandum admiſſi ſunt, digniſſimum tandem ſeuero ac dubio aliquantum exa-

mine

mine inſtituto Ordo illum iudicauit, cuius ſchedae inſcripta erant verba:

Τι ὑμιν δοκει περι τȣ Χριςȣ; τινος ὑιος ἐςι;

qua quidem reſerata, nomen apparuit:

Guilielmus Fridericus Lehne, *Eimbeccenſis.*

Huius vero iudicii rationes cum cenſura reliquarum Orationum, et propria illius, quae proxime ad hanc acceſſit, laude, Vener. Director Inſtituti homiletici ſingulari programmate propediem explicabit, nouam ſimul quaeſtionem homileticam in futurum annum propoſiturus."

Ab *Ordine Iureconſultorum* propoſita erat quaeſtio: *Diſtinctionis inter modos tollendi obligationem ipſo iure et ope exceptionis, quae ſit origo; quae vis et poteſtas in iure; an et quis vſus in foro?*

"Exhibitae ſunt Ordini *commentationes tres*, his ſymbolis inſignitae:

I. *Ἃ σοι λογιζομένῳ φαίνηται βέλτιςα ταῦτα τοῖς ἔργοις ἐπιτέλει.* Isocr.
II. *Non omnia fert omnis tellus.*
III. *Suum cuique.*

Ex his Auctor libelli *tertio loco* nominati non ſolum ſermonis puritate et orationis concinnitate, verum etiam acuta *originis rei* explicatione prae reliquis eminet. Verum enim vero tum hic tum reliquarum commentationum auctores prorſus neglexerunt definitionem accuratam et plenam, quando ipſo iure, quando ope exceptionis, liberatio contingat; praeterea vim et poteſtatem, quam habet haec diſtinctio in permultis iuris capitibus, eorum nullus

lus perſpexit. Vnde fieri non potuit non, quin de vſu eius in foro iudicium tulerint admodum leue.

Quae cum ita ſint, nullum horum ſcriptorum praemio regio dignum iudicat Ordo."

A *Medicorum Ordine* propoſitum erat ſtudiis veſtris, vt exhiberetur

Hiſtoria ſenſuum externorum in binis animalium claſſibus quae vulgo exſanguia dicuntur: inſectorum ſcilicet et vermium.

"Exhibita, ſunt ſcripta duo: alterum cum verbis Ciceronis:

Ingeniorum commenta delet dies, naturae iudicia confirmat.

Alterum inſignitum dicto:

Multa hoc primum cognouimus ſaeculo.

Habet vtrumque laudem ſuam, doctrinae variae, induſtriae et iudicii in colligendis, diſponendis, comparandis et diiudicandis iis, quae ad notionem ſenſuum externorum in exſanguibus, multa a multis ac diuerſa, interdum inter ſe pugnantia, prolita ſunt. Sane fieri non potuit, quo minus iisdem fere fontibus vterque ſcriptor vteretur, adeoque paria vterque traderet; incidit tamen in nonnullis in alia modo hic modo ille, appoſitis quoque obſeruationibus, ab altero non allatis. Cum tamen altera, inſcripta hoc dicto:

Multa hoc primum cognouimus ſaeculo,

ordine ſe commendet luculento, rerumque expoſitione diſerta et vero etiam locupletiore: vnanimi Ordinis ſuffragio huic ſcripto praemium eſt aſſigna-

tum, alterum non minore honore dignum viſum, ita vt proxime ad primum loco acceſſiſſe iudicatum ſit."

Reſignata victricis commentationis ſchedula compertum eſt nomen

Martin. Christian. Gottl. Lehmann, *Holſatus*, Seminarii Regii philologici Sodalis.

Eius autem, qui proximum locum obtinuit, nomen eſt:

Franciscus Iosephus Schelver, *Osnabrugenſis*, Soc. phyſ. Götting. membrum ordinar."

A *Philoſophorum Ordine*

duae quaeſtiones ſuperiore anno pronuntiatae erant: altera ordinaria:

Quae ſint Germaniae antiquae et mediae prouinciae, in quas Slauicae originis populi vel ſponte immigrarunt, vel a Germanis victoribus fuerunt tranſlati.

Ad hanc quaeſtionem per ſe vtiliſſimam et vt ſoluatur ab iis, qui hiſtoricis ſtudiis ſe addixerunt, haud nimium difficilem, non niſi vna commentatio eſt exhibita; quae tamen Ordinis ne indulgentiae quidem locum reliquit, tantum abeſt, vt deſideria expleuerit. Etſi enim multa e bonis libris congeſſit, potiora tamen quaeſtionis capita aut leuiter attigit aut omnino praeteriit. Ita non ſatis perſpexit, multis paſſim Germaniae terris, infrequentia incolarum deſertis, aut parum cultis, a dominis Slauica mancipia fuiſſe importata, atque ita eueniſſe, vt multa Slauorum ſeruientium millia per vicos et

et pagos terrisque omnis Germaniae haberentur. Pro his quae deſiderantur, auctor inſeruit diſputationes multas a re et conſilio alienas et per ſe parum graues, et cum magno legentis taedio prolixe expolitas. Omnino commentatio feſtinanter et ſupine eſt perſcripta; vitiis grammaticis inquinata; etſi ingenii facilitatem ac ſcribendi vſum, bonorumque ſcriptorum in hoc genere notitiam ea prodat: ita vt ſatis appareat, ſi curam maiorem adhibere voluiſſet auctor, commentationem haud omnino ſpernendam ab eo offerri potuiſſe. Qua ipſa re adductus Ordo eandem quaeſtionem iterum in annum proximum proponere conſtituit: quod paullo poſt commemorabimus.

Altera quaeſtio extra ordinem ab Ordine Philoſophorum pronuntiata erat haec:

Contexatur hiſtoria bellorum cruciatorum ex Abulfeda, ita, vt ſimul ex aliis ſcriptoribus tam orientalibus quam occidentalibus in medium proferantur ea, quae ad eius narrationem diiudicandam, emendandam et illuſtrandam facere poſſint.

Vnus fuit, qui ſatis animi viriumque, doctrinae et induſtriae, haberet, vt ad certamen ſe accingeret; acceſſit autem ita inſtructus, vt, etiam ſi plures habuiſſet aemulos, certa tamen ipſi palma fuiſſet. Ita enim ſatisfecit ille deſideriis Ordinis, vt etiam exſpectationem ſuperaſſe videretur. Cum enim Abulfeda comparandus eſſet cum ſcriptoribus aliis: horum recenſum ille appoſuit copioſum; nec vllum ſcriptorem reperias ab eo

S 2 non

non inſpectum, cum iudicio ſeuero in partes vocatum, et cum Abulfeda comparatum; Abulfedam autem interpretatus eſt docte; in eius fontes et auctoritatem inquiſiuit; verba emendauit; ipſam autem hiſtoriam per haec illuſtratam habemus multis in rebus. Quare non dubitauit Ordo philoſophorum Commentationem hanc inſcriptam verſu:

Tantum religio potuit ſuadere malorum,

praemio dignam cenſere, et victorem etiam ſine puluere pronuntiare auctorem, perdoctum iuuenem: quem reſignata ſcheda eſſe apparuit

FRIDERIC. WILCKEN, *Ratzeburgo - Hannoueranum*, Seminarii Regii philologici Sodalem.

Soluite victores iam vota, imponite plenis
Tura focis, cincta tempora fronde noua.

Feciſtis virium veſtrarum periculum euentu ſecundo; nunc animis firmatis ſtudia intendite veſtra, ad maiora contendite. In imis enim haerere eum, qui ad altiora procedere poterat, turpe et flagitioſum eſt. Veſtra laude et ſucceſſus ſecundi exemplo excitati commilitones veſtri accedent ad certamen futuro anno nunc pronuntiandum; propoſitae ſunt in illud quaeſtiones ſequentes:

Ab ORDINE quidem THEOLOGORVM poſtulatur:

Vt ſuccincte et ex certis rerum geſtarum monumentis monſtretur, religionis chriſtianae quae vis fuerit in vita, moribus, animis hominum per tria priora ſaecula.

In

In certamine *homiletico* argumentum orationis ſacrae anno proximo habendae hoc eſſe voluit theologorum ordo:

Rom. XIII, 1 - 5. *De ſancta et inuiolabili magiſtratus politici poteſtate ſecundum praecepta religionis Chriſtianae.* *Von der Unverletzlichkeit der obrigkeitlichen Gewalt nach den Grundſätzen des Chriſtenthums.*

Ab ORDINE IVRECONSVLTORVM:

Quaenam ſint legum poenalium propria interpretandi principia, et ſpeciatim: an extenſiua interpretatio in iis locum habeat.

Ab ORDINE MEDICORVM:

Quae ſint vera, certa, euicta, et obſeruationibus declarata chemica corporum animalium ac vegetabilium elementa.

Ab ORDINE PHILOSOPHORVM

iterum duae proponuntur quaeſtiones; altera ordinaria:

Cum *Graecorum et Romanorum* notiones ethicae fuerint valde imperfectae, *extiterint tamen ciuitates, tempora et homines, quos praeclaras virtutes exſeruiſſe negari haud poſſit:* quaeritur: *Quaenam in religionibus*, h. e. notionibus religioſis et inſtitutis ſacris, *horum populorum, fuerint momenta moralia, quibus homines ad virtutes exſerendas adduci potuerint?*

Facile intelligitur, non ſingulorum deorum recenſum, aut caerimoniarum enarrationem, in

hac quaeſtione requiri: ſed vt doceatur, an, et quatenus, priſcae religiones ad animos moresque hominum formandos, ad pietatem, humanitatem, iuſtitiam excitandam, promouendam, effectum habuerint. Ceterum verſamini in argumento a multis verſato et in diuerſas partes diſputationibus nobilitato. Antiquiora ſcripta reperietis in Fabricii delectu argumentorum et ſcriptorum de veritate religionis chriſtianae (p. 752 ſq.); in recentioribus eminent Eberhardi Apologia Socratis, Tiedemanni ſyſtema philoſophiae Stoicae, Leſſii hiſtoria religionis Chriſtianae, Planneri ſyſtema theologiae gentilis etc.

Alteram quaeſtionem extra ordinem Ordo philoſophorum propoſuit, eandem, de qua hoc iam anno, hocque die, depugnandum erat:

Quae ſint Germaniae antiquae et mediae, prouinciae, in quas Slauicae originis populi vel ſponte immigrarunt, vel a Germanis victoribus fuerunt translati.

Scilicet, vt quaeſtionis cardo recte teneatur: Slauicae gentes per omnem Germaniam orientalem memorantur multae inde a ſaeculo V.; aliquot vero ſaeculis ſerius, inde a ſaec X. et ſequentibus, etiam per Germaniam auſtralem paſſim Slaui incolae memorantur, ſed ſeruili conditione vtentes. Sunt igitur quae quaeruntur potiſſimum haec duo: I. populi Slauici, qui a ſaeculo inde quinto memorantur in Germania orientali, v. c. Luſatia, Miſnia, Luneburgenſibus, Megalopolitanis terris, immigraruntne illi tum primum in has terras, magnis

rerum

rerum conuerſionibus et populorum migrationibus vacuas relictas? quod ſi aſſeritur, declarandum id erit auctoribus idoneis; an tenuerant illi eas terras iam inde ab omni hominum memoria, ita vt de primo eorum aditu ad has terras nulla ſuperſit memoria: vt adeo Aboriginum loco habendi ſint, quos aliunde veniſſe nulla eſt memoria? II. qui ſerius in Germania auſtrali conſederunt, ſeruili conditione vtentes, haud dubie belli iure a victoribus eo fuerunt abducti: inquirendum tamen eſt, quibus temporibus id factum ſit. Atque haec continentur in altera quaeſtionis parte, dum quaeritur: *in quas a Germanis victoribus fuerunt translati.* Multa ab his haud abhorrentia attulerat iam auctor ſcriptionis, quae ad hanc quaeſtionem certandi cauſſa oblata fuerat. Et colligi poſſunt multa de his in libris, quae Slauicas origines et hiſtorias pertractarunt: vt in Thumanno, Gebhardi, Anton, Gatterer, Schlözer, aliisque, qui a viris his doctiſſimis laudantur.

Propoſita videtis, Commilitones, noua ſtudiorum veſtrorum alimenta, induſtriae incitamenta, ingeniorum aculeos; habebunt ii, qui iam in ſtudiorum curſu in extremo curriculo verſantur, quo ingenia ſua experiantur, fructus academicarum auditionum et lectionum ipſi apud ſe recenſeant, quaeque iis deeſſe viderint ſuppleant; nouas copias iam paratis addant. Atque vtinam ad haec in annum ſequentem expedienda, ad ſtudia et veſtra et noſtra proſequenda, et res publice priuatimque feliciter gerendas, votis precibusque noſtris annuat

numen O. M. vt pace tandem fruamur certa ac ſtabili, non ſimulata, non inſidioſa et periculoſa; non larua ac ſpecie vana pacis obiecta, ſub qua Erinnys lateat nouas fraudes et nouos furores mox patriae noſtrae illatura. Perſuaſum vtique nobis habemus, non niſi cum ipſa pace reditura eſſe ea, quae nunc multis in terris exulare videmus, ſine quibus tamen vita non modo non iucunda, ſed ne tolerabilis quidem eſſe poſſit; inque his iuſtitiam, aequitatem, pietatem; honeſtatem; rerum bonarum et vere vtilium ſtudia, felicitatemque publicam priuatamque, ex reſtituto priſtino, forte emendato, rerum agendarum adminiſtrandarumque ordine, legum iuriumque redintegrata ſanctitate; diffidiis animorum a prauis rerum notionibus opinionumque ſpectris circumuentorum ſublatis et extinctis; litterarum ſtudiis rectis reſtitutis, non ad vanitatem ambitioſam, ad corrupta luxu et mollitie hominum ingenia accommodatis; philoſophia non in otioſis quaeſtiunculis et ſubtilitatibus haud vnquam expediendis, ſed in rebus publice priuatimque vtilibus occupata; virtute non ex ſpecioſis verbis, ſed ex vitae integritate, officiorum ſanctitate, et animorum humanitate ac beneuolentia aeſtimata. Ita tandem patriis moribus et inſtitutis vtemur lubentes volentesque cum omni felicitatis genere, acquieſcentes imperiis et adminiſtrationibus a patribus acceptis; ita toto ex animo bona vota preceſque ſuſcipimus pro reipublicae noſtrae ſtatu manente integro et perpetuo, pro Rege noſtro et Electore Brunſuicenſibus terris fauſto ſidere nato; et bonis litteris, per eximium academiae

noſtrae

noſtrae ſtudium, et per hoc ipſum ſollenne inſtitutum, ad omnem memoriam et ad gratos noſtros poſterorumque ſenſus commendato; pro viris ſummo regimini harum terrarum admotis et de felicitate noſtra immortaliter meritis; et pro ſalute et incolumitate publica et priuata. Propitium habeamus numen! votisque illud noſtris annuat, faxitque preces noſtras ratas! *Haec deum ſentire — ſpem bonam certamque domum reporto.*

XVI.

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE
PRORECTOR
IO. PETRVS WALDECK D.
CVM SENATV
CIVIVM SVORVM
QVI
IN CERTAMINE LITERARIO
IN A. D. IV. JVNII ANNI HVIVS CIↃIↃCCXCIX.
REGIS NOSTRI INDVLGENTISSIMI
SOLLENNE NATALITIVM
INDICTO
CONSTITVTA EX EIVS MVNIFICENTIA
PRAEMIA
ORDINVM ACADEMICORVM IVDICIO REPORTARVNT
NOMINA
SIMVLQVE
COMMENTATIONVM
QVAE
AD CERTAMEN IN A. D. IV. JVNII ANNI CIↃIↃCCC.
ADMITTI VOLENT
ARGVMENTA
AB ACADEMIAE ORDINIBVS PROPOSITA
PROMVLGAT.

Miro animorum errore, ſtolida etiam nonnullorum audacia, iactare vidimus, ſuperioribus inprimis annis, multos, ſolis litteris contineri regno-

rum

rum fortunam, litteratorum autem hominum ingeniis conſiliisque ſummas rerum conuerſiones peragi poſſe; ſcilicet vt ſibi ipſis viderentur eſſe homines praepotentes magnisque rebus gerendis nati. Vt vero ſuis enuntiatis fidem facerent, pronuntiare etiam auſi ſunt. factam noſtra aetate regni Francici conuerſionemne, an euerſionem, litteris et litteratis tantum non ſolis deberi; qua quidem aſſeueratione nihil eſſe poterat aut magis inconſideratum aut vanum Quam circumſcripta enim ſit ad regnorum fortunam, adminiſtrationem et rerum gerendarum conſilia et rationes, litteratorum prudentia et auctoritas: ipſa experientia edocti bene tenemus; quam multa enim in his ipſis recentiſſimis temporibus a viris litteratis tam imprudenter, tam alieno tempore, tam parum conſulto ac deliberato facta ſunt, vt eos non tam deſipuiſſe quam inſaniiſſe dixeris. Nec magis aut ſollertia aut rerum vſu praeſtare dixeris eos, qui litteras ſua ipſarum vi ac pondere ſtare ſtatumque tenere putabant, ita vt rerum potentibus nihil eas deberet; contra vero eas potentes ac principes ſibi obnoxios habere ſibi perſuaderent: quae quidem opinio quam temere concepta, quam incogitanter ab aliis arrepta ſit, adhibito vel leui animi iudicio facile perſpici poteſt.

Sicut enim, vt ſolido fundo nitatur res ruſtica, ſolum illa requirit idoneum, in quod radices demittere et adigere poſſit, deſiderat curam, caeli annique clementiam, prouidum ſtudium auertendis noxiis et ſic alia extrorſum arceſſenda; ita

multae

multae magnaeque res ſunt, cum quibus reipublicae litterariae ſalus ac proſperitas eſt coniuncta; pendet illa omnino a reipublicae vniuerſae incolumitate, neque, hac turbata, ipſa inconcuſſa manere poteſt; inter arma praemia litterarum, fomenta ac nutrimenta, eſſe ſublata, tot noſtri temporis luctuoſis exemplis edocti ſumus; verum et in ipſa pace, aliis reipublicae partibus bene conſtitutis, multa adhuc requiruntur, quibus efficiatur, vt litterae conualeſcere, vigere ac florere poſſint: multarum rerum copiis, opum ac facultatum publicarum parte haud exigua, ſtudiis ac curis innumeris, ſapientia et prouidentia virorum ſummorum ſingulari, opus eſt; tum vero nulla eſt reipublicae ſeu conſtitutae ſeu adminiſtratae pars, a qua litterarum fortuna non mutuetur aliqua commoda, aut accipiat damna; quae enim et quanta in litteras bona aut mala proficiſci ſolent ex religionibus, ex opinionibus publicis, ex artium, quaeſtuum, commerciorum indole ac ſtatu! Haec cum externa ſint, quae et quanta et quam varia ſunt in ipſis litteris, earum viciſſitudinibus, eorum, qui eas colunt ingeniis, ſtudiis, moribus, quibus ipſae litterae affici poſſunt ac ſolent! Nobis quidem cum ſingulari aliquo prouidentiae diuinae munere tot bonorum cumulatorum vſus obtigerit, tum illa quoque felicitas parta eſt, vt in his rerum per terrarum orbem procellis ac fluctibus nobis in tuto ac pacato bonorum noſtrorum fructus incorruptus et illibatus maneat; nec modo maneat, verum etiam in dies augeatur ac perficiatur. Quae enim eſt academia, in qua, his ipſis temporibus, in his

for-

fortunae incertis, inter tot calamitates, caſus, metus, ſuſpiciones, facultatibus reipublicae per ipſas temporum neceſſitates exhauſtis, tot decora et ornamenta acceſſerint? tot vtilitates prouiſae ſint? omnis generis apparatus litterarios videmus non modo ſeruatos, verum et auctos nouisque acceſſionibus locupletatos, iisque ſeruandis loca idonea prouiſa. Horum bonorum noſtrorum fructus, ſingulari aliqua prouidentis numinis indulgentia, per conſtitutum prudenter Germaniae borealis ſtatum publicum, et per ſummorum virorum, qui rebus noſtris inuigilant, ipſi litterarum amantes et arbitri, ſapientiam et liberalitatem admirabilem, nobis cum ſit conceſſus: non minus tamen animis tenendum et reputandum eſt, auſpiciis iſta omnia, Regis Optimi et Indulgentiſſimi, *Georgii III.* prouideri, geri et adminiſtrari; proſpicit ille rebus noſtris non modo cura ea, qua omnes has terras complectitur, principe ac patre reipublicae digna, verum ſingulari quoque ſtudio Academiam noſtram amplectitur, rerum noſtrarum acceſſus et defectus, laudes et vitia, cognoſcit, his medetur, illis fauet, idque agit, vt noua nobis vndique incrementa, nouas vtilitates prouideat. Cuius indulgentiae ac prouidentiae cum fructus percipiamus vberrimos, qua pietate contactos nos eſſe neceſſe ſit in Regem optimum, almum litterarum Parentem et nutritorem, quid multis eloquamur! Teſtandae publice ac per bona vota declarandae huic pietati dies hic ipſe erat conſtitutus, quo eius natales fauſtos ac litteris ipſis fortuna aliqua memorabili prouiſos celebrauimus.

vimus. Quid enim aliud priuato homini ad animum ſenſumque bonorum, quibus fruimur, gratum et pium teſtandum reſtat, quam vt cum pietate, fide et obſequio, bona vota, quibus a deo O. M. omnium bonorum affluentiam, conſiliorum bonorum ſucceſſum, et nunc quidem fortunam belli propitiam et ſecundam, precibus aſſiduis flagitet! Non minus tamen altera ex parte ad religionem pietatemque noſtram pertinere arbitrabimur, vt tot tantisque bonis noſtris inuidendis, in his inprimis Germaniae calamitatibus, recte prudenterque vtamur; neque, cum prouiſa nobis ſint tam multa et praeclara ad res bene gerendas, deſimus nobis ipſi. Partibus itaque, officiis ac muneribus, vt cum fide ac religione quisque ſuis ſatisfaciamus, publicisque, non priuatis tantum vtilitatibus prouideamus, nec facultatibus modo noſtris, ſed litterarum etiam copiis et vſibus conſulamus, allaborandum eſt. Niſi enim litteras ipſas easque, quibus illae tanquam crepidine ſuſtinentur, ante oculos poſita animisque infixa habemus, committere poſſumus perfacile, vt non modo litterarum commoda, verum et litterae hae ipſae manibus noſtris elabantur, cum publicis priuatisque omnium rerum ruinis corruant, nosque deſtituant ea, quae ipſi antea ſocordia quaeſtusque ſtudio ad alia abrepti deſtitueramus, ita vt ſimus litteris pereuntibus ipſi ſuperſtites, tanquam paſtores gregibus ſtrage facta aut lue contabeſcentibus. Videtis temporum rerumque viciſſitudines, quae aliae alias excipiunt, aut alia aliam ante ſe turbinum more trudunt; neque opinari aut ſperare licet,

pace,

pace, cuius vtinam proſpectus in oculis conſtitutus eſſet! reſtituta, fore, vt omnia quoque, per belli calamitates labefactata aut proſtrata, in priſtinum ſtatum reſtituantur. Multa erunt ſublata, obliterata, euerſa, multa mutata, vitiata ac dedecorata, multa ſub iisdem nominibus attenuata aut prorſus antiquum nomen mentientia. Iam quid litteris, quid ſtudiis, quid Academiis euenturum eſſe putabimus? quarum conditio omnino ea eſt, vt etiam nulla externa cauſſa infeſtante multis tamen illa viciſſitudinibus obnoxia ſit! Ominari ac praevidere poſſumus multa, quae rerum tranquillitate reddita litterarum faciem ac fortunam ſunt immutatura. Verendum eſt, ne potentum odia, quae nonnullorum ſtolida audacia litteris contraxit, ad litterarum honorem minuendum et libertatem ſentiendi et quae ſentimus profitendi coercendam vertantur. Ipſa aerarii egeſtas e bellicis calamitatibus nata praemia litterarum aut tollet aut atteret. Forte in poſterum diſciplinarum ratio habebitur maxime ex vtilitate praeſenti ad nouas copias parandas, quibus reipublicae difficultatibus occurri, ſumtibus erogandis et neceſſitatibus ſubueniri poſſit. De doctrinae ſoliditate et ſpinoſorum placitorum ſubtilitate non multum laborabitur inter eos, qui in adminiſtranda rep. tantum ea quaerent, quae ad damna reip. reſarcienda, ad operas et artes fouendas, ad commercia rerum hominumque ſtabilienda, vim habere poſſint. Obuium igitur et facile eſt ad intelligendum, prudentium hominum eſſe, mature ſtudia litterarum ab inutili hac et contentioſa ſubtilitate reuocare ad ea, quae vitae veritati et

vſibus

vſibus conueniant, eoque fructu aliquo praeſenti ac certo ſe commendent; in theologicis, expedita nunc quaeſtione de concilianda doctrina Chriſti cum Kantiana philoſophia; etſi nunc quidem nec hoc male quaerebatur; de emendandis per iſtam doctrinam Chriſtianam hominum animis, per temporum vitia, crimina ac flagitia, ad deteriora prolapſis, aliis autem per ſaeculi vitia luxu et auiditate opum parandarum ſuaeque vnius vtilitatis ſtudio ita corruptis, vt in ſubtilitatibus philoſophicis non niſi praeſidia peruerſitatis ſuae quaerant, et Chriſtianae doctrinae ſeueritati in ipſo rerum actu ſe ſubducant per calliditatem formularum et vocum philoſophicarum, quae vulgari vſu acceptae facile ad alias notiones traduci poſſunt. Reuocanda erit iurisprudentia a ſimilibus inanibus diſputationibus ad principia ſua ad rerum actum idonea; eaque quae legibus conſtituenda ſunt, ad veram legum interpretationem, non ad vanam diſputationem. Cumque lectionis huius vagae et otioſae libellorum periodicorum, omiſſis libris ſolidam doctrinam exhibentibus, cum, inquam, eius damna nunc vbique ita ſentiantur, vt, ſi muneribus negotiisque in vera vita et actu peragendis requirantur qui pares et idonei ſint, raro reperiri poſſint viri, qui rebus gerendis curandisue ſupereſſe queant, nomen tamen et laudem doctrinae mentiantur multi, titulis decretisque honorum academicorum nimis liberaliter ornati: facile prouideri poteſt, ipſam penuriam deſideria iuſta eſſe excitaturam, et neceſſitatem tandem eſſe adducturam principes regnorum et ciuitatum, vt academicorum ſtudiorum teſtimationem

ionem tumultuariam ſupinamque ſocordiam legibus ſeuerioribus caſtigent. Si itaque rebus noſtris conſulere volumus, ipſa profitendarum e cathedra ſcientiarum ratio non accommodabitur audientium ingeniis et voluntatibus; ſed imperio ac praeſcripto cum iis eſt agendum; ſaluti reipublicae publicisque vtilitatibus eſt conſulendum, aura populari contemta; ita creſcent res noſtrae etiam in poſterum; contra indulgentia et obſequio parum decoro eae decreſcent annis venientibus. Mature prouidebimus ipſi coercendae iuuentutis academicae licentiae, et ſtudebimus diſciplinae ſeueritati; eo enim iam res deuenit, vt, pace reſtituta, Academicarum ciuitatum leges et inſtituta neceſſario ſub nouum recenſum vocanda eſſe, prudentibus viris perſuaſum habeatur; tot enim in remp. vitia et mala quotidie ex vitiis et male inſtitutis manant, vt, remedia ſi nimium dilata fuerint mitia, verendum ſit, ne mox enſe recidenda videantur ea quae inſanabilia viſa erunt. Quibus de rebus cum dici poſſint multa: omittenda ea nunc ſunt, cum alia res ſit nobis agenda. Recitanda enim ſunt iudicia Ordinum noſtrorum de iis commentationibus, quae in certamen miſſae erant, vt de praemiis XXV aureorum ducatorum ab Indulgentiſſimo Rege conſtitutis publice ediceretur. Edictum autem eſt in hunc fere modum:

Ordo Theologorum poſtulauerat:

Vt ſuccincte et ex certis rerum geſtarum monumentis monſtretur, religionis chriſtianae quae vis fuerit in vita, moribus, animis hominum per tria priora ſaecula.

 "Tradi-

«Traditae autem ſunt ordini commentationes tres ſua quaeque laude inſignes.

Ima habet verba inſcripta:

Te veritas ſequar, tua ſemper veſtigia premam.

Huius commentationis auctor ſuam nobis doctrinae copiam et ingenii ſolertiam ſatis comprobauit, quaeſtionem propoſitam bene per partes diſpoſuit, ſedulo examinauit, caute et cum iudicio tractauit, atque obſeruationibus haud paucis egregiis et exquiſitis illuſtrauit. Viſus autem eſt nobis haud raro iniurius eſſe in virtutem et mores primorum chriſtianorum, ac nimis rigidus et ſuſpicax in iudicandis recte ab ipſis factorum momentis et ſtimulis. Orationem neglectam, paſſim obſcuram et vagam eſſe animaduertimus.

IIda commentatio verbis *Taciti* inſignita eſt:

Sine ira et ſtudio, quorum cauſas procul a me ſunt.

Huic autem dicto tota diſſertatio plane accommodata et conſentanea eſt. Accedit fontium ſtudium, hiſtoriae eccleſiaſticae cognitio haud vulgaris, iudicii vis atque acumen, orationis puritas atque perſpicuitas, argumentorum nonnullorum nouitas pariter atque praeſtantia. In tot tantisque virtutibus hoc tantum doluimus, quod auctor modo nimia copia, modo breuitate atque inopia peccauit: quaedam enim capita ampliſſime et non ſine digreſſionibus, alia ſuccincte et fere tenuiter tractata ſunt.

IIItia commentatio itidem verba prae ſe fert:

Sine ira et ſtudio.

Huius auctor oratione vititur probabili et clara, de ſingulis primorum chriſtianorum virtutibus largius,

gius, quam reliqui, exponit, religionis chriſtianae
vim egregiam in moribus et animis hominum for-
mandis iuſtiſſimis elogiis depraedicat, verum nec
tempora accurate diſcernit, nec ex ipſis hiſtoriae
fontibus ſatis haurit, nec in vniuerſa materia
tradanda ſatis perſpicuus eſt.

Cum itaque Ordo Theologorum in ſecunda
commentatione plurima videret nitere, et paucis
maculis ac defectibus haud offenderetur, non du-
bitauit auctori praemium regium decernere."

Scheda reſignata nomen proditum eſt:
LUDOVICUS AUGUSTUS PAETZ, *Ilfeldenſis*,
Seminarii Regii philologici Sodalis.

Oratori ſacro e commilitonibus noſtris pro-
poſita erat materia:

De poteſtate ſummi magiſtratus inuiolabili, (Von der unverletzlichen Gewalt der Obrigkeit).

Traditae ſunt ſeminarii homiletici antiſtiti orationes
quatuor: tres publico auditorum examini ſubiectae.
Ponderatis argumenti et ſermonis publici vitiis me-
ritisque praemio ab Ordine theologorum dignus
iudicatus eſt:

IOANNES THEOPHILUS KRÖNIG, *Gueſtphalus.*

Ab *Ordine Iureconſultorum* propoſita erat quaeſtio:
Quaenam ſint legum poenalium propria interpretandi principia, et ſpeciatim: an extenſiua interpretatio in iis locum habeat?

"Traditae ſunt Ordini ſex commentationes, his
inſcriptae ſymbolis:

I. *Oderunt peccare boni virtutis amore.*
Nil niſi poena malos peccando terret. At eſto
Regula peccatis, quae poenas irrogat aequus.
Ne ſcutica dignum horibili ſectere flagello.

II. Λεωφορους ὀδους μη στειχε.

III. *Prima ſequentem honeſtum eſt in ſecundis terti*
que conſiſtere.

IV. *Iliacos intra muros peccatur et extra.*

V. *Tempora mutantur et nos mutamur in illis.*

VI. *Interpretatione poenae molliendae potius ſunt qu*
aſperandae.

"Inter has commentationes, licet nulla ſit, qu non vel propter diligentiae vel propter inge ſigna, aliquam laudem mereatur, tamen eti nulla ita eſt comparata, vt Ordinis deſiderio ple ſatisfecerit. Deſiderat enim Ordo, in nonnull rectum quaeſtionis propoſitae intellectum, dum gulae interpretandi, et ſubſidia interpretandi, co fuſae, et hinc permulta ad rem non pertinen conſcripta ſunt: in omnibus vero, deſiderat re larum interpretandi, poenalibus legibus propr rum, plenam et luculentam expoſitionem, inprin quod ad extenſiuam interpretationem attinet.

"Verum tamen, cum et conatus laudabil iuuenum, qui ingenii et induſtriae ſpecimina ex bent, merito probandi ſint et excitandi, cenſ Ordo Iureconſultorum, praemium adiudicandu eſſe; et cum auctor commentationis, quae i ſcripta eſt:

prima ſequentem honeſtum eſt in ſecundis tertiisque conſiſte
licet dictione parum latina vſus ſit, tamen int reliquos emineat iudicii acumine et obſeruatio limitum thematis propoſiti; huic *primum locum*

pra

raemium regium Ordo Iureconſultorum contulit. Iomen mox prolatum eſt:
Augustus Christianus Iordanus, *Gottingenſis.*

Deinde ob eximiam diligentiam ac lectionis arii generis copiam, qua conſpicuus eſt auctor ommentationis, quae ſymbolum habet:

Λειψοφορους οδους μη στειχε,

uic *alterum locum*, et *vt ad primum accedat*, ab Ordine Iureconſultorum decretum eſt."

Ab *Ordine Medicorum* fuerat quaeſitum:

Quae ſint vera, certa, euicta et obſeruationibus declarata chemica corporum animalium ac vegetabilium elementa.

Reddita eſt Ordini non niſi vna commentatio hm dicto:

In contemplatione naturae nihil poteſt videri ſuperuacuum. Plin.

uuenili exuberantia quidem laborat hoc ſcriptum ommemoratis multis, quae aut commentatione on indigebant, aut leuiter ſaltem erant attingenda, ut omnino ad quaeſtionem haud ſpectabant; deeſt uoque ordo lucidus cum partitione idonea; prorio autem vſu, aut experiendi et explorandi arte, acem aliorum dictis affundere aut robur addere imis ſaepe ſuperſedit; cum tamen illa, quae luxuiantius enata videri debent, recidi poſſint, diligentia autem et induſtria in conquirendis et congendis aliorum obſeruationibus, et bonorum librourn lectione et enotatione ita emineat, vt et haec aude ſua digna habenda eſſe videatur; neque de-

T 3 ſint

ſint exempla experimentorum marte proprio inſti tutorum in bile, ſudore, cerebro, neruis aliisqu corporis partibus: Ordo medicorum hanc com mentationem praemio a Rege conſtituto haud in dignam eſſe pronuntiauit.

Renuntiatum poſtea eſt nomen auctoris:

Io. Lud. Iordan, *Gottingenſis*,
Soc. phyſ. priuatae, *Gotting. Sodalis*.

Ab *Ordine Philoſophorum*

duae propoſitae erant quaeſtiones; altera ordinari

Cum *Graecorum et Romanorum* notiones ethica fuerint valde imperfectae, *extiterint tamen c vitates tempora et homines, quos praeclaras vi tutes exſeruiſſe negari haud poſſit:* quaeritu *Quaenam in religionibus*, hoc eſt notionib religioſis et inſtitutis ſacris, *horum populoru Graecorum et Romanorum, fuerint momenta m ralia, quibus homines ad virtutes exſerendas a duci potuerint.*

Exhibitae ſunt Ordini commentationes dua altera cum dicto: ἀρίφραδε κῦδος,
altera inſcripta verbis:
Da facilem curſum atque audacibus adnue coeptis. Virgi

Prioris quidem commentationis auctor litteraru antiquarum et lectionis ſcriptorum claſſicorum ſpec men propoſuit omni commendatione dignum; al tamen, quam quae in quaeſtione propoſita eran attigit, docuit enim, eos qui ciuitates conſtitu runt, legibus firmarunt aut philoſophiam excolu

run

unt, religionibus vſos eſſe ad coercendos et moderandos hominum animos. Alterius commentationis inſcriptae: *Da facilem curſum* auctor philoſophica cognitione inſtructus ad quaeſtionem acceſſit, notiones eorum, quae in quaeſtione continentur, conſtituit, ſtudio forte in nonnullis paullulum moleſto ac nimio; vt contra maior interdum copia deſiderari poterat factorum et exemplorum in parte hiſtorica, vt doceret etiam, quid vere factum ſit, non modo quid ex opinionibus et inſtitutis religioſis proficiſci potuerit, ac debuerit. Habet laudem idonea partitio et ordo lucidus, et ipſa oratio latinitatem bonam redolens. Probata itaque auctoris doctrina, Ordo philoſophicus ei praemium aſſignauit; priori autem commentationi verbis graecis inſignitae laudem et elogium *proximi a victrici loci* attribuit. Aperta charta eius, qui palmam praeripuit auctor, innotuit:

Io. Augustus Briegleb, *Coburgenſis*,
Seminarii Regii philologici et ſocietatis priuatae ſtudiis humanioribus addictae Sodalis.

Acceſſiſſe autem ad victoriam proximo loco apparuit

Carolum Henricum Parry, *Britannuum*,
qui eximia cum laude bonarum litterarum in noſtra academia ſtudium proſequitur.

Alteram quaeſtionem *extra ordinem* Ordo *repetita vice* propoſuerat:

Quae ſint Germaniae, antiquae et mediae, prouinciae, in quas Slauicae originis populi vel ſponte immigrarunt, vel a Germanis victoribus fuerunt tranſlati.

 Prodierat

Prodierat iam ſuperiore anno in certamen vnus, ſed ſolus; vt ſeueriori tractationi et ſagaciori indagationi iuſtum tempus daretur, propoſita eſt quaeſtio iterum hunc in annum. Verum euentus docuit, vires concertantium non pares eſſe certamini. Probandum tamen viſum ſtudium conſtans et pertinax in conatibus perficiendis, nec laude ſua fruſtrandum. Certantium alterius commentatio inſignita erat verbis:

dubitare, et aliquid neſcire auſi ſumus;

alterius dicto:

indagatio ipſa rerum tum maximarum tum etiam occultiſſimarum habet oblectationem.

Multas bonas rerum notitias in iis cumulatas vidimus, et copioſae lectionis fidem reperimus. Neque itaque veremur, prioris illius auctorem, quandoquidem ille nomen ſuum profiteri haud cunctatus eſt, honoris cauſſa prodere,

Gr. Lud. Winter, *ex aduocatia Angge in Marcgrauiatu Badenſi Durlacenſi.*

Pronuntiatum nunc eſt de praemiis doctrinae et induſtriae pro merito aſſignatis. Iudiciorum rationes adiectas ſententiis videtis, commilitones, ita vt et ipſi aequitatem perſpicere et cauſſas ſeu ſeueritatis ſeu lenitatis et indulgentiae peruidere poſſitis. Ita vero nec victores, auditis iis, quae deſiderata ſunt, habebunt, cur ſtudia ſua in ſupplendis et amplificandis neceſſariis et vtilibus remittant, neque alii putabunt ſe habere, cur ſpem abiiciant de meliore conatuum in poſterum ſucceſſu; immo vero acuenda eſt induſtria, exercitatione

ſubigen-

ſubigendus ſtilus, euoluendae animi notiones et iudicium animi maturandum. Erigendus eſt itaque animus ſubinde verbis Paridis apud Homerum: *Nunc quidem Menelaus vicit adiutrice Minerua, Illum ego vincam viciſſim; nam et mihi numen adeſt* *). Vt itaque ſtudiis veſtris diuerſorum generum materies praeſto ſit iuſta et idonea, recitabimus nunc quaeſtiones in futurum annum octingenteſimum (cIↄIↄccc) propoſitas:

ORDO THEOLOGORVM deſiderat, vt

in doctrinae de reditu Meſſiae ad iudicium gentium originem, incrementum et nexum cum religione chriſtiana inquiratur.

"In certamine homiletico praemio regio ornabit eum, qui optime e ſuggeſtu monſtrauerit,

non eſſe, cur mali moralis in his terris origo et propagatio ſcrupulos nobis et dubia de ſapientia ac ſanctitate numinis iniiciat. (Wie wenig uns der Urſprung und die Verbreitung des Böſen auf Erden an der Weisheit und Heiligkeit Gottes irre machen dürfe.)

De orationum traditarum virtutibus et vitiis, nec non de materia, oratoribus in futurum annum propoſita, programmate propediem edendo amplius exponet collega venerabilis, qui academiae ſacra moderatur."

In futurum annum ORDO IVRECONSVLTORVM proponit quaeſtionem:

*) Il. I, 439. Νῦν μὲν γὰρ Μενέλαος ἐνίκησεν σὺν Ἀθήνῃ, Κεῖνον δ' αὖτις ἐγώ, παρὰ γὰρ θεοί εἰσι καὶ ἡμῖν.

Quaenam ſint principia iuris ciuilis, publici, et gentium circa comprehenſionem, punitionem, vel remiſſionem peregrinorum, qui in alieno territorio deliquerunt, praeſertim ad requiſitionem exterae gentis.

ORDO MEDICORVM deſiderat Commentationem:

quae Hiſtoriam, Indolem et Curationem Febris flauae Americanae ſuccincte exponit.

A PHILOSOPHORVM ORDINE

iterum alia ordinaria alia extraordinaria eſt propoſita quaeſtio. Ordinaria eſto argumenti mathematici:

Recenſere vſus circuli et aliarum curuarum, in artibus mechanicis, et architectura, quos animadverterunt Graeci Geometrae, et illis poſteriores ante Carteſium.

Quaeritur *hiſtoria*, non *theoria*, eam enim non niſi volumina complecterentur. Poteſt certantium alter alterum vincere, narratione vberiore, exactiore, magis concinna.

Extraordinaria quaeſtio euulgatur haec:

Declaranda eſt prudentia Senatus Romani in mittendis legatis ad exercitus, ad leges pacis dicendas, et ad res prouinciarum regnorumque inſpiciendas aut conſtituendas.

Materiem dicendorum ſuppeditabit ſatis copioſam lectio Livii et Polybii, tum Excerpta Legationum. Cum iudicio illa erit ad certas ratio-

nes

nes redigenda; cumque ipſa lectio iſtorum ſcriptorum ad orationem puram et caſtigatam inuitare debeat, commentationes offerendas ſtili hiſtorici elaborati ſalubritatem aliquam ingenuam exhibituras eſſe expectamus.

Cum autem leges certaminis huius litterarii liberalitate regia inſtituti ſub a. LXXXIV. ſatis diligenter expoſitas et deinceps iterum iterumque memoratas ſubinde neglectas aut violatas viderimus, iterum reuocandae ſunt in memoriam leges, inprimis hae, quibus ii, qui congreſſuri ſunt, iubentur commentationes ſuas reddere *ante Kalendas Aprilis* cuiusque anni; quam in legem cum nimis licenter interdum peccatum ſit, declaratur nunc publice ab Ordinibus, perituram eſſe operam, eiusque fructum, eorum, qui ſerius in certantium numero nomina profitebuntur et commentationes tradent. Alteram legem, quae iterum iterumque animis veſtris inculcanda ſit, habete hanc: non a vobis requiri commentationes refertas locis ex ſcriptoribus aliis excitatis et exſcriptis, nec ſenſibus et iudiciis *aliorum*, ſed *veſtris*, iisque breuiter, perſpicue, commodeque enuntiatis; pro vitio et reprehenſione dignam haberi fecunditatem luxuriantem, multoque magis in rebus, dictis locisque, aliunde congeſtis et conglutinatis, ideoque lectionis ac doctrinae copiam vanam et inutilem et taediosam laudem eſſe habituram nullam; itaque libellos modulo probabili eſſe finiendos; non in voluminum modum inani tumore inflandos et diſtendendos; tumor hic exturgeſcentis hydropico

more

more libelli eſt caſtigandus, ſanoque et ſobrio victu cultuque ad iuſtam molem atteriuandus; qua quidem re ingenium, doctrinam et iudicium multo magis dealaratum ſcriptor dare poteſt, quam congeſtarum rerum inutilium otioſa et moleſta accumulatione. Tertio autem loco *ſermonis Latini puritati ſaltem et proprietati* ſtudendum eſſe putate; ſine qua multae praeclaraeque litterae ne tractari quidem commode ſatis poſſunt. Infinitae res ſunt, quarum notitia cum hoc ipſo ſtili exercendi ſtudio animis veſtris ſe inſinuat et quaſi non ſentientibus inſtillatur: peſſime vobiscum actum eſſe in iuuenili aetate putatote ab iis, qui vobis negligendarum litterarum antiquarum auctores fuere; etiamnum tamen opportunitas vobis ſuggeſta eſt his ipſis propoſitis concertationibus, emendandi ſeu veſtra ſeu aliorum peccata, et exercitatione vſuque vobis parandi facultatem qualemcunque latine ſcribendi: quam ſi quis aſſequutus fuerit, nae is infinitis in rebus patrio quoque ſermone vti ſe videbit caſtigatiore, puriore et elegantiore. Omnino autem doctrinae verae et fructuoſae tantum quisque ſe paraſſe ſibi videtor, non quantum animo memoriaque teneat, ſed quantum ore et calamo in medium perſpicue et ſcite proferre et in vſus adhibere didicerit.

His iam peractis conuerſi ſunt animi ad bona vota precesque pro ſalute et incolumitate publica priuataque faciendas; pro pace Germaniae noſtrae, cumque ea vniuerſae Europae ſimulque orbi terrarum habitabili reſtituenda; quorum votorum magna

magna pars cum poſita ſit in victoriis conſiliisque Regis noſtri indulgentiſſimi, redeunt vota noſtra iterum ad eius incolumitatem et proſperitatem a deo O. M. expetendam. Vtinam illi contingat, titulis ſuis hunc vnum omnium magnificentiſſimum adiungere, vt Pacificator orbis terrarum ille pronuntietur, non modo a Britannis, verum etiam ab Europa et omni genere humano, cladibus et calamitatibus funeſtiſſimi belli nunc feſſo et ita attrito et confecto, vt verendum ſit, niſi Pax indignantium populorum votis obtigerit, ne ipſis victoribus non minus funeſta belli fortuna, quam victis, aliquando ſit futura.

XVII.

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE
PRORECTOR
THOM. CHRISTIAN. TYCHSEN
CVM SENATV
CIVIVM SVORVM
QVI
IN CERTAMINE LITERARIO
IN A. D. IV. IVNII ANNI HVIVS cIↃIↃccc.
REGIS NOSTRI INDVLGENTISSIMI
SOLLENNE NATALITIVM
INDICTO
CONSTITVTA EX EIVS MVNIFICENTIA
PRAEMIA
ORDINVM ACADEMICORVM IVDICIO REPORTARVNT
NOMINA
SIMVLQVE
COMMENTATIONVM
QVAE
AD CERTAMEN IN A. D. IV. IVNII ANNI cIↃIↃccci.
ADMITTI VOLENT
ARGVMENTA
AB ACADEMIAE ORDINIBVS PROPOSITA
PROMVLGAT.

Sollennia diei, quo natalem Regis noſtri Auguſtiſſimi, Patris Patriae, celebramus, cum alias fuere ſingulari cum pietate et hilaritate peracta, tum

tum inſigniore cum celebritate, ex quo, a XVI. inde annis, regia liberalitate, ſtudiis veſtris, Commilitones, annua praemia hoc die perſoluenda conſtituta ſunt; qui tamen hoc anno illuxit dies ſollennis, tanto maiore cum laetitia et hilaritate a nobis eſt celebratus, quo grauiores exſultandi cauſſae acceſſerant. Quod enim in mentis humanae natura inſitum eſt, vt, ſi quos habemus caros ac dilectos, iis multo magis delectemur, de quibus metueramus, id nunc experti ſumus ſenſu et cogitatione, cum Regem noſtrum Optimum et Indulgentiſſimum, ſaluum et incolumem eſſe laetabamur, qui ante paucos dies in ſummo vitae periculo verſatus erat, quandoquidem atrociſſimo ſcelere inſania abominanda ex inſidiis vitam eius erat aggreſſa. Res auditu incredibilis, regem placido mitique ingenio, affabilitate et comitate vitaeque ſimplicitate et integritate admirabilem, virtutibus iis, quae et regem decent, et priuatum ornant, amabilem, aequi iuſtique, religionum, legum, populi amore laudatiſſimum, adiiſſe tamen vitae diſcrimen bis vno die, primo ante ordines cohortium praetoriarum, poſtea in ſpectaculo ſcenico, in media ſpectantium turba, praeſentibus videntibusque omnibus, telo cum fragore emiſſo eminus petitum. Monſtrum ac portentum hominis, non hominem putabimus, cuius furor in tam nefandum ſcelus, audacia ac veſania inaudita, erumpere potuit. Nobis, ad quos euenti fama peruenerat, nuntio atrociſſimo ſtupentibus, nuntiatum ſimul eſt, ſaluum et incolumem eſſe regem: vt ne momentum quidem metu ſuſpenſi conſternatique

eſſemus;

eſſemus; quae res et ipſa in fortuna ponenda eſt; ita vt ad huius diei ſollennia ſollenni cum celebritate peragenda cauſſas haberemus grauiſſimas et ſingulares, iisdemque adducti ad pietatem et virtutem maiore animorum ardore incenderemur. Et ad pietatem quidem inflammari pectora noſtra naturali quodam impetu neceſſe erat, vt grato cum ſenſu ſummi numinis prouidentiam adoraremus, qua prouiſum eſt incolumitati Principis Optimi; quo erepto qua nocte, qua rerum caligine inter metum ac terrorem ſepulti iacuiſſemus! quanta rerum futura fuiſſet perturbatio, quanta fortunarum ſtrages et euerſio in hoc Europae incendio foediſſimo ad extrema quaeque orbis terrarum ſparſo! Nunc vero Rege noſtro dei optimi cura ſeruato ominari licet, rerum ſummae nec minus proſpecturum eſſe numen propitium, ne furiali hoc bello in vlterius tempus protracto omnis vitae cultus, humanitas, iucunditas, e medio tollatur. Alterum quod cum pietate noſtra, nouo hoc beneuolentiae diuinae ſpecimine inflammata, coniunctum eſſe debere diximus, hoc eſt, vt tanto ſeueriore ſtudio enitamur ad eam laudem, qua tam inſignibus boni numinis beneficiis digni eſſe habeamur, dum officiis muneribusque noſtris publice impoſitis ita fungamur, vt non modo in explendis eorum numeris e vulgari exiſtimatione nihil in nobis deſiderari patiamur, verum vt, cum inter Europae inſtituta litteraria per bellorum calamitates partim ſublata partim afflicta, Academia noſtra, fortunae caſibus ſecundis per certas temporum rationes intercedentibus, prouidentibus Regiae indulgentiae et

volun-

oluntatis miniſtris ſapientiſſimis, tranquillitate et ecuritate facile ſit florentiſſima, enixe allaboremus, t diſciplinarum litterarumque bonarum copiis, um aliis in terris eae decreſcunt, ingenio ſtudioque oſtro aliquid laudis et incrementi acceſſiſſe peribeatur. Si enim nihil aliud egiſſe videbimur, quam vt, victus diurni ſtudio, curis officiisque ſolitis eciſſe ſatis videamur, non magnam laudem noſtram neque ad noſtrates neque ad exteros aut ad poſteritatem fore in propatulo eſt. Iuuentutem autem noſtram academicam quo ardore correptam credere licet, cum copiis hisce litterariis, quas Georgia Auguſta offert, integris ſaluisque in diesque auctis, tuto ac ſecure vti ſibi licere videat, cum aliis in terris litterarum ſtudia aut ſublata aut interrupta et turbata, copias autem opesque litterarias hominum ſacrilegorum ſcelere ſpoliatas et euerſas audiant. Inflammabunt tanquam nouis facibus ſubiectis eorum ingenia ea ipſa, quae in ſollenni huius diei coetu peracta ſunt. Erat enim in diem hunc indictum certamen litterarium vobis, Commilitones, veſtrisque ingeniis ſtudiisque pronuntiatum, propoſitis e regia liberalitate praemiis, quae ex Ordinum Academiae noſtrae ſententiis tulerunt ii, qui ad quaeſtiones promulgatas ſcriptis uis ſatis commode reſponderant.

Ab *Ordine Theologorum* propoſita erat
Disquiſitio in doctrinae, de reditu Meſſiae ad iudicium gentium, originem, incrementum, et nexum cum religione Chriſtiana.

"Quae quidem diſſerendi materies, vtut grata et accepta debere iis eſſe videbatur, qui in verſan-

dis oraculis diuinis. vltra Eiſenmengerum, et vulgata excerpta Rabbinica ſapere, et vel vnicum librum Sohar in vſus ſuos conuertere didiciſſent; at tamen iuuenum doctiſſimorum, aliasque praeclara quaeuis audentium ſtudiis minus conuenire deprehenſa eſt. Oblata quidem eſt ordini, ſcilicet, ne intentata vires concertantium in ſpongiam incumberet quaeſtio propoſita, commentatio Homeri verbis inſignita:

ἤ κεν νοστησας ἀποτισεται, ἦε και οὐκι;

quae fontes aperire, loca biblica digerere, et doctrinae, hinc inde tenebris obuolutae, adfundere lucem ſucceſſu haud infelici conata eſt. Deſiderauit tamen Ordo Thelogorum, tum expoſitionem commenti Midraſchici, de Meſſiae Iudaeorum, qui a Ieſu Chriſto probe diſtinguendus erat, aduentu duplici, exili vno, glorioſo altero, Schechinae maieſtate illuſtrando; tum, quod inprimis male nos habuit, eam codicis ſacri reuerentiam circumſpectamque interpretationis liberalitatem, quae inter ſuperſtitionem et licentiam incedit media, et quam ipſe commilitonibus inculcare nunquam deſinit. At enimuero, ne diligentia auctoris, doctrinae multiplicis index locuples, laude ſua fraudaretur, praemio regio ornanda videbatur commentatio exhibita."

Schedula reſciſſa recitatum eſt nomen:

IOANNES CHRISTIANVS KOKEN, *Alfelda Hildeſienſis, Seminarii Regii philologici et Societatis priuatae litteris humanioribus addictae Sodalis.*

"Oratori ſacro, qui inter iuuenes noſtros ad munificentiae regiae documentum honorificentiſſimum

mum adſpiraturus eſſet, hoc ab Ordine Theologorum prouinciae datum erat, vt pro concione declamaturus oſtenderet:

Quam in adſerenda numinis optimi ſapientia et ſanctitate non ſcrupulos iniicere valeat animo mali moralis origo et ad poſteros propagatio.

Wie wenig uns der Urſprung und die Verbreitung des Böſen auf Erden an der Weisheit und Heiligkeit Gottes irre machen könne.

"Obuenerunt in vniuerſum ſermones quatuor, de quibus ſingulis propediem exponet publice ſeminarii homiletici director. De praemio autem, qui certare poſſent, digni viſi ſunt.

Carolus Christoph. Petersohn, *Badenſis:*

Philip. Conrad. Marheinecke, *Hildeſienſis:*

"vterque ſeminarii homiletici ſodalis, vterque morum, diligentiae, ſtudiorum ſacrorum laude apud nos conſpicuus. Quorum alterutri, poſtquam publice non ſine auditorum plauſu verba fecerant ambo, primae deferendae ſint, dubius et ſuſpenſus aliquamdiu haeſit theologorum Ordo, quum, ſucceſſu fere aequali, vnius ſubtilitatem, alterius compenſauiſſet fecunditas et orationis vbertas. Poſtremum, ſubductis in vtramque partem rationibus, metam propoſitam contingere viſus eſt:

Philip. Conrad. Marheinecke, *Hildeſienſis.*

locum ab illo proximum occupare:

Carolus Christoph. Petersohn, *Badenſis:*

iuuenes, non ſtudiorum et aemulationis ſolum, ſed vinculo etiam amicitiae coniuncti: qua effecerunt, quod legibus fieri non poterat, vt vterque

que aequus et placatus ex hoc certamine diſcedere queat."

Propoſita erat ab *Ordine Iureconſultorum* quaeſtio:

Quaenam ſunt principia iuris ciuilis, publici et gentium, circa comprehenſionem, punitionem vel remiſſionem peregrinorum, qui in alieno territorio deliquerunt, praeſertim ad requiſitionem exterae gentis.

Exhibitae ſunt Ordini commentationes tres his ſymbolis inſignitae:

I. *Non nihil eſt rapidas fugitiui temporis horas*
Noſcere et in minimas attentum carpere partes.
Guil. Xylando, ſched.

II. *Raro antecedentem ſceleſtum*
Deſeruit pede poena claudo.

III. *Tu ciuem patremque geras, tu conſule cunctis*
Non tibi; nec tua te moueant, ſed publica damna.
Claudian.

Ordinis quidem expectationi votisque nulla earum ita ſatisfeciſſe viſa eſt, vt nihil deſiderandum reliquerit. Habita tamen ratione difficultatis, quae poſteriori praeſertim quaeſtionis parti ineſt, iudicauit Ordo, mitius in ferenda ſententia verſandum eſſe. Quumque *tertio* loco nominata commentatio, cui inſcriptum eſt ſymbolum:

Tu ciuem patremque geras, tu conſule cunctis etc.

licet auctor paſſim dictione parum latina vſus ſit, primam et ſecundam commentationem tum in adornandis et exponendis rerum argumentis, tum in ſeruandis limitibus thematis propoſiti praeualeat, cenſuit Ordo, huic regium praemium adiudicandum eſſe. Ceterum auctor commentationis *ſecundo* loco deſignatae, quamquam nimis late vagatus ſit et

et ad quaeſtiones ſuperuacaneas deſcenderit prae-
tereaque vſus ſit ſcribendi genere obſcuro et in-
condito, tamen laudabilis diligentiae, meditatio-
nis et lectionis varii generis, ſpecimina edidit."

Auctor commentationis praemio ornatae in-
notuit:

EDMUNDUS BÜSCHLER, *ex pago Eichsfeldiaco Birkungen.*

Ab *Ordine Medicorum* iuſſi erant concerta-
turi ſuccincte exponere

hiſtoriam, indolem et curationem febris flauae Americanae.

Tres commentationes Ordini redditae erant:
vna, verbis inſcripta:

Multa eadem fiunt, ſed aliter;

altera verbis: *Ducitur ſemper noua pompa morti;*

tertia autem: *Heu fuge crudeles terras.*

Prima et ſecunda, etſi induſtria et multa variaque
lectione in enarranda hiſtoria morbi, eiusque
cauſſis caſibusque exponendis, ſe commendarunt,
in ipſa tamen morbi natura declaranda et in me-
thodo curandi non ſatisfecerunt, dum ex ſyſtemate
ſuo pendentes id potius egerunt, vt morbum ei
accommodarent, quam morbi naturam propriam ac
peculiarem explorare, eaque, quae ipſa experien-
tia docuit, conſiderate expendere ſtuderent. Ita-
que ſubſtiterunt in charactere morbi generali con-
ſtituendo, vtrum ille ſit ſthenicus an aſthenicus,
et totam morbi curationem ad eum conſtituere
voluerunt. Quae etſi Ordinis iudicio ſe non pro-
barunt, hiſtoriam tamen ipſius morbi in vtraque
commentatione bene expoſitam, in ſecunda recen-

 tiſſimas

tiſſimas obſeruationes pathologicas inſigni cum induſtria, oratione etiam latina emendatiore perſcriptas, Ordo medicorum debita laude proſequutus eſt.

Felicius in quaeſtione tractanda verſatus erat *tertiae* commentationis auctor, et ipſam morbi curandi rationem, quantum quidem ex medicorum, qui morbi curationem ipſi tractarunt, narratis ſtatuere licet, acutius perſpexerat; non quidem ille neglexit generalem morbi conditionem, ſthenicam et aſthenicam, etſi eius varietates et mutationes non tam ſubtiliter eſt perſequutus; at ille animum attendit ad viſcerum in praecordiis affectiones; ſecretionem bilis vitiatam, et viſcerum inflammationem, idemque probabiliter autumat, Mercurium ipſum ſalubrem medelam afferre, non modo, quatenus corpus purgat acri et corrupta bile, verum etiam tanquam remedium inflammationem inhibens; quo in chronicis hepatis inflammationibus ſub caelo feruidiore vti ſolent ſalubriter medici.

Hisce de cauſſis Ordo medicus praemium regium adiudicauit huic commentationi tertiae cum dicto: *Heu fuge crudeles terras,*
acceſſiſſe autem proximo loco cenſuit alteras duas. Auctor victricis Commentationis ſcheda aperta in notitiam venit

Constantius Didier, *Gallo-Belgicus.*

Altera autem, quam proximo loco acceſſiſſe diximus, cum Verbis:

Ducitur ſemper noua pompa morti;

auctorem habet:

Carolum Henricum Parry, *Britannum,*

qu

qui iam ſuperiore anno ſimilem laudem reporta-
rerat in quaeſtione philoſophici Ordinis, *de no-
tionibus Graecorum et Romanorum ethicis.* Tandem
tertiam commentationem, primo ſupra loco me-
moratam, compertum eſt ſcriptam eſſe ab

Aug. Henr. Ferdinando Guffeld, *Holſato.*

A Philoſophorum Ordine

quaeſtio propoſita erat duplex, altera ordinaria:

De vſibus circuli et curuarum in artibus mechanicis et architectura, ante Carteſium animaduerſis.

Contenderunt duo de praemio: alter ſym-
bolo vſus:

Ars non habet oſorem, niſi ignorantem,

alter: *Prima ſequentem in ſecundis conſiſtere honeſtum eſt.*

Cic.

quorum prior ille varia, inſigni et ſubtili erudi-
tione inſtructus in colligendis iis, quae ad quae-
ſtionem expediendam facere poterant, vix aliquid,
quod requiri poſſit, deſiderari paſſus eſt; poſte-
rior ingenium vtique et induſtriam approbauit,
alienis tamen a re, vt proprietatibus curuarum,
enarrandis, nimis eſt immoratus. Igitur hic qui-
dem locum ſecundum, quem in ſymbolo quoque
modeſte ſibi ipſe aſſignauit, merito tueri eſt viſus;
praemium autem aſſignatum alteri, qui *artis oſorem
non niſi ignorantem eſſe* profeſſus eſt. Exiit nomen
auctoris:

Io. Henr. Maur. Poppe, *Gottingenſis.*

Altero loco laudem debitam abſtulit

Caspar. Frid. Renner, *Bremenſis, Matheſeos et Phyſices Stud.*

Extraordinaria quaeſtio a *Philoſophorum Ordine* euulgata erat ſuperiore anno haec:

Declarandam eſſe Senatus Romani prudentiam in mittendis legatis Romanis ad exercitus, ad pacis leges dicendas, et ad res prouinciarum regnorumque inſpiciendas aut conſtituendas.

Proceſſerant in arenam athletae tres, nec viribus nec animis inualidi: *primus* titulo ornatus:

Tentanda via eſt;

alter praefixa habens verba:

Tu regere imperio populos Romane memento;

tertius cum verbis ex Liuii praefat.

Hoc illud eſt praecipue in cognitione rerum ſalubre ac frugiferum ſqq.

Iam *priores duo* non ſatis expendiſſe viſi ſunt, quaenam vis et ſententia quaeſtionis eſſet, aut quid potiſſimum in ea quaeſitum eſſet; egerunt de legatis et de legationibus ad ſenſum fere vocabuli aetatum noſtrarum (*Geſandten*). Quaeſtio tamen ſpectat ad eos legatos, qui nunc appellantur *Commiſſarii*, aut rerum inſpiciendarum vel exſequendarum cauſſa miſſi, et ad tria tantum genera legationum, quae ad exercitus, ad leges pacis dicendas, et ad res prouinciarum regnorumque inſpiciendas aut conſtituendas, decretae eſſent. Nihil igitur amplius in quaeſtionem veniebat, quam tantum hoc: vt declararetur prudentia Senatus Romani in conſilio hoc adhibendo, quod negotia memorata hac vi et ratione expedire placuit, vt certos viros prudentia et auctoritate grauiſſimos ex ſuo numero ad eam rem a ſe delectos, in rem praeſentem mitterent, nec, verbi cauſſa de rerum gerendarum conſiliis, acquieſcerent in iis, quae ab imperatori-

Roman-

Romam fuerant nuntiata vel perſcripta, aut vt mandata darent imperatori temporum locorumque rationibus haud ſatis conſentanea; vtque nec pacis conditiones aut per imperatorem ſcribi iuberent aut ipſi SCto decernerent: ſed mitterent, qui cum imperatore coniunctis conſiliis ex re praeſenti ſingula conſtituerent; et ſic reliqua *); in his apparet prudentiam aliquam admirabilem eluceſcere, quod hoc maxime more res grauiſſimas peregerunt, quem antiquis temporibus alios populos ac reges haud adhibuiſſe videmus; morem tamen valde probandum, et noſtra quoque aetate vſu reuocatum, vt ad exercitus mittantur legati; an ſimili vbique prudentia, qua a Romanis, nunc non quaeritur. Poterant haec illuſtrari delectis ex hiſtoriis exemplis ad eam rem idoneis, atque ita tota quaeſtio expediri paucis plagulis. At vero prioris voluminis auctor, qui *tentandam viam eſſe* ei inſcripſerat, *omnem prudentiam* Romanorum, quam nos politicam appellamus, *in nouis prouinciis acquirendis et imperii finibus proferendis* perſequutus eſt. Alterius voluminis auctor, qui prae ſe fert verba: *Tu regere imperio:* Romani Senatus conſilia *in principatu Italiae tum orbis terrarum conſequendo* copioſe expoſuit, interque ea cum etiam legationum vtilitas aliqua

U 5 fuerit,

*) Poſſunt forte adiici nonnulla alia, etſi minus neceſſaria, quod legati miſſi ſunt nec leuibus de cauſis, ad gratulandum, condolendum, et ſic porro, nec opiparo cum apparatu et faſtu ſumtuoſo et faſtidioſo; porro quod nec miſſi ſunt in prouincias armis redactas legati eo conſilio, vt ex iis rapinarum licentia diteſcerent. Recte quoque eſt notatum, maiorem legationum neceſſitatem fuiſſe antiquis aetatibus, cum nondum curſus publici ad noſtrum morem eſſent diſpoſiti.

In futurum annum ORDO IVRECONSVLTORVM proponit quaeſtionem:

Succeſſione vniuerſali per pactum promiſſa, an et quatenus promittenti facultas de bonis inter viuos diſponendi adempta ſit?

Quaeſtio ORDINIS MEDICI ad certamen propoſita, vt eruant:

Quae ſit aëris vitalis, ſiue quem hodienum vulgo vocant, oxygenii, vis, tum in procreandis, tum in ſanandis morbis, non ex ratiociniis hypotheſi ſuperſtructis, ſed ex genuinis medicorum et chemicorum obſeruationibus atque experimentis.

ORDINIS PHILOSOPHICI

hoc quoque anno alia erit *ordinaria* quaeſtio, alia *extraordinaria*. *Ordinaria* quidem haec:

"Etſi magna ſemper fuit diuitiarum potentia, tum quoque, cum opes non niſi frugibus aut pecore cenſerentur, in immenſum tamen excreuit iſta potentia, ex quo inter populos, ad humanitatem excultos, propemodum omnes conſenſum eſt, vt diuitiis veris ſigna ſubſtituerentur metalla nobiliora, praecipue aurum et argentum, ita vt haec rerum omnium *pretium eminens*, vt dicunt, fierent:

Inquirant igitur certaturi, vt ex ingenii humani diuitiarumque ipſarum natura, atque ex hiſtoria tam antiqua quam recentiore declarent: quam vim habuerit, quosque effectus tam bonos quam nociuos, morales, politicos atque phyſicos, metallicarum diuitiarum eminens, reſpectu ad alias gentes minus opulentas habito, affluentia: ſiue ſit ſubito, ſiue pedetentim, quibuscunque de cauſſis, exorta.

Ad

Ad quaeſtionem hanc, quae rite pertractata multa cognitu vtilia et fructuoſa promittit, qui acceſſerint, ante omnia animum attendant et obſeruent, nequaquam hic quaeri de diuitiis vniuerſe aut de ſingulis diuerſisue diuitiarum, opum et copiarum, generibus, verum de vno genere, quod eſt *diuitiarum metallicarum*; neque vero de hoc vniverſe quaeri; ſed de earum *affluentia aliqua inſigni*; neque de effectibus diuitiarum omnino, ſed *de effectibus vni ſolique generi huic* diuitiarum metallicarum tanquam *ſigni* verarum diuitiarum, *proprio ac peculiari*; alienum igitur foret in locum communem de luxu, aut alium ſimilem excurrere. Vt autem teneatis exempla ex hiſtoriis temporum, quibus magna auri argentiue vis in populorum rerumque commercia venit, memorabimus templum Delphicum a Phocenſibus direptum, Graeciam, Syriam, Aegyptum a Romanis opibus exſpoliatam, nauigationem et commercia Britannorum inde a XC. mirabilem in modum aucta. Poteſt quoque attingi quodammodo et comparari effectus noui diuitiarum generis, ſuccedente metallorum vſui alio ſigno, papyri vſu."

Altera *quaeſtio extraordinaria* hunc in modum conſtituta eſt:

Quaeritur, quinam fuerint reditus ſeu ordinarii ſeu extraordinarii reipublicae Romanae, partim ante Macedonicum triumphum partim poſt eum triumphum, vsque ad rempublicam in imperium mutatam; inſtituaturque comparatio, quantum fieri poteſt, tum temporum diuerſorum reip. inter ſe, tum noſtrorum temporum, in ſimili terrarum,

rerum

rerum hominumque conditione ac ſtatu, aeſtimatione probabili facta.

Cum his modo pronuntiatis in animum reuocate, Commilitones, leges huius certaminis toties iterum iterumque ſeuere edictas: primo, vt ante Apriles Kalendas anni deferantur ad Ordines commentationes; ſecundo, vt breuitatis ſtudio omnis veſtra opera contineatur, neque vltra ſex ſeptemue plagulas, vbi prelo excuſa fuerit, vlla commentatio, quae in concertationem admitti volet, aſſurgat; tertio, ne tumultuarie ac perfunctorie, nec ſocorditer et oſcitanter, nec perplexo et obſcuro litterarum ductu, exarentur libelli, qui interdum ne paginas quidem habent notatas et immunda in charta perſcripti ſunt; tandem, ne ſermonis latini puritatem et proprietatem omnem eiuretis. Saltem cauere par eſt, ne iudices veſtri moleſtia ac faſtidio ex lectione enecentur.

Ita reditum eſt ad vota pia pro Regis optimi ſalute, incolumitate et felicitate, pro Reginae proſperitate inconcuſſa, domus Regiae ſplendore integro et illibato, pro omni republica eiusque adminiſtratione, pro conſiliorum bonorum ſecundo ſucceſſu, pro laeto anni prouentu terrarumque noſtrarum fauſto fortunatoque ſtatu, pro fortuna manente almae Georgiae Auguſtae, pro vrbe, agro. Reſpondeant votis noſtris euentus, nosque agamus id, vt iis haud indigni eſſe habeamur!

XVIII.

XVIII.

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE
PRORECTOR
GEORG. IAC. FRID. MEISTER D.
CVM SENATV
CIVIVM SVORVM
QVI
IN CERTAMINE LITERARIO
IN A. D. IV. IVNII ANNI HVIVS CIↃIↃCCCI.
REGIS NOSTRI INDVLGENTISSIMI
SOLLENNE NATALITIVM
INDICTO
CONSTITVTA EX EIVS MVNIFICENTIA
PRAEMIA
ORDINVM ACADEMICORVM IVDICIO REPORTARVNT
NOMINA
SIMVLQVE
COMMENTATIONVM
QVAE
AD CERTAMEN IN A. D. IV. IVNII ANNI CIↃIↃCCCII.
ADMITTI VOLENT
ARGVMENTA
AB ACADEMIAE ORDINIBVS PROPOSITA
PROMVLGAT.

Laetitia publica, Commilitones, cum requirat coetus ac conuentus ſollennes, in quibus ea ſe teſtatam faciat; eius regendae et ad certam formam

formam conſtituendae videre licet, ſi rem altius repetere placuerit, conſilia et modos fuiſſe plures, eosque, cum ipſo populorum ad meliorem vitae cultum progreſſu, varios, et alios aliis meliores. Ab efferata inter barbaros laetitia, in clamores, corporum iactationes et furores erumpente, proceſſum eſt ad epulas ſacrorum ſollennes, choros, modos muſicos et cantus. Succeſſere inter homines inſtitutis ciuilibus et religioſis ad cultum vitae humaniorem adductos aliae laetitiae publicae teſtificationes, plerumque a maioribus acceptae et in meros ritus ac caerimonias mutatae, religioſae plerumque indolis, ſacra, pompae, ludi, certamina, theatra, in quibus multa vitae antiquae rudis et efferatae veſtigia ſupererant. Cum autem Chriſtianorum doctrina et diſciplina excluderet huius generis plurima, alia mutaſſet, eorum locum obtinuere apparatus ſacrorum et pompae religioſae, cum ſupplicationibus et feſtis canticis, quibus hilaritas publica declarari viſa eſt. Inter haec fundus omnis laetitiae publicae teſtificandae manſit ſenſus aliquis religioſus, quod ad numinis aeterni prouidentiam et indulgentiam rerum proſperarum bonorumque euentorum cauſſae referuntur: more tamen et vſu hominum, praeterquam quod feriari, otiari, epulari, commune eſt omnibus, partim relictae partim inuentae ſunt inter ordines hominum, ſtirpes ac familias, coetusque publicos ac priuatos, vrbium et agrorum, diuerſae rationes ac modi varii, quibus laetitiae ſenſus publice exprimitur: qui vtique, quod facile expectes, plerique omnes ad ſenſuum voluptates ſpectant, ſiue

ſolius

ſolius corporis, ſiue animorum aliqua coniuncta oblectatione ac recreatione, velut ex ſpectaculis, modis muſicis, choreis ducendis, ſimilibusque aliis. Etſi enim cum his, per inſtituta publica, religioſae ac feſtae ſupplicationes, cum ſymphoniis coniunctae eſſe ſolent: ad ſenſus tamen hominum impellendos et mouendos, quandoquidem horum imperio et vulgus et ſapientes ſeruimus, hi hilaritatis publicae ſeu teſtificandae ſeu excitandae apparatus, haec nutrimenta et incitamenta, valent pleraque; etiam hoc, quod, per ſe ludicrum, fragore tamen ſuo magnam ad hominum animos mouendos vim habet, vt per tormenta puluere pyrio exploſa laetitiae ſenſus excitetur; quid? quod etiam iis exploſis deo O. M. aguntur gratiae; etiam pro caedibus mortalium promiſcue factis: de quo quidem genere ſapientia nec diuina nec humana habet, quod ſtatuat. Fugit enim hoc mentem rationis ſanae dictatis imbutam, nec aſſequi illa poteſt, quomodo ea res, quam auerſatur ipſa ac deteſtatur, tamen numen optimum et ſapientiſſimum oblectare poſſit, aut preces, vota et gratias pro iis perpetratis, admittere.

Apparet vtique ex his id, quo omnem hanc enumerationem perducere volebamus, apparet, inquam, in laetitia publica priuataue teſtanda, ſi religioſos ſenſus exceperis, pendere nos omnes mortales e ſenſuum deliniimentis et oblectationibus: quae ne ad voluptates belluinas et mera ventris obſequia nos deprimant cauendum eſt. Sunt autem litterarum ſtudia, Muſarumque ſacra; quae qui colunt, ii non in ſolis corporum, inter commeſſa-

tiones, epulas et pocula, voluptatibus feſtam hilaritatem poſitam eſſe volent, verum ex aliis eam oblectamentis haud paullo melioribus petent. Sunt enim ſtudia, quae a ſeuerioribus diſciplinis auocatos animos relaxant et hilaritate diffundunt; eſt oculorum animique voluptas ex adſpectu et contemplatione opum et copiarum, quas natura procreat locisque et temporibus mirifice variat; ſunt artium plaſticarum opera, naturam ingenioſe adumbrantium, aut etiam ſuperantium; ſunt diuinorum ingeniorum carmina, ſunt modi muſici exquiſitioris artis, ſunt recitationes et narrationes, ſunt de re iucunda, de amoeno naturae adſpectu, de praeclare captis et perfectis publice priuatimque conſiliis, expoſitiones, ſunt innumera, quibus audiendis vel legendis exhilarari poſſint animi.

Nobis, Commilitones, hoc die ſollenni celebrando praeſcripta eſt ratio ac formula aliqua ſingularis laetitiae publicae declarandae, ſtudiis noſtris communibus, veſtrisque conſiliis vtilitatibusque accommodatiſſima et fructuoſiſſima, longeque praeſtantiſſima. Quis enim neget eam hilaritatem praeferendam eſſe generibus aliis, qua leuantur et diffunduntur animi ſine omni corporis animique noxa, nulla cum poenitentia ſubſequente, ſed cum ſenſu iucunditatis permanente ac perenni, et ex recordatione per omnem vitam redintegrato; quo ipſo ad maiorem virtutem eiusque habitum fingimur, et quidem nobiliore noſtri parte, animo, diuinae hac aurae particula, qua ad diuinam naturam accedimus, et ſupra humanam ſortem euehimur,

mur, eaque dulciſſimo aliquo affectu ac ſenſu contacta, iam nunc beatae alicuius ſortis vitaeque diuinae praeſenſionem habemus? Haec igitur cum inter cetera gaudiorum genera ſit hilaritas facile princeps: quicquid ad eam accedit aut eam attingit, aut nos ad eam adducit praeparatque, aliis vulgaribus, multoque magis oblectamentis illiberalibus, praeferendum eſſe apparet. Talem autem hilaritatem publicam die feſto Regis noſtri Indulgentiſſimi natali, offert concio ſollennis habita et certamen litterarium, praemiis ex eiusdem Optimi Principis liberalitate propoſitis, inſtitutum. Cum enim laetitiae publicae cauſſae contineantur primo loco incolumitate et exoptata valetudine Regis, virtute ac pietate vitaeque ſanctitate incomparabilis, tum rerum noſtrae Academiae conditione et ſtatu, et rerum noſtrarum proſpero curſu: accedit his tertium oblectamentum ex auditione conatuum tot iuuenum in hoc coetu ac numero academico praeſtantiſſimorum, qui ingenii ſui ac doctrinae profectuumque in diſciplinis et litteris periculum fecerunt, excitati ad hos conatus, ad quos ceteroqui haud multum procliuia eſſe ſolent iuuenilia ingenia, liberalitate regia, et erecti laude publice, in hoc Conſeſſu ac Coetu, conatibus vniuscuiusque tribuenda. Cumque omnis haec Academia magnae alicuius familiae loco ſit habenda, nosque Profeſſores parentum loco ac iure vtamur: quidni et nos de familiarium noſtrorum laude, virtute, et futurorum ſpe excitata laetemur, vos autem, o noſtri, fratrum veſtrorum, conſortium ac contubernalium, laudibus nec minus, quam nos, laetemini? Non

itaque fieri poteſt, quin cum fauore ac cupide accipiatis, ſi expoſitum fuerit, qui ad hoc certamen litterarium concurſus, quae ſtudia, qui conatus, qui ſucceſſus, quae certaminis fortuna, qui victores, quae eorum virtus ac laus, quaeque praemia fuerint.

Ab *Ordine Theologorum* propoſitum fuerat:

Vt inquireretur ab iis, qui de praemio regio huius anni concertare vellent, in eorum Patrum de peccato originali ſententiam, quorum auctoritas in eccleſia ante Auguſtinum plurimum valuit; addita quidem admonitione, eorum praecipue locorum habendam fore rationem, in quibus Patres Latini a Graecis diſceſſiſſe aliquantum videntur.

"Non defuerunt, quod exoptatum Ordini accidit, qui in difficilem ſatisque implicitam materiam ſeſe immitterent; nec tamen, quod exoptatius accidit, in certamen vllus deſcendit, qui impares coepto, ſi iuſte de ſe ipſo iudicaſſet, ſentire vires ſuas debuiſſet.

"Exhibitae ſunt Commentationes duae: altera verbis Luciani inſignita:

Συγγνωμη, εἰ ἀνθρωπος ὢν ὠρεχθην δοξης.

altera, verbis Chryſoſtomi notata:

Ἐξετασωμεν την ἀκολυθιαν ἁπασαν,
Οὐ γαρ ἀρκει το λεγειν· ὁτι ἐν ταις γραφαις γεγραπται etc. etc.

"In vtraque, praeclaro vtique exemplo, praeſtita ſunt fere omnia, quae requiri non ſolum, ſed exſpectari etiam, et ſperari adeo, poterant. Diligentiam

gentiam auctorum in conquirenda, prudentiam in diſponenda et ordinanda, ſolertiam in tractanda materia eandem vtraque comprobauit. Eruditionis etiam atque ingenii, doctae lectionis, nec recenti tantum vſu in antiquitate chriſtiana verſatae, aequalem ambo laudem meruiſſe videntur; atque ita quidem aequalem, vt incertum in decernendo praemio aliquantum haereret Ordinis iudicium. Accuratiore autem examine inſtituto in commentatione poſteriore loco nominata obniteſcere tamen viſa ſunt non pauca acutius obſeruata et ſolertius inueſtigata, quae in altera deſiderantur; cumque maior etiam orationis cultus accederet, dubitare diutius non licuit, quin iſti *Commentationi, quae verbis Chryſoſtomi notata eſt:*

Ἐξετασωμεν την ἀκολουθιαν ἅπασαν etc. etc.

palma cum *praemio regio* eſſet adiudicanda, addita tamen declaratione, *Commentationem alteram, quam proxime ad praeſtantiam huius acceſſiſſe,* adeoque ex ſententia Ordinis *ſua* etiam *laude quam maxime eſſe ornandam.*"

Praemium quidem tulit

IOANNES HORN, *Verdenſis,*
Seminarii regii philoſogici, ſeminarii regii homiletici, ſocietatisque Gottingenſis priuatae, litteris humanioribus addictae, et Helmſtadienſis teutonicae, Sodalis.

Proximam autem a victore laudem

HENR. DAN. ANDR. SONNE, *Gottingenſis,*
Seminarii Regii philologici Sodalis
(*nunc paedagogii regii Ilſeldenſis Collaborator*).

X 3 "Ad

"Ad concertationem homileticam propoſita erat quaeſtio:

Quam certe exaudiantur preces ad mentem Ieſu Chriſti conceptae.

Von der unfehlbaren Erhörung des Gebetes im Namen Ieſu.

"Oblatae ſunt orationes quatuor, quarum vna et altera, iam publice de ſuggeſtu ſacro habita, quamuis ſua quaeuis laude haud careat, ſuſpenſum tamen tenuit theologorum Ordinem, annon ſatius ſit, praemium homileticum in annum proximum prorogare? Qua quidem dubitatione repreſſa, palmam reportare debere viſus eſt:

Nicolaus Henricus Ruete, *Hamburgenſis, Seminarii concionatorii Sodalis.*

"De reliquorum ſermonum indole et argumento plura differet propediem eiusdem ſeminarii director."

Ab *Ordine Iureconſultorum*

in hunc annum propoſita quaeſtio haec erat:

Succeſſione vniuerſali per pactum promiſſa, an et quatenus promittenti facultas de bonis inter viuos diſponendi adempta ſit?

"Traditae ſunt ad hanc quaeſtionem Ordini ſex commentationes, his inſignitae ſententiis:

I. *Et refellere ſine iracundia, et refelli ſine pertinacia parati ſumus.* Cicero.
II. *Ius ſemper quaerendum eſt aequabile: neque enim aliter eſſet ius.* Cicero.
III. *Promiſſis ſtandum!*
IV. *Vltra poſſe nemo obligatur.*
V. *Iuſtitiae ſoror incorrupta fides.* Horatius.

VI. *In pretio pretium nunc eſt; dat cenſus honores,*
Cenſus amicitias; pauper vbique iacet. Ovid.

"Quibus probe inſpectis nullum Ordini dubium fuit, quin auctor commentationis primo loco nominatae ceteris, qui cum eo in certamen deſcenderant, commilitonibus palmam non dubiam tantum fecerit, ſed iure meritoque ſuo ita reportauerit, vt nullus reliquorum ipſi acceſſerit. Etenim ambitum totius quaeſtionis eiusque vim ac poteſtatem callide perſpexit et perponderauit; inſtituta quoque antiquioris Germaniae aeui, quae ad reſponſionem facere poterant, diligenter congeſſit et veram eorum naturam indagauit; et omnem commentatione dignam materiam apte digeſſit et ſtilo ſatis fluido et puro propoſuit. Huic itaque ingenii, profectuum et in pertractando aliquo legitimae ſcientiae loco, a rerum peritis hucusque fere neglecto, facultatis ſpecimini praeclaro Ordo Iureconſultorum quam lubentiſſime praemium regium adiudicauit.

Inter ceteras commentationes Ordo nullam ceteris vel anteponendam vel multum poſthabendam reputauit; ſed omnibus, vtut defuerint auctoribus vires, tamen voluntatis et diligentiae laudem non denegandam eſſe cenſuit."

Reſignata ſcheda prodiit nomen:

Carolus Wilhelmus Paetz, *Ilfeldenſis*,
nunc *I. V. D. et Aſſeſſ. Ord. ICt. de iure reſpondentium.*

Erat quaeſtio ab *Ordine Medicorum* propoſita:
Quae ſit aëris vitalis, ſiue, quem hodienum vulgo vocant, oxygenii vis, tum in procreandis, tum in ſanandis morbis, non ex ratiociniis hypotheſi

ſuperſtructis, ſed ex genuinis medicorum et chemicorum obſeruationibus atque experimentis eruenda.

"Obtinuit Ordo binas reſponſiones, alteram inſcriptam:

Non tam autores in diſputando, quam rationis momenta quaerenda ſunt.

alteram ſimplici verbo: *Aegrotantibus*,

inſignitam, vtramque, quamuis materiam nequaquam exhaurientem, et ne omnia quidem, quae iam proſtant, in vſus ſuos conuertentem, et Generoſiſſ. e. g. Humboldti egregia conſilia praetervidentem, diligentiae tamen laude et lectionis copia eximiam.

"Altera inſcripta:

Non tam autores in diſputando, quam rationis momenta quaerenda ſunt,

adeo ad propria ſibi tentamina, fauſtum aëris vitalis vſum demonſtrantia prouocat, et caute nonnullos euitat ſcopulos, qui recentioribus quibusdam, chemiae inuenta ad doctrinam de morbis applicaturis, tantum intulere periculum; ſed nimium innititur non fidis ſemper Cl. Beddoes experimentis, neque omnium, quae ſtatuit, aut ex chemia, aut ex arte ſalutari, quemadmodum Ordo deſiderabat, profert argumenta; nullum v. g. pro ea parte, quam aër vitalis in vi vitali eiusque exercitio agit; nullum aut eudiometricum aut aliud, pro ea theſi: regnantibus quibusdam ventis, morbos epidemicos allaturis, aut nimiam, aut iuſto parciorem atmoſphaerae ineſſe aëris vitalis penum; nullum, ex quo oſtendi poſſit beneficus aut malignus atmo-

ſphae-

ſphaerae, aëre vitali aut locupletioris aut iuſto magis orbatae, in ſingulos homines effectus; nullum, ex quo euidenter et indubie pateat, ſanguini inflammato maiorem inhaerere aëris vitalis copiam; nullum, frigidam et hybernam atmoſphaeram largiorem eius portionem continere, eaque ſola dote morbos inflammatorios procreare; nam ne atmoſphaera quidem regionum vliginoſarum ſolo peccat aëris vitalis defectu. Praeteruidit praeterea autor, aërem vitalem non in omnia corporis ſyſtemata tanquam irritamentum agere, acida non ſub quibuscunque conditionibus in ſua dirimi principia, et oxygenium ſuum deponere, et idem oxygenium, multiplici cum aliis in corpore humano contactu et vnione, tantas ſubire poſſe mutationes, vt, quae ipſi alias competunt affinitates, exuat.

"*Altera* ſcriptio his quidem naeuis non omnino caret; verum quae profert, melius dicta et digeſta emunctioris ingenii acumen oſtendunt; quae noua in medium produxit noſtra aetas, non quidem reiicit, ſed religioſe explorat autor, et argumentorum, e. g. quibus Beddoeſii ſententia de plurium morborum origine ex abundantia aut defectu aëris vitalis repetenda nititur, debilitatem enucleat, effectum praeterea aëris vitalis tam pathologice, quam therapeutice, tam dynamice, quam materialiter, monſtrans.

"Quocirca poſteriori huic ſcripto inſignito voce: *Aegrotantibus*,
praemium decreuit Ordo, alteri autem ſupra memorato *alterum* a primo locum."

 Prae-

Praemio ornatus diſceſſit

Ernestus Henricus Guilielmus Münchmeyer,

Hoyaenſis - Hannoueranus,

Societ. Gottingenſium, et phyſicae et humaniorum litterarum, Sodalis ordinarius.

Proxime autem ad primum locum ac laudem *acceſſit*

Georg. Car. Henr. Sander, *Gottingenſis.*

Ordinis Philoſophici

hoc quoque anno alia erat *ordinaria* quaeſtio, alia *extraordinaria.* *Ordinaria* quidem haec:

Etſi magna ſemper fuit diuitiarum potentia, tum quoque, cum opes non niſi frugibus aut pecore cenſerentur, in immenſum tamen excreuit iſta potentia, ex quo inter populos, ad humanitatem excultos, propemodum omnes, conſenſum eſt, vt diuitiis veris, ſigna ſubſtituerentur metalla nobiliora, praecipue aurum et argentum, ita vt haec rerum omnium *pretium eminens*, vt dicunt, fierent:

Inquirant igitur certaturi, et ex ingenii humani diuitiarumque ipſarum natura, atque ex hiſtoria tam antiqua quam recentiore declarent: quam vim habuerit, quosque effectus, tam bonos quam nociuos, morales, politicos atque phyſicos, metallicarum diuitiarum eminens, reſpectu ad alias gentes minus opulentas habito, affluentia: ſiue ſit ſubito, ſiue pedetentim, quibuscunque de cauſſis, exorta.

Excidimus expectatione noſtra, cum in hac Academia, in qua de imperiorum et rerum publicarum naturis et fortunis tam multa traduntur, haud

haud defore credebamus, qui huic quaeſtioni expediendae operam ac ſtudium ſuum impenſuri eſſent; nulla enim commentatio Ordini eſt oblata.

At non defuere ſtudia veſtra alteri *quaeſtioni extra ordinem* propoſitae:

Quaerebatur, quinam fuerint reditus ſeu ordinarii ſeu extraordinarii reipublicae Romanae, partim ante Macedonicum triumphum partim poſt eum triumphum, vsque ad rempublicam in imperium mutatam; inſtituaturque comparatio, quantum fieri poteſt, tum temporum diuerſorum reip. inter ſe, tum noſtrorum temporum, in ſimili terrarum, rerum hominumque conditione ac ſtatu, aeſtimatione probabili facta.

Tres commentationes ad certamen ſunt oblatae: I. inſcripta: *non differendum tirocinium in ſenectutem.* Quintil. In qua non ſine voluptate agnouimus tirocinium ſucceſſu haud infelici collocatum; inquiſiuit auctor praeclara cum induſtria in reip. Romanae adminiſtrationem; deliberauit diligenter de ordine, quo reperta de reditibus exponeret, de tributis haud infeliciter egit, atque etiam in oratione latina tantam ſollicitudinem adhibuit, vt et elegantiam ac concinnitatem aliquam ſectaretur, cum breuitate Taciti aut Salluſtii; cum tamen copias ſermonis nondum ſatis locupletes nec vſum aſſiduum haberet, dura nonnulla et obſcura reddidit. II. Commentatio: *Conamur tenues grandia* auctorem habet, qui et ambitum quaeſtionis et ſingula eius capita ac momenta conſiderate expendiſſe ac, quae ab ea ſeiungenda quaeue admittenda eſſent, per-

perſpexiſſe videtur. Recte ille temporum ordinem ſequitur, tributa et reditus, quo anno primum inſtituti aut primum memorati ſint, diligenter inquiſiuit, vt ex reip. fortuna et ſtatu cauſſae eorum elici poſſent; inde altera parte reditus diuerſorum temporum inter ſe et cum reditibus regnorum noſtrae aetatis, quantum fieri potuit, comparauit. Feſtinantius nonnulla, inprimis in altera parte, prolata ac perſcripta ſunt, quae tamen ſeuerius ſtudium poterit emendare. III. Commentatio cum verbis *non ſplendor, ſed lumen*, cum limites talis ſcriptionis magno plagularum numero excederet et in certaminis leges ſeuere ſancitas peccaret, admitti nequiit. Probamus tamen induſtriam et operam doctam huius commentationis. Quae cum ita eſſent, Ordo philoſophicus communibus ſuffragiis praemium aſſignauit Commentationi altero loco memoratae, cum verbis: *Conamur tenues grandia.* Priorem autem verbis inſignitam: *Non differendum tirocinium, proximo loco* ad priorem *acceſſiſſe* iudicauit.

Chartula reſignata lectum eſt nomen victoris

Io. Andreas Wendel, *Hilperhuſanus,*
Seminarii regii philologici, et ſocietatis priuatae ſtudiis humanioribus addictae, Sodalis.

Laudem autem proximam a victore aſſequutus eſt

Rudolf. Henric. Bernh. Boſſe, *Brunopolitanus.*

Superiore anno a *Philoſophorum Ordine quaeſtio extraordinaria* propoſita erat:

Declarandam eſſe Senatus Romani prudentiam in mittendis legatis Romanis ad exercitus, ad pacis leges dicen-

dicendas, et ad res prouinciarum regnorumque inſpiciendas aut. conſtituendas.

Pronuntiatum tum eſt ex Ordinis ſententia, e duabus commentationibus, quarum altera inſignita erat verbis: *Tentanda via eſt*, altera: *Tu regere imperio*, neutram quaeſtioni ita ſatisfeciſſe, vt praemio ornari poſſet; vtramque habere laudem ſuam in ſingulis partibus; peccare vtramque in notione legationum non ex ſenſu Romano accepta, quae fere cum ea voce conuenit, qua nunc vſi ſunt Gallofranci, vt *Commiſſarii reipublicae* ſint, ad negotia publica peragenda miſſi ſine apparatu et ritibus formulariis curiarum Europae. Placuit praemium diſtribuendum ſeponere in hunc annum, vt vterque ſcriptum ſuum emendaret ac perficeret, vtque de iis iterum exhibitis hoc ipſo die ſollenni iudicium ferretur. Ex athletis alter in ſtadium iterum progredi recuſauit; alter vero cum commentatione, inſcripta: *Tentanda via eſt*, emendatiore in medium prodiit; victoriam itaque ſine puluere obtinuit, eique praemium ab Ordine eſt aſſignatum. Aperta ſchedula nomen auctoris innotuit Io. Conrad. Dümler, *Hilperhuſanus*.

Vtinam et hi, qui praemiis ornati diſceſſerunt, et illi, qui virium ſuarum experimentis factis, quid illae valeant recuſentue, intellexerunt, vtilitatibus iis conſequendis ſtudeant, quarum cauſſa certamina haec inſtituta ſunt: vt erigantur ingenia veſtra, inflammentur ſtudia laudis amore; vt ea, quae ex auditione memoria eſtis complexi, iudicio ſubigere, ſubacta calamo perſcribere, cogitata perſpicue

ſpicue ac diſerte verbis exponere, quid in quaque re inſit, quod momentum ſummum conſtituat, facile perſpicere, et oratione idonea, ſententiarum ordine lucido et verbis propriis, ſeu dicto ſeu ſcripto, in medium proferre adſueſcatis: hoc enim illud eſt, in quo ſtudiorum veſtrorum conſilium ſummum, laus doctrinae academicae praecipua, rerumque veſtrarum et fortunarum cardo in muneribus publicis capeſſendis, verſatur. Quandoquidem enim ſemel ita res ſe habent, vt ex vtilitate ad rempublicam ſtudiorum exiſtimatio pendeat, nullius eruditionis magna eſſe poteſt laus, nulla magna praemia, niſi vtilitas aliqua maior minorue ad rei publicae partem aliquam inde prouentura ſit. At nobis progrediendum nunc eſt ad pronuntiandas quaeſtiones in futurum annum propoſitas: quarum ea, quae

ab ORDINE THEOLOGORVM

propoſita eſt, ita ſe habet:

> *Vt inſigniores conuerſiones, quas theologia moralis ſeculo decimo octauo experta eſt, deſcribantur, et e cauſis ſuis repetantur.*

Praemium autem homileticum in a. futurum decernetur ei, qui optime verba fecerit publice, praeeunte diuo Paullo, 1 Timoth. cap. I. verſ. 4.

> *De vinculo arctiſſimo inter fidem et virtutem intercedente.*
>
> *Von der Unzertrennlichkeit des Glaubens und der Tugend.*

Porro

Porro in annum ſequentem ORDO IVRECONSVLTORVM hanc certamine dignam materiam praebet:

Exponatur nexus inter ſucceſſionem ab inteſtato et querelam inofficioſi teſtamenti; ita quidem, *vt, quatenus ab illa ad hanc argumentum duci poſſit,* definiatur.

Ab ORDINE MEDICORVM poſtulatur:

Accurata et obſeruationibus ac experimentis nixa hiſtoria effectuum caloris et frigoris externi in corpus humanum viuum.

A PHILOSOPHORVM ORDINE

quaeſtio *ordinaria* in annum futurum edita eſt haec:

Vt contexatur hiſtoria doctrinae Graecorum ac Romanorum philoſophorum de ſtatu animarum poſt mortem.

Altera porro loco *iterum* in a cIↄIↄcccII. proponitur quaeſtio, quae anno praeſenti neminem, qui in ea expedienda operam poneret, habuit:

Vt ex ingenii humani, diuitiarumque ipſarum natura, atque ex hiſtoria tam antiqua quam recentiore, declaretur: quam vim habuerit, quosque effectus, tam bonos quam nociuos, morales, politicos atque phyſicos, metallicarum diuitiarum eminens, reſpectu ad alias gentes minus opulentas habito, affluentia: ſiue ſit ſubito, ſiue pedetentim, quibuscunque de cauſſis, exorta.

Cum autem ſit praeter duas has quaeſtiones adhuc *praemium quaeſtioni extraordinariae* conſtituen-

tuendum, placuit Ordini proponere in annu[m] ſequentem ſtudiis veſtris quaeſtionem hanc:

Vt deſcribatur peninſula Arabum geographice e[x] Abulfeda, ita vt Abulfedea deſcriptio commentari[o] perpetuo illuſtretur.

Abulfedae Arabia prelo expreſſa proſtat prim[o] a *Gagnier*, vna cum eiusdem Abulfedae Aegypto; tum in Hudſoni Geographis minoribus Vol. III. Conſultum erit, eos, qui hanc operam ſuſcepturi ſunt, Hartmanni Africam Edriſianam ante oculos poſitam habere; ſubſidia operae ſuae et copias petere poſſunt ex iis, quos recenſuerunt *Büſching* in praefat. *Aſiae* (*Neue Erdbeſchreibung, Theil V. Abtheil. 1.*) et *Meuſel* Bibliotheca hiſtorica, Vol. II. P. I. Cap. XII. comparata quoque Geographia antiqua *Mannerti* Vol. VI. P. I.

His peractis pietas noſtra ad laetum illud euentum rediit, quod ſollennibus noſtris fons et cauſſa erat, dum celebrabatur dies natalis Regis noſtri Indulgentiſſimi, quem Parentis loco colimus, et tanquam auctorem huius ſecuri et tranquilli otii diligimus, quo inter medias bellorum tempeſtates et calamitates, cum inuidenda aliqua felicitate, fruiti ſumus: quo factum eſt, vt inter ea ipſa tempora, quae aliis academiis fuerunt funeſta, Georgia Auguſta laetioribus incrementis efflorefceret. Inciderunt quidem tempora, in quibus de ſumma rerum metus nos inceſſebat, nuntiatis hoſtium minis conſiliisque infeſtiſſimis; procella belli iam terras Hannoueranas oppreſſerat; ne idem belli turbo noſtram Academiam corriperet, metuendum erat:

ecce

e Summorum virorum, quibus res publica curae , prudentia prouiſum eſt, ne ſacra Muſarum vllo tu aut ſtrepitu turbarentur; itaque pacate et nquille ſtudiis et curis noſtris vsque ad hunc m vacauimus: dumque pro tanta felicitate noſtra o O. M. gratam ac piam mentem in perpetuum ndemus, vota ac preces facimus, vt in poſtem quoque huius proſperi rerum noſtrarum curs felicitas nobis ſeruetur. Quod vt fieri poſſit, ce per orbem terrarum reſtituta et Georgii tertii columitate bonaque valetudine; quam reſtitutam tamur, firmata et perpetuata opus eſſe intellimus; facimus itaque pro vtroque bono conſeendo vota ardentiſſime, et piis precibus Regis ptimi, Patris Patriae, ſalutem cum noſtra omnium ute coniunctiſſimam, vt pro parente liberi, flatamus. Vocat et impellit nos ad haec vota faenda ipſe ſenſus gratus pro his bonis, quibus uimur; et pietas noſtra inter ea officia numeranda t, quibus niſi ſatisfaciamus, pro indigniſſimis ntorum bonorum fructu habendi eſſemus. Praeamus autem pietatem noſtram maxime in hoc, ipſi partibus noſtris in hac Academia mandatis ocendo ac diſcendo religioſe ſatisfecerimus. Quae t rite fiant, vtque ex animi ſententia omnia eueiant, ex animo precamur.

P. P. in Georgia Auguſta M. Iunio cIↄIↄccci.

ANTIQVIOR
ARTIVM INTER GRAECOS HISTORI
AD TEMPORA SVA PROBABILITER REVOCATA.

Cum de artium inter Graecos originibus mul dicta ſint a viris doctis, quae id potiu quod ipſi, certis opinionibus imbuti, optarent, vt de claratum dari poſſit, quam quod declaratum ab ipſ eſſet, docerent, cumque ipſe aliquando in Wi ckelmanni artium notitias commentari coepiſſe ita, vt, quae cum hiſtoricis rationibus non la conuenirent, expungerem: Philoſtratearum tabul rum recenſu allectus, iterum ad ea animum appu vt exquirerem ea, quae rationibus hiſtoricis, ce tionibusque, ſaltem probabilibus auctoritatibu iudicioque idoneo, ſubſtructa fidem reperire po ſent. Viſus enim mihi ſum animaduertere no nulla, quae ſatis probabiliter poſſint poni, quib tum accenſere liceat alia minus firmo fundo for nixa, iſtis tamen tanquam furcillis ſuſtentata.

Nec vero mihi animus eſt, refellere ea, qu ab aliis ſunt propoſita, verum ea tantummodo pr ponere, quae mihi, per multorum annorum d curſum ſubinde haec animo reuoluenti, et cu aliis, quae ſe offerrent, comparanti, idoneo iud ſe probare poſſe viſa ſunt.

Pone

Ponetur itaque tanquam prima aliqua aetas

I. *aetas mythica*,

nae, partim antiquam aliquam famam, partim
ulta veterum commenta, poetarum exornationes,
riorum figmenta, complexa, an certae aliquid
ſtoricae fidei ſuperſtructum habeat, dubitare licet.
edeunt pleraque ad nomen Daedali, quod ipſum
ominem artis peritum etymo ſuo declarat; cuius
iam artis opera δαίδαλα appellata ſunt. Quae
idem fama accepta nituntur, ea partim a Creticis,
rtim ab Atticis, partim a Siculorum mythis, pro-
cta eſſe videntur, a poetis pro conſiliis ſuis di-
rſimode confuſa. In Creta ille auctor omnis
tis, et inuentor inſtrumentorum fabrilium, cum
io Talo habitus, vulgare nomen fuiſſe videtur,
i aſſignarentur opera nonnulla antiquiſſima; ſal-
m opus in Iliade memoratum, quod chorum ex-
bebat, quocum comparatur chorus in Achillis
peo effictus. Σ, 590 ſq. Male habet, quod ex
etae verbis non comperimus, quale illud artis
us, qualique materia elaboratum fuerit. Ana-
yphum fuiſſe credas. Daedali tamen opera con-
nti fama traduntur e ligno facta fuiſſe, ξόανα:
uſanias quidem (lib. IX, 40. p. 793.) ſuo ad-
c tempore ſuperſtes eſſe e candido lapide elabo-
um opus illud artis Daedaleae ſibi perſuaſerat;
lgari fama haud dubie ſibi imponi paſſus.
iod ſi haec Iliadis pars a primo Iliadis auctore
ofecta eſt, habemus exemplum artis tam anti-
ae, vt aſſequi nequeas, quomodo illa iam tum
ıta incrementa habere potuerit, aut, ſi habuit,

 quo-

quomodo illa non plura ſui veſtigia relinquere, aut iterum poſt haec ad prima rudimenta relabi potuerit; nam vt opus anaglyphum choreas iuuenum ac puellarum ſcite inter ſe implexas exhibere poſſet, multa alia reperta eſſe debuere, quae ad delineandi et formam ſeu τύπον operis effingendi ſcientiam ſpectant. Verumtamen vel ſic non temere explodi poteſt fama antiqua: quandoquidem iam tum per Aegyptum et Aſiam ars ſtatuaria exercita dudum erat.

Ad certam autem annorum formulam reuocantur ea, quae de Daedalo tradita ſunt, memoratione Ariadnes, quam e Minoe natam et a Theſeo amatam antiquitas celebrauit. Saeculis itaque tredecim ante C. N. Daedali artem iam viguiſſe neceſſe eſt, ſiquidem Athenae a Theſeo conditae ad a. 1234 referuntur. Nihil attinet perſequi ea quae fabuloſe de eo narrantur; eum ſibi popularem vindicarunt Athenienſes, cum ex Erechthidis eum genus duxiſſe profiterentur, vt Metionis eſſet filius, Eupalami nepos, et Erechthei abnepos. Pauſan. VII, 4. p. 531. Speciem ſignorum, ξοάνων, ab eo fabrefactorum eam fuiſſe vt viuere et incedere viderentur, notius nunc eſt quam vt repetere neceſſe ſit. Erant enim ea manibus a lateribus diſiunctis, pedibus greſſum incedentium adumbrantibus et apertis palpebris. Plura per Graeciam, Siciliam et Italiam ſupererant ſigna quae auctorem Daedalum habere credebantur Diod. IV, 78. Pauſan. VII, 4. p. 531. VIII, 46 p. 694. cf. ad Aen. Virgil. VI, 14 ſq. Memora

Paula

Pauſanias ſua aetate extans ſignum Iunonis e piro ſilveſtri, in templo antiquo Iunonis haud longe a Mycenis, quo illud Tirynthe aduectum erat; templum vna cum ſigno poſitum fuerat a Piraſo, Argi filio, qui filiam Callithyiam primam templi ſacerdotem conſtituerat *a*).

Quemadmodum vulgo ad Daedalum auctorem referebatur quicquid vetuſti operis paſſim, ignoto auctore, in templis aliisque locis viſebatur: ita ſculptores antiquiores, quorum tempora certa memorari non poterant, Daedalum magiſtrum habuiſſe ferebantur. Ita plures Daedali diſcipuli celebrati ſunt, interdum qui aliquot ſaeculis poſt eos vixere. Ita Scyllis et Dipoenus, quorum aetas Cyri tempora, et Olymp. L attigit, Daedali diſcipuli a Cleonaeis habiti ſunt, ab aliis eius liberi e Gortynis filia ſuſcepti: Pauſan. II, 15 pr.

 Simili

a) Pauſan. II, 17. τὸ δὲ ἀρχαιότατον ἄγαλμα Ἥρας, (quod praeter aliud Polycleti ſignum in templo erat) πεποίηται μὲν ἐξ ἀχράδος· ἀνετέθη δὲ ἐς Τίρυνθα ὑπὸ Πειράσου τοῦ Ἄργου. Iam ex Argolicarum rerum temporibus apparet, ad a. ante C. N 1642 Piraſum eſſe aſſignandum. Praeter Chronicon Hieronymi Euſebianum et graeca Scaligeri, memorandus locus Clement. Protrept. p. 14. Sylb. Δημήτριος γὰρ ἐν δευτέρῳ τῶν Ἀργολικῶν τοῦ ἐν Τίρυνθι τῆς Ἥρας ξοάνου καὶ τὴν ὕλην ὄγχνην, καὶ τὸν ποιητὴν Ἄργον ἀναγράφει, pro Piraſo, Argi filio. Sedebat dea: quod in ſignis vetuſtae artis mirari licet pluribus occurrere: cum ars eo iam profeciſſet, vt variare corporis ſtatum didiciſſet; cum rudiſſima ſigna non niſi ſtantium habitu poſita eſſent. Sedentis habitu fuiſſe traditur ſignum Minervae Iliacae: Iliad. Z, 302. et Minerva Endoei Athenis, antiquiſſimi operis. Horae ſedentes a Smilide factae in templo Iunonis Olympiae: Pauſan. V, 17 pr. et ſic alia.

Simili loquendi vſu Daedali temporibus vixiſſe dicti ſunt ſculptores, quorum nomina ex aetatibus antiquioribus ad ſequiores peruenerant, cum nihil aliud, quam, aetate antiquiore eos vixiſſe, de iis conſtaret. Praeter Talon, ſororis filium, fraude ab eo ſublatum, quem Pauſaniae libri Calon edunt, Daedali aetate (κατὰ Δαίδαλον) vixiſſe ferebatur *Smilis*, Euclidis filius, Aegineta (Pauſan. VII, 4. p. 531.), cuius tamen fama minus erat vulgata quam Daedali; non enim ille niſi Argiuis et Samiis innotuerat ſignis Iunonis, quae ex ligno quidem, ξόανα, ille feciſſe narrabatur (ibid. p. 532. add. Athenag. Apolog. c. 14. Clement. Protrept. p. 13. Sylb. p. 41. Pott) et ſignis Horarum ſedentium Olympiae in templo Iunonis [ibid. V, 17 pr. p. 418. *b*)]. Alius Daedali diſcipulus fuiſſe traditur, idemque Athenienſis, *Endoeus*, qui magiſtrum in Cretam fugientem ſequutus eſſe fertur, cuius manu elaboratum erat in Parthenone Athenis Minervae ſedentis ſignum (ἄγαλμα) a Callia aliquo dedicatum *c*). Eiusdem manum et artem agnoſce-

b) Debebat enim ſine dubitatione recipi nomen Σμίλις pro Εμιλος, corruptum idem alio modo Σκέλμις in Fragm. Callimachi CV. vbi v. Bentl. de quo iterum monuere Toup. et Valkenaer. Corrupta videntur eſſe nomina ap. Plinium XXXVI, 13. ſ. 19. 3. artificum, qui labyrinthum in inſula Lemno fecerunt, *Zmilum, Rhodum et Theodorum* forte ex Smilide, Rhoeco et Theodoro, his quidem infra memorandis.

c) Pauſan. I, 26. p. 62. καθήμενον Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, ἐπίγραμμα ἔχον, ὡς Καλλίας μὲν ἀναθείη, ποιήσειεν δὲ Ἔνδοιος. Eſt hic idem qui Ἔνδυος ſcribitur ap. Athenag. Apolog. 18. καὶ τὴν καθημένην (ſc. Minervam) Ἔνδυος εἰργάσατο, μαθητὴς Δαιδάλου.

gnoſcebat Pauſanias in alio Minervae ſigno e ligno inſigni magnitudine *d*) Erythris Ioniae.

Antequam vlterius progrediar, mihi nonnulla omnino monenda ſunt. Fama antiquiſſimorum operum, quae quidem Pauſaniae vel innotuerant vel viſa fuerant, aut ab aliis memorata ſunt, ad certa tantum templa antiqua ſpectat, in quibus illa eruata fuerunt, eoque etiam ad certas vrbes. Praeter Cnoſſum Cretae, Amyclas Laconicae, Lindum Rhodi, fuere inprimis Samos et Argos; tum Olympia; vetuſtis operibus celebratae. Templi quidem Iunonis Samiae vtinam ſupereſſet diſertior hiſto-

d) Pauſ. VII, 5. p. 534. ἔστι δὲ ἐν Ἐρυθραῖς καὶ Ἀθηνᾶς πολιάδος ναὸς, καὶ ἄγαλμα ξύλου μεγέθει μέγα. καθήμενόν τε ἐπὶ θρόνου, καὶ ἠλακάτην ἐν ἑκατέρᾳ τῶν χειρῶν ἔχει καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πόλον· τοῦτο Ἐνδοίου τέχνην καὶ ἄλλοις (f. ἄλλως) ἐτεκμαιρόμεθα εἶναι, καὶ ἐς τὴν ἐργασίαν ὁρῶντες ἔνδον (ortum puto ex nomine Ἐνδοίου) τοῦ ἀγάλματος, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐπὶ ταῖς Χάρισί τε καὶ Ὥραις, αἳ πρὶν ἐλθεῖν (f. hic inferendum ἔνδον, intra templum) ἑστήκασιν ἐν ὑπαίθρῳ, λίθου λευκοῦ. qui in capite ſigni erat πόλος, globus eſt; Iunius de gnomone intelligebat: vix Endoei aetate noto. Enimuero emend. πῖλος. Pileata Minerva, qua ſpecie etiam ediderant nonnulli Minervam Iliacam fuiſſe ap. Euſtath. p. 627, 6. alioqui non ſine exemplo eſt πόλος in capite; ſic Veneris II, 10. p. 134. Probabile ſit eiusdem Endoei manum fuiſſe ſignum Minervae Aleae apud Tegeatas ab Auguſto Romam abductum et in foro Auguſti collocatum, ap. Pauſan. VIII, 46. p. 694. τοῦτο μὲν δὴ ἐνταῦθα ἀνάκειται, ἐλέφαντος διὰ παντὸς πεποιημένον, τέχνη δὲ Ἐνδίου. haud dubie Ἐνδοίου· nam et paullo ante ἄγαλμα ἀρχαῖον illud appellauerat; facit tamen mirationem ſignum totum *eburnum* tam priſca aetate!

hiſtoria *e*); in eo enim reconditum fuit plurimum antiqui operis, omnis generis; nam etiam picturae antiquiſſimae in eo templo fuiſſe memorantur. Samos Iones incolas nacta eſt non niſi poſt profectionem Ionum in Aſiam, quae non ante annum CXXX a capta Troia exordia habuit *f*). Itaque nec templum, Iunonis Samiae nec ſigna in eo, ſi quidem a Graecis elaborata fuere, ad antiquiora tempora recte referri poſſunt *g*); vnde etiam apparet, nomen Smilidis eiusque aequalium ad tempora antiquiora perperam reuocari. Poterant tamen vel ſic in templo eo, vt in aliis, opera antiqua rudis artis et ingenii ex antiquioribus temporibus ſeruari; nam ante Iones tenuere inſulam Cares et Leleges; potuit quoque templum vetuſtius ab iis conditum eſſe; diuerſa tamen illa eſſe debuere ab Hellenum conatibus, quandoquidem hos

e) Fuere Menodoti Samii *τὰ κατὰ τὴν Σάμον ἔνδοξα* ab Athenaeo lecta lib. XV. p. 672 A. *de aede Iunonis, quae eſt Sami Dorica, Theodorus* ſcripſit ap. Vitruv. praef. lib. VII.

f) Conditorem Tymbridem, tum Proclem. Strabo XIV. p. 939 B. add. X, p. 702 A. edit; Proclem etiam Pauſanias p. 530.

g) Itaque nec ab Homero Samos memorari potuit. Male ideo ab Argonautis templum Samium extructum et ſignum poſitum eſſe creditum erat: Pauſ. l. c. VII, 4. p. 530. Veriora ſunt ap. Clement. Alex. l. l. *τὸ δὲ ἐν Σάμῳ τῆς Ἥρας ξόανον Σμίλῃ τῷ* (haud dubie leg. *Σμίλιδι*) *Εὐκλείδου πεποιῆσθαι, Ὀλύμπιχος ἐν Σαμιακοῖς ἱστορεῖ*. Sub Procle id factum paullo ante tradiderat p. 40. *καὶ τὸ τῆς Σαμίας Ἥρας, ὥς φησιν Ἀέθλιος, πρότερον μὲν ἦν σανίς, ὕστερον δὲ, ἐπὶ Προκλέους ἄρχοντος, ἀνδριαντοειδὲς ἐγένετο.*

hos ſerius immigraſſe conſtat *h*). Cum ſacra Iunonis Samiae et Argiuae communem religionem et antiquitatem haberent, diſceptatum eſt inter Samios et Argiuos, vtri ab alteris et ſacrum et ſignum Iunonis accepiſſent: qua de re locus copioſus eſt apud Athenaeum (l. c.).

Antiquiſſimorum artis operum memoriam in templis antiquioribus extitiſſe dixi; monſtrari illa ſolebant aduenis, et memorabilia de iis tradi per ſacerdotes aut interpretes, qui hoſpites ad ſingula viſenda circumducerent, *περιηγητὰς* et *ἐξηγητάς*. Ita autem euenit, vt multa iactarentur temere et falſo, atque etiam abſurde, ad vindicandam templis vetuſtatis auctoritatem. Ita Lindii Minervae ſignum colebant in Minervae Lindiae templo, quod a Danao poſitum eſſe tradebant ex Aegypto profugo *i*); Cadmum ei dona conſecraſſe, in quibus lebes erat litteris Phoeniciis inſcriptus *k*); etiam

h) Ex Menodoto Samio narrat Athenaeus l. l. templum *πρότερον ὑπὸ τῶν Λελέγων καὶ Νυμφῶν καθιδρυμένον* fuiſſe. Niſi mythicum aliquid ſubeſt, *Νυμφῶν* nomen corruptum eſſe videtur ex *καὶ Λυδῶν*. Sic Pauſan. VII, 2. p. 525. *Λέλεγες δὲ καὶ τοῦ Καρικοῦ μοῖρα, καὶ Λυδῶν τὸ πολὺ νεμόμενοι τὴν χώραν ἦσαν.* agitur de locis, ad Epheſum.

i) Vid. Diodor. V, 58. et Fragmentum Callimachi a Bentleio reſtitutum ſupra laudatum CV. *καὶ γὰρ Ἀθήνης ἐν Λίνδῳ Δαναὸς λεῖον ἔθηκεν ἕδος.* Emendat ille *κίον' ἔθηκε*. Toup. ad Longin. p. 365. *λᾶαν*. Prorſus commentitia de Minervae Lindiae ſimulacro Conſtantinopoli ſeruato affert Cedrenus Hiſt. Comp. p. 222.

k) Diodor. ibid. Cadmus et Neptuno templum cum ſacris inſtituiſſe narrabatur, et: — *ὁ δὲ οὖν Κάδμος καὶ*

τὴν

etiam Helenam ei ſacraſſe calicem ex electro: *adiicit hiſtoria mammae ſuae menſura:* Plin. XXXIII, ſ. 23. Monſtrabantur paſſim in templis arma et ſpolia eorum, qui ad Troiam occubuerant. Delphis ex oraculo ferebatur conſecratum monile Eriphyles, et monile Helenae: v. Athenaeus VII, p. 232. E. F. vbi et reſponſa dei appoſita ſunt ex lib XXX. hiſtoriarum Ephori ſeu eius filii Demophili. In Lernae luco Veneris ſignum e marmore dedicatum narrabant a Danaidibus: Pauſ. II, 37 pr. p. 198. Pataris crater a Telepho donatus et Vulcani opus. Pauſan IX. p. 41 pr. et ſic multa.

Nihil ex his ad certam fidem hiſtoricam, multo minus ad temporum calculos referri poſſe, manifeſtum fit; itaque *temporis mythici* haec narrata eſſe dixi. Succeſſere tempora *belli Troiani*, et aliquot aetatibus poſthaec *tempora Homerica.* Nec magis hic habemus, cui ſatis fidere poſſimus. Primo ſuſpicari licet, in iis, quae narrata et ad delectandum et ornandum a poeta adiecta ſunt, eſſe, quae Homerus ex ſuis temporibus, moribus et profectibus, in Troiana tempora traduxerit; incerta porro eſt aetas carminum, et ipſius poetae. Interea pro certo ac liquido haberi poteſt hoc, eo tempore, quo haec carmina condita ſunt, extitiſſe alicubi artium opera haud omnino inſcita; alioqui poeta ſimilia memorare nequiſſet, quae Vulcani arti ille tribuit. Multa ſunt, quae, etſi in carmine haud

τὴν Λινδίαν Ἀθηνᾶν ἐτίμησεν ἀναθήμασιν, ἐν οἷς ἦν χαλκοῦς λέβης ἀξιόλογος, κατεσκευασμένος εἰς τὸν ἀρχαῖον ῥυθμόν. οὗτος δὲ εἶχεν ἐπιγραφὴν Φοινικοῖς γράμμασιν —

haud memorata, iam tum tamen inuenta et frequentata eſſe debuere, vt metallorum fundendorum, formarum caelandarum, auri ducendi in lamellas, et in texendis veſtibus, et ſic alia. Si texi potuit veſtis, cuiusmodi ea memoratur, quam Helena texuit Iliad. III, 126. multis intextis pugnis Troianorum et Achiuorum: multa iam tum nota et frequentata eſſe debuere, quae a delineandi, colores miſcendi, temperandi, et variandi, arte proficiſcuntur. A Phrygibus et Troianis ea opera tractata fuiſſe apparet; an et a Graecis, pronuntiare haud auſim. Argis et Mycenis Atridarum aetate res florentes fuiſſe, ex Homero colligimus; nec vero obliuiſcendum eſt, omnem fere vitae cultum defloruiſſe poſt reditum a Troia, inter regnorum viciſſitudines, rerum conuerſiones, omnisque Peloponneſi euerſiones ac direptiones per Heraclidarum et Dorum in eas terras incurſationes; proceſſum eſt ad migrationes Aeolum, Ionum, tandemque et Dorum in Aſiam et inſulas; ita per duo et quod excurrit ſaecula, res Graeciae fuere valde afflictae et attritae, donec coloniae in inſulas et Aſiam profectae opes nouas acquirerent. Quae de Dibutadis Sicyonii figuli filia narrantur, Corinthi amore iuuenis adducta, vt eius vmbram in pariete circumſcriberet, pro commento ingenioſo habere, ſaltem in medio relinquere praeſtat. Nunc itaque ſucceſſit,

II. *aetas regum Lydiae*, inde a *Candaule* et *Gyge*, Ol. XI, a. C. 736.

per haec enim tempora frequentiora hominum rerumque commercia, opes, copias, vitaeque elegantiam

gantiam et luxum ſucceſſiſſe, multis argumentis intelligitur; coepit quoque pecunia ſignari partim a Lydis, partim Argis ex inuento Phidonis, quod ad a. 869, hoc eſt ad medium ſaeculum nonum ante C. N. referri poteſt; etſi nec hoc de ſubtiliore aliqua arte acceperim; inuentum eſt, ſigno certo impreſſo declarare pondus et valorem metalli; nec conſtat, quale metalli genus primum ſignari coeperit. Ingenia Lydorum, tum et vicinarum gentium, in his Ionum, excitata et artium ſtudia frequentata fuere maxime per auri partim in fluuiis partim in metallifodinis repertam copiam. Ita nunc auri fundendi et ex auro vaſa, lebetes, ornamenta, tandem et ſtatuas conflandi ars et vſus increbuit. Nunc narrata legimus multa de donis ex auro in templis conſecratis, de quibus et ab aliis multa dicta ſunt, et a me nouo conſilio nuper diſputatum eſt in Commentatione *de repentina auri argentique affluentia populis funeſta.* Nunc etiam ad certa tempora reuocari poſſunt ea, quae narrata legimus.

Et primo quidem, ante vllam aliam fingendi ſculpendique rudimentorum mentionem factam, pingendi non prima initia, ſed facti iam progreſſus, memorantur: nam *Bularchi tabulam, in qua erat Magnetum praelium, a Candaule rege Lydiae Heraclidarum nouiſſimo repenſam eſſe auro, in confeſſo eſſe* ait Plinius XXXV, ſ. 34. cf. VII, ſ. 39. *l*).

Can-

l) Magnetum praelium hoc quo tempore factum ſit, traditum non eſt; bella tamen eorum, ex quo, e Theſſalia ad Peneum (v. Iliad. B, 756. et ad e. l. Obſſ.

Candaulem Myrſilum vita priuauit Gyges Olymp. XV, 2. ante C. N. 719. Mirum vtique eſt, memorari repente artis opus tam praeclarum habitum, vt auro rependeretur: cum ex ſuperioribus aetatibus nulla picturae memoratio extet. Atqui nos non niſi fragmenta hiſtoriarum habere, innumeris aliis exemplis edocti tenemus. Ad ſuperiora ergo tempora referenda erunt ea, quae, poſt iſta narrata, ſubiicit Plinius ex antiquioribus exſcripta, de picturae elementis ac primordiis, appoſitis quoque nominibus eorum, qui inuenta excoluere, obſcuris ceteroquin et ignotis, Hygiemonis, Diniae, Charmadae, Eumari Athenienſis et Cimonis Cleonaei: duo poſtremos ſaltem in Graecia ipſa vixiſſe, patria eorum memorata fidem facit; nam potuit ars in Ionia et inſulis excoli, nec tamen in Graecia ipſa frequentari. Omnino certi aliquid de picturae aut alterius artis origine primisque incrementis, rerum naturae etſi maxime conſentaneis, pronuntiare haud licet; etſi d'Hancarville multa de his tam ſubtiliter ex vaſis antiquis pictis pro conſilio ſuo arreptis diſputauit, vt ingenioſe multa oſtendiſſe, fide idonea vix aliquid probaſſe videri debeat.

A *Gyge*

Obſſ. Strabo IX. p. 674. XIV. p. 958. Conon Narrat. 29. Anton. Lib. 23 pr. Schol. Apoll. I. 584.) aduenae loca Aſiae inſederant, memorantur plura cum Lydis; his Magneſia fuit oppugnata et capta, ſerius tamen, ſemel ſub Gyge, tum ſub Ardye: vnde et Sevinus dubitationem mouebat de omni narratione de pictura Bularchi (*Memoir. de l'Acad. des Inſcript.* Tom. V. p. 253.), verum, vt diximus, bella fuere fere continua. Extincti Magnetes a Treribus, gente Cimbrica, incurſatione Aſiae funeſta: v. Strab. XIV. p. 958. (647.) add. Diog. Laert. I, 117.

A *Gyge* memorantur multa munera Delphos miſſa, ex argento et auro, in his crateres ſex aurei ingentes: addit Herodotus I, 14. primum eum talem honorem oraculo habuiſſe, niſi quod iam ante eum *Midas*, Gordii filius, Phrygiae rex, regium thronum et ipſe Delphis conſecrauerat. Memoratur hic in Chronico Euſebiano ad Ol. X. 4. Gygi autem Ol. XXV. a. C. 680. ſucceſſit Ardyes II., huic Ol. XXXVII, 2. Sadyattes, et Ol. XL, 2. a. C. 619. *Alyattes II.*, huic Ol. LIV, 3. a. C. 562. *Croeſus*, isque a Cyro victus et captus a. C. 548. Ol. LVIII, 1. Conſtituunt autem donaria Delphos miſſa ibique recondita epocham memorabilem et opum et operum artis antea Graecis ignotorum. Auri argentique magna apud Graecos erat penuria, vt fere dicere poſſis, non niſi memoriam horum metallorum ex Homericis verſibus animis Graecorum obuerſatam eſſe; nec illi niſi aeris vſum norant. Ipſe Pythius Apollo ante Gygis liberalitatem donaria ex aere numerabat, ne in his quidem ſtatuas, ſed lebetes et tripodes ex aere. Poſt Gygen Croeſus ex auro et argento dona miſerat; ſerius (circa Olymp. LXXIV. V.) Gelo et Hiero e Sicilia: ille quidem tripodem et Victoriam ex auro, quo tempore Xerxes Graeciam inuaſit: haec ex Phania Ereſio et Theopompo Philippicorum libro XL. memorat Athenaeus VI. p. 231. E. F. vbi memorantur praeterea haec: "Lacedaemonios, cum *Apollinis Amyclaei faciem* inaurare vellent, nec aurum in Graecia reperirent, ex oraculi reſponſo ad Croeſum miſiſſe ad illud mercandum." Narrat haec Herodotus I, 69. alio modo:

cum

cum mercari vellent a Croeſo ii, qui Sardes miſſi fuerant, eos pro dono illud accepiſſe; et addit voluiſſe eos hoc auro vti ad Apollinis ſignum in Thornace: qui mons eſt haud longe a Sparta *m*). Expedit rem Pauſanias III, 10 extr. vbi in Thornace Apollinis Pythaei (Πυθαέως) ſignum viſi ait, eadem figura, qua Apollo Amyclis eſt; hunc tamen multo clariorem eſſe Lacedaemoniis, itaque aurum omne, quod Apollini Pythaeo dono miſerat Croeſus, ad Apollinis Amyclaei ornatum translatum eſſe. Durauit haec in Graecia metalli pretioſioris penuria vsque ad templi Delphici per Phocenſes direptionem (de quibus vid. Commentatio memorata).

Ceterum intra memoratos hos ducentos fere annos exercuere ſe ingenia Graecorum, etſi lentis admodum et ſparſis intermiſſisque profectibus; ita vt mirum in modum fallantur, qui Graecorum ingenia vno momento repente propullulaſſe et efflоruiſſe pronuntient. Rarae ſunt per iſta quoque tempora artificum operumque memoriae.

Incidit in haec tempora dynaſtia Cypſelidarum Corinthi; exornatio templi Iovis Olympii in Elide; et veſtigia nonnulla artium in Peloponneſo et Graecia reliqua. Nobiliſſima eſt arca Cypſeli ex cedro, cum anaglyphis ex auro et ebore elaboratis; in quorum enarratione ante hos XXX et quod excurrit annos rudimenta huius generis ſcriptio-

m) Χρυσὸν ὠνέοντο, ἐς ἄγαλμα βουλόμενοι χρήσασθαι τοῦτο τὸ νῦν τῆς Λακωνικῆς ἐν Θόρνακι ἵδρυται Ἀπόλλωνος.

ſcriptionis poſui. Fuit illa repoſita Olympiae a Cypſelidis, adeoque ante Olymp. XLI, 1. a. C. 584. nam eo anno eorum tyrannis, ſeu dynaſtia, fuit ſublata; quo autem tempore illa ſculpta fuerit, conſtitui nequit; nam Cypſeli tyrannis initia habuit Ol. XXX, 3. ante C. N. 658., ille autem *is* erat, qui in arca infans ſeruatus erat; ſi eadem ipſa arca Olympiae conſecrata eſt, in qua ille latuerat, multo antiquioris artis opus illud fuiſſe neceſſe eſt. Inſcripta erant carmina Eumeli, poetae, qui iam ante Meſſeniacum bellum, h. e. ante Ol. IX, 2. ante C. N. 742. vixerat; verum verſus ex eius carminibus exſcripti ad arcam transferri potuere.

Ex iis, quae de *Demarato* narrantur, *Tarquinii Priſci Romani regis patre, fugiente Corintho iniurias Cypſeli tyranni* (Plin. XXXV, 5.), et *de comitatis eum in Etruriam fictoribus Euchire et Eugrammo, traditaque ab iis Italiae plaſtice* (lib. XXXV, ſ. 44.): aliud tenemus argumentum artis jam tum Corinthi excultae, ſimulque fidem narratae vetuſtioris vſus plaſtices per Etruriam: vnde probabilis antiquitas vaſorum pictorum vindicari poſſit; nec multo ſeriora ſunt veſtigia plaſtices per colonias Graecorum in Italiam inferiorem et Siciliam illatae: quae inter Olymp. XL. et L. ad magnas opes et copias progreſſae erant, inprimis Sybaris, Croton, Tarentum, Locri; floruere Cumae, Neapolis, Metapontum, Rhegium; in Sicilia Syracuſae. Hybla, Catana, Meſſana. Intulerant coloni e Graecia antiqua mythos antiquiores, ex iisdem ſuo ingenio

et

t more argumenta operum artis conſtituerant, uctis et aſſumtis aliis a barbaris, quorum fines pſi incolebant vel attingebant; floruit inprimis plaſtice in fictilibus; eoque illatae ſunt fabulae liunde non notae, et notarum fabularum tractan- larum ratio et mos diuerſus a Graeciae, vnde xierant, exemplis.

Referendus ad haec tempora eſt *Ariſtocles* Cydonia Cretae oriundus, cuius Hercules cum Amazone equo inſidente pugnans de balteo Olym- iiae fuit repoſitus ab Evagora Zanclaeo; ex no- nine hoc operi inſcripto Pauſanias V, 25. p. 445. rgumentatur, repoſitum eſſe ante Ol. XXIX, 1. nte C. N. 664, quo tempore Zancles nomen mu- atum in Meſſanam abiit: cf. eund. IV, 23. p. 337. pium itaque ſignum in antiquiſſimorum numero ſſe habendum patet; ex aere, vt exiſtimare licet, iam ſi nullam materiam memorat Pauſanias, aes :re animo habere ſolet.

Glaucus primus ferri inter ſe glutinum excogitauit iunxit: in Hieronymi Chronico Euſebiano legi- ır ad Ol XXI, 3. ante C. N. 694. ſecundum 'allarſ. et Ol. XXV, 4. ante C. N. 677. ſecundum calig. Eſt hic *Glaucus Chius.* Narrat Herodot. I, 25. lyatten II. miſiſſe Delphos magnum craterem ar- enteum, cum baſi e ferro ferruminato, cui impo- tus erat *n*), ſummae mirationis: nam antea la- minas

n) Ὑποκρατηρίδιον σιδήρεον κολλητὸν, θέης ἄξιον. baſis fuit, ſeu crepido (*ſouscoupe*, *Geſtell zum Einſetzen, oder Drauſſetzen*). Supererat haec baſis adhuc Pau- ſaniae

minas non iungere norant niſi clauis aut fibulis. Alyattes II. regnum tenuit ab Olymp. XL, 2 ad LIV, 2. (ante C. N. 619 - 563.) et Croeſum ſucceſſorem habuit. Si itaque Glauci tempora recte in Chronico tradita ſunt, longe antiquioris operis baſis illa ferruminata eſſe debuit.

Sub Alyatte II. et Aſtyage Medorum rege vixit *Byzes*, Naxius, cuius ſtatuae extabant in inſula Naxo, cum titulo, quo ille edebatur inventor tegularum e marmore caeſarum; quibus templum Iovis Olympiae erat tectum. v. Pauſan. V, 10. p. 398. Epigramma legitur quoque in Analectis Tom. III. p. 193. CCVII.

Olympiae viderat Pauſanias VI, 15. p. 490 in Alti *Eutelidae* Spartiatae ſtatuam admodum vetuſtam, inciſis litteris vetuſtate iam paene abolitis: abſtulerat ille duas victorias, alteram luctae, alteram pentathli, inter pueros, Ol. XXXVIII.

De *Dipoeno* et *Scyllide* vtar verbis Plinii XXXIV. ſ. 4. *marmore ſcalpendo primi omnium inclaruerunt* Dipoenus *et* Scyllis, *geniti in Creta inſula etiamnum Medis imperantibus, priusque quam Cyrus in Perſis regnare inciperet, hoc eſt, Olympiade circiter L.* (Imperii Cyri in Perſas initia Ol LV, 1 a. C. 559. aſſignantur). *Ii Sicyonem ſe contulere*. Opera eorum viſebantur Argis, Cleonis, Ambraciae. Inter alia Argis erant Dioſcuri cum vxoribus

ſaniae aetate, qui eam deſcribit lib. X. 16 pr. forma erat turri ſimilis in faſtigium obtuſum ſurgentis, latera cincta transuerſis e ferro cingulis, et ſumma labia extrorſum reſupinata: ad excipiendum craterem

us et liberis: Caſtor quidem cum Hilaira, et filio
naxi, et Pollux cum Phoebe et Mnaſino: ſigna
x ebeno facta; equi partim ex ebeno et ebore:
lia opera ex marmore: Pauſan. II, 22. p. 161.
Ieminit iſta quoque Clemens Protrept. p. 14 Sylb.
ddit Herculem Tirynthe, at ille fuit Sicyone;
rror eſt in eo, quod Hercules epitheton a Ti-
ynthe habet, Tirynthius dictus. Memorantur
orum diſcipuli *Doryclidas*, *Dontas*, *Tectaeus*, *An-
lio:* de quibus infra melius erit dicendum.

Pergit Plinius l. l. *Quum ii eſſent, iam fuerant
Chio inſula* Malas *ſculptor, dein filius eius* Miccia-
es, *ac deinde nepos* Anthermus *Chius: cuius filii
*upalus *et* Anthermus *clariſſimi in ea ſcientia fuere,
Hipponactis poetae aetate, quem certum eſt, LX Olym-
iade fuiſſe:* de his quidem ad ſequentem aetatem
icendum erit. Pergit Plinius: *quod ſi quis horum
imiliam ad proauum vsque retro agat, inueniet, arti
us originem cum Olympiadum origine coepiſſe.* Non
imis curioſe haec a Plinio pronuntiata exigenda
int. Ab Olympiadum origine vsque ad Ol. LX.
re anni 236 elapſi erant: ſpatium non quatuor,
d octo aetatum (γενεῶν). Verum *proauum* pu-
ndus eſt dixiſſe de ſtirpis primo auctore. Sub-
it idem mox haec: *non omittendum, hanc artem*
marmora ſculpendi) *tanto vetuſtiorem fuiſſe quam
icturam aut ſtatuariam, quarum vtraque cum Phidia
epit LXXXIII. Olympiade, poſt annos circiter*
CCXXXII. recte, ſi Olympiadem primam ad
annum ante C. N. 780 (quam melius 776 fixi-
mus) referimus et inde ad annum 448 computum

facimus. Ceterum horum ſculptorum opera per Chium, Iaſum Cariae, Smyrnam, Delum inſulam vulgata erant *o*).

Iacta nunc erant primordia fingendi, pin gendi ſculpendique artium: reſtabat vt vſu et ex perientia excolerentur. Matura facta ſunt incre menta eius artis, in qua Graeci inprimis excel luere, fundendi aeris. In hac occurrunt primi loco nomina *Rhoeci*, (Philae, aliis Philaei, is era filius,) et *Theodori*, Teleclis f. Samiorum: Pau ſan. VIII, 14. p. 629. IX, 41 pr. p. 796. X, 38 p. 896. *primi illi aes conflare et ſigna fundere docu runt:* quod Pauſanias tam confidenter narrat, v pro explorato id accepiſſe videri debeat. *Theodo rus* etiam *gemmas ſcalpere*, vt mox videbimus porro *aes fundere* et ex eo *ſigna fingere* calluiſſe tra ditur: ibid. III, 12. p. 237. *inueniſſe* eum *libellam et tornum* et *clauem*, a Plinio proditur inter inuen torum auctores lib. VII, ſ 57. et primos omnium *plaſticen inueniſſe* in Samo *Rhoecum* et *Theodorum* idem memorat lib. XXXV, ſ. 43. Omnis haec d rerum inuentoribus doctrina parum fidei apud m habet

o) Vid. Plin. l. c. Smyrnae ſaltem Tychen viſam me morat Pauſan. IV, 30. ſed a Bupalo factam, cu globo in capite et cornu copiae in manu; in templ Nemeſeon Charites ex auro factas, Pergami easde in Attali thalamo et in Pythio: IX, 35 extr. p. 781. Anthermo patri Victoriae alatae inuentum aſſign Schol. Ariſtoph. Ao. 575 in loco corrupto: Ἀρχέ νους γάρ φησι, καὶ τὸν Βουπάλου καὶ Ἀθήνιδος πα τέρα, οἱ δὲ Ἀγλαοφῶντα τὸν Θάσιον ζωγράφο πτηνὴν ἐργάσασθαι τὴν Νίκην, ὡς οἱ περὶ Καρύστιο τὸν Περγαμηνόν φασιν. legendum puto: Ἄνθερμο γάρ φασι τὸν Βουπάλου καὶ Ἀνθέρμου πατέρα etc.

abet; teſtatur tamen talis fama celebritatis vetuſta-
em. Addit Plinius: *multo ante Bacchiadas Corintho*
uiſos: Cypſelo nimirum tyrannidem occupante
Olymp. XXX, 3. ante C. N. 658. Hic vero in
graues difficultates implicamur, easque vix ita ſol-
uendas, vt omnis dubitatio tollatur. Idem enim
Theodorus, qui cum Rhoeco memoratur, vulgo in
Polycratis tempora demittitur, qui Olymp. LXIV, 3.
C. 522 anno ante Cambyſis mortem interfectus eſt.
Hoc tamen falſo creditum eſſe facile aſſequare, cum
ex eo, quod Polycrates Samiorum tyrannus ſma-
ragdum a Theodoro Teleclis filio ſcalptum digito
geſtauit (Herodot. III, 41. add. Pauſan. VIII, 14.
p. 629), non ſequatur, Theodorum eodem quo-
que tempore vixiſſe. Nec magis quicquam certi
colligas ex eo, quod inter Croeſi dona Delphos
miſſa craterem ingentem argenteum memorat He-
rodotus I, 51. pro opere Theodori Samii habitum,
et iure quidem, vt ipſe cenſet; Croeſi quidem
regnum inter Ol. LIV, 3. et LVIII, 1. finitur.

Iam ita ſe habet res, vt tot ingentia vaſa et le-
betes, qui inter Croeſi donaria ex *auro* et *argento*
memorantur, artem fundendi iam tum, ſi non
perfectam, aliquantum tamen progreſſam, arguere
fateamur. Sed et antiquiora ſunt exempla artis
fundendi *ex aere*, in his vas ingens, Argolicum
craterem referens ex aere, gryphum capitibus cir-
cumcirca prominentibus, et tribus coloſſis ex aere
ſeptenum cubitorum in genu nixis illud ſuſtinen-
tibus; erat illud conſecratum a Samiis in templo
Iunonis ex decimis quaeſtus, quem nauis Samia
fecerat, quae in inſulam Africae tendens vento de-

 lata

lata fuerat per fretum ad Tarteſſum: Herodot. IV, 152. euenerat hoc Ol. XXXVII. Ceterum *Rhoecus* ab Herodoto traditur primus architectus fuiſſe maximi, quod vnquam viderat, Samiorum templi *p*): fuit id haud dubie Iunonis Samiae, ſummae illud vetuſtatis: nam a Lelegibus quidem et Lydis iam conditum fuiſſe ferebatur; verum in eius locum Iones ſerius ingens templum exſtruxere, cuius architectus Rhoecus fuiſſe narratur, quod hac fere aetate, in qua nunc verſamur, eueniſſe neceſſe eſt; erat illud ordinis Dorici, incredibili donariorum copia plenum, eoque artis antiquae opera praeſtantiſſima continebat. A Perſis illud incenſum eſſe Pauſanias narrat VII, 5. p. 553. Chron. Euſeb. ad MCC. quod Darii Hyſtaſpis tempore factum exiſtimo, Syloſonte in tyrannidem reſtituto. conf. Herodot. III, 146, 9. quod ad Ol. LXVI, 4. ante C. N. 513. refertur. Multa tamen ex incendio ſeruata eſſe videntur: nam etiam poſt haec tempora antiquis donariis abundauit hoc templum adhuc Strabonis aetate, inprimis nobiliſſima in eo erat pinacotheca: XIV, p. 944. B. (637.) inter alias tabulas in ea memoratur illa obſceni, ſed phyſiologici, argumenti, quam Chryſippus interpretatus erat, ap. Origenem in Celſum lib. IV, p. 202. ed. Höſchel. Diog. Laert. VII, 187. etiam tabula ab Androcle architecto repoſita, qua pons Boſporo impoſitus cum copiis Darii traiicientibus effictus erat: ap. Herodot. IV, 88. et venatio a

Cara

p) Herod. III, 60. τρίτον δὲ σφίσι ἐξέργασται νηὸς μέγιστος πάντων νηῶν, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. τοῦ ἀρχιτέκτων πρῶτος ἐγένετο Ῥοῖκος Φίλεω ἐπιχώριος.

Cara Baſtae f. Samio dedicata cum epigrammate ap. Heſych. in Βάστα Κάρας, de quo cf. Roen. ad Gregor. p. 51. 52. Expilatum hoc fanum eſt a piratis (Plutarch. in Pompejo p. 631. C.) et a Verre (Cic. in Verr. I, 19.). Erat cum hoc Iunonis templo aliud Sami antiquiſſimum Apollinis Pythaei (Πυθαέως), ſeu Pythii, vt eſt ap Pauſan. II, 31. p. 185. in hoc ſignum erat Apollinis, quod Aegyptiorum fere more ita fabrefactum ferebatur *a Telecle et Theodoro, Rhoeci filiis* vt dimidia pars Sami, altera Epheſi elaborata eſſet. Narrat haec Diodorus I, 98. ex fama vulgi, vt apparet, non accurate ſatis conſtituta.

Theodori opera ex aere Pauſanias X, 38. p. 896. repererat nulla quae ſupereſſent, verum Epheſi in Dianae templo *Rhoeci* erat opus feminae ſimulacrum, quam Noctem edebant. Sciadem, quod Spartae erat aedificium publicum, quo concio conueniebat, Theodori Samii opus eſſe aiebant: lib. III, 12. p. 237. Perhibetur idem fuiſſe auctor conſilii, in condendo templo Epheſino, quo, cum ſolum eſſet paluſtre, exſiccatum et firmatum illud eſt crate carbonum et pellibus ouillis ſubſtratis; (Diogenes Laert. II, in Ariſtippo extr. Heſych. de Viris illuſtr. h. v.). Intelligenda haec ſunt de templo a Cherſiphrone architecto exſtructo: de quo Strabo XIV, p. 949. A. (640. C.) quod Heroſtrateo incendio conflagrauit.

Poſcunt tempora, vt de throno Apollinis Amyclaei memorem *q*), qui inter antiquiſſima artis opera

q) Pauſan. III, 18. Egi de eo accuratius in *Antiquariſchen Abhandlungen*, Lipſiae 1778 excuſis, libello tam

opera habitus eſt, e marmore, opere anaglypho vario et multas in areas diſtributo; in cuius medio repoſitum erat ſignum Apollinis, hoc quidem etiam vetuſtius et ex aere. Sed thronus a *Bathycle* elaboratus erat, vna cum Gratiarum ſignis et Dianae Leucophrynes; Pauſanias tamen non habebat dicere, quem magiſtrum ille habuerit, ideoque nec quo tempore vixerit. Probabile tamen ſit, ad hanc aetatem eum referendum eſſe: fuit ille e Magnetibus; et Dianam Leucophrynen Amyclis dedicauerat, Magneſiae ad Maeandrum numen tutelare. Idem primus Dioſcuros equis inſidentes effinxiſſe narratur.

Indolem operis ſimilem habet, et aetatem prodere videtur haud multo inferiorem, opus anaglyphum ex aere tamen in Chalcioeco, Mineruae templo, Lacedaemone ap. Pauſan. III, 17. p. 250. 251. auctore *Gitiada*, expreſſis mythis pluribus inter ſe diuerſis vno in opere.

III. *Artium incrementa. Samiorum opes. Piſiſtrati, Solonis, Piſiſtratidarum tempora. Eiectis Piſiſtratidis liberae Athenae.*

Sunt haec fere Croeſi, Cyri et Cambyſis tempora, vnde ab Olymp. LIV, 3. ante C. N. 562 vsque ad Ol. LXVII, 3. ante C. N. 510. cum leges a Solone latae Ol. XLVI, 3. ante C. N. 594 iam animos Athenienſium ad aequalitatem iuris et libertatem erexiſſent; at anno Olymp. LXVII. 3. ante

tam foedis operarum ſphalmatibus dehoneſtato, vt eum inſpicere pigeat.

ante C. N. 510 Piſiſtratidis eiectis libertate parta opes Athenarum auctae; incenſae Sardes per Athenienſes, claſſe ad auxiliandum Ionibus miſſa, Ol. LXIX, 2. ante C. N. 502. Mota inde Perſarum in eos arma. Pugna Marathonia: LXXII, 3. ante C. N. 490. Pugna Salaminia LXXV 1. ante C. N. 480. Interea ingenia Lyricorum prouentu felici effloruerunt ex magna parte in inſulis Aſiae; Athenis ac per Siciliam comoedia cum tragoedia laudem ſummam obtinuit. Praefixi nomen Athenarum huic aetati, non, quaſi exempla multa ſeu operum ſeu artificum ex ea vrbe excitare poſſim; nondum enim ad talem ſeu artium ſeu litterarum laudem peruenerant Athenienſes; verum, quia per haec tempora, inſigniore ingeniorum cultu, inprimis per Piſiſtratidas, tum libertate parta, via patefacta eſt ad eos in artibus profectus, quos ſequens aetas vidit, in vrbe a Perſis deleta iterum inſtauranda. Alioqui ad artium incrementa plurimum profuiſſe video Samiorum opes, per nauigationem inſigni modo auctas, ingeniis ad magna opera publica exſequenda conuerſis: quorum tria admiratione digna narrat Herodotus lib. III, 60, montis perfoſſi ad aquam per canalem ad vrbem ducendam; aggeris circa portum in mare educti, et templi ampliſſimi. Nec Polycratis ingenium a litteris et artibus fuit auerſum. Per hos annos LXXXII cum marmoris ſculptura, aeris fundendi ars inprimis frequentari et excoli coepit, et primo quidem in vaſis fundendis, tum et in ſignis. Praeter magna enim illa vaſa aurea et argentea inde a Gyge, et nunc a Croeſo maxime Delphos et ad

alia templa miſſa memorantur quoque alia ex aere et cum his ſigna aerea. Faſtidium facit in Pauſaniae locis de Olympia, Delphis, et aliis templis antiquioribus vaſorum, lebetum, tripodum ex aere enumeratio: itaque Theopompus ap. Athen: VI. p. 231. F. recte aiebat, iterante eadem Phania p 232. C. templum Pythicum antiquitus repletum fuiſſe donariis ex aere, non tamen ſtatuis, ſed lebetibus et tripodibus ex aere; quorum dedicationem in haec tempora incidiſſe videas; isque vſus locum quoque fecit narrationi de tripode ſeptem Sapientum.

His temporibus vixiſſe neceſſe eſt artifices, qui ex *Dipoeni* et *Scyllidis ſchola* prodiiſſe memorantur, ſupra iam nominati: *Learchus*, Rheginus, cuius opus habitum ſignum Iovis ex aere, ſed laminis coagmentatum et clauis fixum, in chalcioeco Spartae vetuſtiſſimum: Pauſan. III, 17. p. 251. *Dorycliaas*, Laco, cuius Themis in Iunonis templo Olympiae ſupererat Pauſaniae aetate: lib. V, 17. p. 419. eius frater *Medon* eodem magiſtro vſus, Minervam armatam eodem in templo fecerat: ibid. p 419. *Dontas*, cuius opera erant Olympiae in theſauro Megarenſium, ſigna ex cedro et auro facta: Hercules, adſtante Minerva, et Achelous, adſtante Marte; Iupiter et Deianira; aedes ipſa vetuſtiſſima eſſe ferebatur e manubiis condita temporibus Phorbantis Archontis Athenienſium (inter a. ante C. N. 954 - 923.) Pauſan. VI, 19. p. 500. Etiam *Theocles*, Hegyli f., Laco, in diſcipulis Dipoeni et Scyllidis numeratus, cuius Heſperides Olympiae erant

ſtant in Iunonis aede ex aere et auro; et in Theſauro Epidauriorum Atlas caelum ſuſtinens, Hercules et arbor Heſperidum innexo dracone: e cedro; male disiuncta opera: lib. V, 17. p. 419. et VI, 19. p. 499. porro *Tectaeus* et *Angelio*: lib. II, 32. p. 187. hi tamen non vere, ſed ex vulgari vſu, quo artificibus probatis nomen quaeri ſolebat magiſtri clariſſimi; nam ſerius eos vixiſſe, infra videbimus. Fecerant illi Deliis Apollinem (ibid.): cuius manu tres Gratiae inſiſtebant (lib. IX, 35. p. 780.), adſtabat Diana *r*).

Bupalus et *Anthermus*, Chii, ſculptores clariſſimi, media hac aetate vixere; quandoquidem illi Hipponactis poetae foeditatem vultus imagine in marmore expreſſerant; *quem certum eſt Olympiade LX vixiſſe:* Plin. XXXVI, 4, 2. Winckelmann Hiſt. Art: ad annos inter Ol. L et LX referebat gemmam, quae Othryadem ſanguine clipeo victoriam inſcribentem exhibet, multis exemplis aliorum ſculptorum repetitam. Nam mors eius in pugna ad Thyream Ol. LVIII, 1. memoratur ab Herodoto I, 81. etſi ad antiquiora tempora Ol. XI. reuocat Pauſan. III, 7. II, 38. confundens duo diverſa praelia. Enimuero eodem quoque tempore, quo Othryades occubuit, gemmam eſſe ſcalptam quis aſſerat!

Victorum in ludis ſtatuae nunc memorantur plurimae; nomina quoque artificum, etſi raro cum tempo-

r) Quod e verbis corruptis Atheragorae elicias c. 15, 5. *καὶ ὁ Δήλιος καὶ ἡ Ἄρτεμις Ἰδεκταίου* (leg. *Τεκταίου*) *καὶ Ἀγγελίωνος τέχνη.*

temporum diligente notatione. Sic Milonis Crotoniatae ſtatua a *Damea* et ipſo Crotoniata facta Olympiae (VI, 14. p. 486.) Vicerat ille ſexies lucta; vnam ex his palmam adeptus eſt Ol. LXII. Ol LXVIII, 1. duxit Crotoniatas contra Sybaritas. *Callon Eleus* pueris Mamertinis e Sicilia poſitas Olympiae ſtatuas fecerat: in quas poſtea Hippias Sophiſta elegos ſcripſit; Pauſ. V, 25. p. 443. Eiusdem erat Mercurius cum caduceo; inſcripto titulo a Glaucia Rhegino; ibid. c. 27. p. 449. Non confundendus erat cum eo *Callon Aegineta*, Tectaei et Angelionis diſcipulus, quem ſerioris aetatis fuiſſe, ex hoc ipſo apparet, nam Callon hic Canachi Sicyonii aequalis (VII, 18. p. 570.) fuit, is autem Ol. XCV. clarus erat. Eum quoque Plinius cum Agelada et Polycleto ſub Ol. LXXXVII. memorat; lib. XXXIV, 8. ſ 19. Hic eſſe videtur is, cui cum Hegeſia Quinctilianus XII, 10, 7. tribuit *duriora et Tuſcanicis proxima.* Eius erat Minerva e ligno Troezene, Pauſ. p. 187. et vna ex Eumenidibus in arce Athenarum: quod e Polemone Clemens Alex. memorat Protrept. p. 14. Sylb. Κάλως ei eſt: an forte nomen in vaſis pictis obuium? nimirum in Eumenidum templo, quod memorat Pauſan. I, 28. p. 68. Tripodi ex aere inſiſtebat Proſerpina Amyclis III, 18. p. 255. Fuit quoque inter antiquiores ſculptores *Laphaes* Phliaſius; cuius opera vidit Pauſanias; Sicyone Herculis ſignum ligneum antiquiſſimi operis, lib. II, 10 pr. eique ſimile Aegirae in Achaia, Apollinem, ex iudicio Pauſaniae VII, 26. p. 592. Proximis ante bellum Medicum et pugnam Marathoniam (Ol. LXXII, 2.

ante

ante C. N. 490.) annis vixiſſe narrantur plures. *Ariſtomedon* Argiuus, cuius erant opera Delphis a Phocenſibus conſecrata. Pauſ. X, 1. p. 801. coll. Herod. VIII, 27. 28. Miſſa cum iisdem dona, Apollo cum Hercule de tripode pugnam iniens, adſtantibus huic Minerva, illi Latona et Diana, a pluribus communi conſilio facta: Minerva et Diana a *Chionide*, reliqua a *Diyllo* et *Amyclaeo* Corinthiis: X, 13. p. 830. *Stomius* et *Somis* VI, 14. p. 488. Harmodio et Ariſtogitoni Athenienſes ſtatuas poſuiſſe ſatis conſtat; Plinius ſtatim eiectis Piſiſtratidis id factum eſſe innuit: XXXIV, 4. ſ. 9. Pauſanias eas ſtatuas memorat I, 8. p. 20. cum aliis, quas ait partim a Critia, antiquiores ab Antenore eſſe factas. Memorat Critiam inter aequales Phidiae, vt mox videbimus; quem iam poſt Olymp. LXVII, 3. ante C. N. 510. artem exercuiſſe hinc eſt effectum.

IV. *Inde a victis Perſis* Ol. LXXV, 1. a. C. N. 480. vsque ad Ol. LXXXVII, 3. a. C. N. 430. Anni L florentium rerum Graeciae; in his *aetas Phidiae et Periclis.*

De hac aetate mihi iam minus eſt laborandum, cum vulgo conſtet, poſt pugnam Salaminiam et Plataeenſem Ol. LXXV, 1. fortuna propitia Athenienſium animos et ingenia gloriae et famae ſtudio, mirum in modum inflammata ad ſumma quaeuis contendiſſe; opes ex praeda Perſarum partas vrbi iterum exſtruendae et virtutis monumentis condendis copias idoneas ſuppeditaſſe, remque

remque naualem auctam ad nouas opes per nauigationem parandas opportunitatem attuliſſe. Noti ſunt L. anni rerum Graeciae florentium, vel ex Diodoro XII, pr. Artium Graeciae ad pulchri exquiſitioris ſenſum enitentium primam epocham his annis conſtitui, vel ex Winckelmanno, tum ex aliis conſtat. Attingam itaque tantum ea, quae Plinii epochas inde ab Ol. LXXXIV. aut verius III. (cf. lib. XXXVI, 4, 3. ante C. N. 448.) et ab Ol. LXXXVI. (lib. XXXIV, 8. ſ. 19.) aut antecedunt aut diligentius conſtituunt.

In his autem ab initio nonnulla monenda ſunt, de quibus iam alias ſtudioſius egi *s*). Primo, vitas artificum nusquam ſatis ſubtiliter conſtitui, nec conſtitui poſſe; ſolere ſumi certos vitae annos, in quibus aliquis aut celebritatem ex opere aliquo inſigniore conſequutus eſt, aut ex certo temporum euentu innotuit, aut quo anno hiſtorici, qui narrationum ſuarum interualla fecerant, certis locis opportunioribus eorum meminerant; ita fere comparata res eſt cum Plinii epochis artificum et artium, quippe qui eas collegiſſe videtur ex hiſtoricis graecis, qui poſt res certae annorum periodi ſubiecerant viros claros, qui eo interuallo vixerant. Non itaque mirabimur, ſi artifices modo ſerioribus modo antiquioribus annis adſcribi ſaepe videmus. Ita *Phidiae* quidem aetas adſcribitur maxime Ol. LXXXIV. a. C. 444. Atqui eius opera fuere, quae pugnam Marathoniam eiusque res

s) *Antiquariſche Aufſätze* P. I. p. 165 ſq. quae omnino cum his, quae hic appoſui, coniungenda ſunt, vt probabilis aliqua hiſtoria artium Graeciae conſtituatur.

res geſtas exhibuere. Sane ſi vel triginta annos operibus fabricandis eum incubuiſſe ponamus, iam inde ab Ol. LXXVI, 3. a. C. 474. nomen eius haud contemnendum eſſe debuit. Ita *Phidias* e pugnae Marathoniae (Ol. LXXII, 3.) manubiis Minervam ex aere fecit: in cuius clipeo pugnam Centaurorum et Lapitharum fecit *Mys*, (quem aequalem fuiſſe, hinc apparet: Pauſ. I, 28 pr.) ex delineatione *Parrhaſii*, *Euenoris f.* (ibid.); igitur et hic eodem tempore iam artem pingendi exercuit; tamen vtriusque, patris et filii, tempora ad Olymp. XC. et XCV. referri videbis a Plinio XXXV, ſ. 36. Porro ſi ex opere aliquo illuſtriore famaue clariore ex certo euento artifex certis annis adſcribitur, latiore calculo vtendum erit in vitae annis conſtituendis. Iunguntur quoque artifices, qui coniuncta opera opus elaboraſſe feruntur, qui tamen diuerſa aetate vixere, cum opus ab alio inchoatum alter abſoluerit, aut ſerius anaglypha vel aliud ornamentum aut antiglyphum adiecerit. Ducuntur interdum aetates parum caute a temporibus, quibus aliquo in templo poſitae memorantur ſtatuae; atqui translatae fuere nonnunquam ſtatuae, aut in templo refecto poſitae. Ita Plinius XXXIV, ſ. 19. *venere in certamen laudatiſſimi, quamquam diuerſis aetatibus geniti, quoniam fecerant Amazones: quae quum in templo Epheſiae Dianae dicarentur, placuit eligi probatiſſimam* etc. Atqui e ſequentibus apparet, fuiſſe eas diuerſis temporibus paratas.

Porro diuerſis aetatibus aſſignantur plures, qui tamen ab aliis, et interdum ab ipſo Plinio alibi

alibi aequales inter ſe appellantur. Ita Plinii *Hegiam* Ol. LXXXIV, *Ageladam*, *Polycletum*, Ol. LXXXVII. aſſignat: qui tamen eadem aetate fuere. Tres Muſae vna memorantur elaboratae ab Agelada, Canacho et Ariſtocle: de quibus eſt Epigramma Antipatri in Anthologia, et in Analectis Tom. II. 15. XXXV.

Iam de *Phidia*, aut de *Alcamene* et *Agoracrito* ſculptoribus, Phidiae diſcipulis, mihi non eſt laborandum; tempora eorum per ſe ſunt definita v. Plin. XXXVI, 4, 3. Alius Phidiae diſcipulus *Colotes*, in faciendo Iove Olympio ei fuit adiutor: Plin. XXXV, ſ. 34. *Ageladas*, male interdum ſcriptus Geladas, multo maturiora tempora habere debuit; nam ſigna ille elaboraſſe deprehenditur victoribus Cleoſtheni, Olymp. LXVI. (Pauſ. VI, 10. p. 476. cum epigrammate inſcripto, quod etiam in Anthologiam eſt relatum), Timaſitheo (Pauſ. VI, 8. p. 472.), qui Ol. LXVIII, 1. periit, et Acochae Tarentino Ol LXV. (ibid.). Quod ſi Iovis ſignum ab eo Meſſeniis, qui Naupactum ſeceſſerant, quod Ol. LXXXI, 2. eueniſſe conſtat, elaboratum eſſe Pauſanias tradit IV, 24. p. 339. hoc ita accipiendum eſt: ab iisdem Meſſeniis id curatum eſſe in ſuperioribus temporibus, antequam exules Naupactum abierant. *Aſcarum* Thebanum diſcipulum tradi video a Iunio et hinc ab aliis, *Ageladae Sicyonii*; male hoc arreptum ex verſione Latina *t*); Ageladas Argiuus fuit: quod pluribus locis

t) Pauſ. V, 24 pr. *τοῦτο* (Iovis, florea corona, et cum fulmine, ſtatua) *δέ ἐστιν Ἀσκάρου τέχνη τοῦ Θηβαίου διδαχθέντος παρὰ τῷ Σικυωνίῳ*. Enimuero is Canachus eſſe debuit Sicyonius.

conſtat. *Hegiam* Athenienſem ei aetate parem cum *Onata*, de quo hoc multo magis liquere bimus, expreſſis verbis teſtatur Pauſanias VIII, p. 688. *Hegiae Minerva Pyrrhusque rex lauda-* ſunt verba Plinii XXXIV, 19. 16.; delendum dubie *rex*, nam Pyrrhi Epirotae tempora ille attigit; ſed intelligendus Achillis filius; forte Minervam propitiam habens, vt Achilles. Eſt tas is idem, quem *Hegeſiam* appellat Lucianus co corrupto de Rhet. praeceptis c. 9. vbi rheto- antiquata ſectantes inſectatur *u*), et *Hegiam*, *Cri-* et *Neſtoclem* nominare voluiſſe videtur: qui a io vna memorantur ſub Olymp. LXXXIV. *Critiae diſciplina* prodiere

|

Ptolichus, Corcyraeus, cuius diſcipulus

|

Amphion, Aceſtoris f. Cnoſſius (Pauſ. X, 15. p. 834.)

|

Piſon e Calaurea: (Παίσων ſcribitur X, 9. p. 819.)

|

Damocritus, Sicyonius

Pauſ. VI, 3. p. 457.), hic quidem fecerat mpiae Hipponem Eleum (Ἵππωνα) pugilatu r pueros vincentem: a Plinio XXXIV, 19. 8. numeratur inter eos, qui philoſophos effin- ant.

Onatas Aegineta, Miconis f. (Pauſ. V, 25. 45. ex inſcriptis epigrammatibus VIII, 42. p. 687.

u) Οἷα τὰ τῆς παλαιᾶς ἐργασίας ἐστὶν, Ἡγησίου καὶ τῶν ἀμφὶ Κρίτιον καὶ Νησιώτην.

p. 687. 8.) Plinio haud memoratus, inter no-
liores fuit circa Ol. LXXV. x). Eius opera m
morantur plura: Achivorum principes, qui
pugnandum cum Hectore prodierant (Iliad VII
a concilio Achaeorum Olympiae poſita: (Pauſ
25. p. 444.) Hercules cubitorum X. ex aere, c
vam dextra, arcum laeua tenens, a Thaſiis Oly
piae dedicatus (ibid. p. 445). Ceres apud P
galenſes (VIII, 42. p. 687.). Apollo ex aere ap
Pergamenos (ibid.). Et Olympiae quadrigae
aere cum equo celete, Hieronis victoris do: a
Dinomene filio dedicata (ibid.) cum equis vt
que adſtantibus, quibus inſidebant pueri. Cala
dis operibus (VI, 12 pr. p. 479.), praeterea et
duae ſtatuae Hieronis, altera peditis altera equ
a *Micone*, Nicocratis f. Syracuſano factae (i
p. 480.). Idem Onatas communi opera cum C
litele, quod teſtabatur inſcriptus titulus, fec
Mercurium, arietem ſub ala portantem, galeat
tunica et chlamyde amictum, a Pheneatis Oly
piae Iovi dicatum (V, 27. p. 449). Suſpica
Pauſanias hunc Callitelem aut filium aut diſcipu
Onatae fuiſſe. Idem Onatas cum *Calintho* te
ſigna Tarentinis ex decimis de Peucetiis vi

x) Pauſan. VIII, 42. p. 687. vbi praua interpuncti
verſione turbatur omnis temporum ratio: το
ἐποίησε χαλκοῦν Φιγαλεῦσιν ἄγαλμα, γενεαῖς μ
ὕστερον τῆς ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐπιστρατείας τοῦ
Vertunt: *Aetatibus certe aliquot hoc opus* ſe
Perſarum in Graeciam irruptionem. Imm
ἐποίησε — ἄγαλμα γενεαῖς μάλιστα ὕστερον (*aeta*
integris ſerius), (κατὰ) τῆς ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐπ
τείας τοῦ Μήδου, et fecit hoc opus *tempore* d
belli Medici.

r erat Iapygum Opis interemtus iacens, adſtan-
ıus Tarante heroe et Phalantho cum delphine:
elphis ea viſebantur: (X, 13. p. 830.). *Poly-
tus Sicyonius*, Ageladae diſcipulus, inter cuius
na nobiliſſimum fuit Iunonis Argiuae ex auro et
ore (II, 17. p. 148.), alia opera ex aere et
ırmore. Doryphorum, Diadumenum, Cano-
m cum aliis memorat Plinius. Plato in Prota-
ra Tom. II. p. 311. cum Phidia Polycletum
ıdat.

Phradmon, qui et *Phragmon* ſcriptus occurrit,
it Argiuus (VI, 8. p. 471.). *Gorgias*, *Lacon*,
unde noti non ſunt, et probabile mihi fit, eſſe
um artificem patria Lacedaemonium, vt legen-
m ſit: *Gorgias* Laco.

De *Myrone* notiora habemus e Plinio. Eleu-
ris Boeotiae ille natus, Ageladae diſcipulus,
thagorae Rhegini aemulus. *Pythagoras Rheginus*
ud dubie multo ante Ol. LXXXVII. artem exer-
erat: nam eius ſigna Olympiae memorantur
ithymi Locrenſis pugilis victoris Ol. LXXIV. VI.
VII. Aſtyli victoris curſu Ol. LXXIII. IV. V. (Pauſ.
, 6. p. 467. et 13. p. 481.). Locum de eo Pli-
corruptum XXXIV, 19, 4. e veſtigiis veterum
l. iam olim reſtituere tentaui: *Vicit eum* (My-
ıem) *Pythagoras Rheginus ex Italia pancratiaſte
lphis poſito.* Et Leontiſcum fecit et *ſtadiodromon
ylon*, qui *Olympiae oſtenduntur*. Iam eius ma-
ter memoratur *Clearchus*, Rheginus; Clearchi
giſter *Euchir* Corinthius; et huius magiſter

Aa 2 *Syadras*

Syadras cum *Charta*: (Pauſ. VI, 4. p. 461.). E
ſtemma ſcholae:

Syadras et *Chartas*

|

Euchir

|

Clearchus

|

Pythagoras Rheginus

|

Soſtratus

hic nepos Pythagorae ex ſorore et diſcipulus fui
Euchirum Corinthium appellat Pauſan. l. c. Eidei
tamen memoratur *Euchir* Eubulidae f. Athenienſis
cuius Mercurii ſignum erat apud Pheneatas Arc
diae: Pauſ. VIII, 14. p. 629. Memoratur Euch
a Plinio ſ. 34. inter eos, qui optime fecerun
athletas.

Scopas poſt Myronem et Pythagoram ad Ol
LXXXVII. memoratur in Plinio XXXIV. ſ. 19
ſeptendecim Olympiades ante Praxitelem (ſun
anni 68). Atqui idem Plinius alio loco: *Scop*
habuit aemulos eadem aetate Bryaxin et *Timotheum* e
Leocharem: ſunt verba Plinii XXXVI, 4, 9: vbi d
ſculptoribus agit; eosdem ſ. 9. narrat quatuor la
tera Mauſolei caelaſſe; Artemiſiam deceſſiſſe ant
quam opus finitum eſſet. Mauſolus obiit Ol. CV
ante C. N. 356. vt ipſe Plinius memorat, add
Diodor. XVI, 36. habemus interuallum annorum
76 ab ea epocha, qua floruiſſe Scopam dixera
Plinius. Verum expungendum eſſe nomen ho
loco, iam ſedulo expoſui in Comment. de epochi
Plini

nii p. 230 ſqq. (v. infr. p. 380.). *Perelius* ſeu *relius*, cum Scopa memoratus a Plinio, prorſus norus eſt aliunde.

Damophon, quem vnum e Meſſeniis artificem gnorum norat Pauſanias memoratu dignum, aliuanto poſt Phidiam vixit, ſiquidem ille Olymiae Iovem ſolutis iam eboris compagibus iterum agmentaſſe narratur: IV, 31. p. 357. Plures us ſtatuae memorantur p. 357. 358. Aegii VII, . p 582. Megalopoli magnus numerus, in his agnarum Dearum, VIII, 31 pr. 664. 665. c. 37. 675. Nonnulla ex iis antiquitatem et myſticas eligiones redolent; quas ille affectaſſe videtur: t in his Diana Laphria, quam Aetolis domeſtiam Meſſenii nonniſi, quum exules Naupacti viuent, vſurpare didicerant: IV, 31. p. 357. cf. 'II, 18. p. 569. adeoque non ante Ol. LXXXI, 1. tamen non niſi poſt reditum in Meſſenen ſignum ocatum eſt, ſerius et poſt Ol. CII. 3. elaboratum uit. Par eſt dubitatio de *Paeonio* Mendaeo Menda, vrbe Pallenes in Theſſalia orto), cuius ictoriam Meſſenii, qui Naupactum inhabitarunt, lympiae dedicauerant, quod ipſi factum aiebant oſt Sphacteriam Athenienſibus deditam (Olymp. XXXVIII, 4.) Pauſ. V, 26. p 446. Ab eodem ulpta erat anterior pars lacunaris in templo Iovis lympii: V, 10. p. 399.

Simon Aegineta y), quem Plinius quoque meorat XXXIV, 19. ſ. 33. *Simon canem et ſagittarium fecit:*

y) Diuerſum ab Aegineta credere fas eſt *Simonem Eupalami f.* vt probabile ſit, Athenienſem; cuius Dionyſum

fecit: is igitur referendus eſt ad tempora hui aetatis: nam laudatur equus eius cum auri (ἡνιόχῳ) Olympiae, quem ibi dicauerat Phorm qui expeditionibus Gelonis et Hieronis interfuera obierat Gelo Ol. LXXV, 3. Conſtituta per ha ſimul eſt aetas *Dionyſii Argiui*, cuius arti debebat alter equus cum auriga adſtans: dedicatus ab e dem Phormide; de vtroque v. Pauſan. V, 27 p p. 448. et per hunc *Glauci Argiui* aetas e cefcit. Eius enim cum Dionyſii operibus ſtatu dedicauerat Olympiae Micythus (ſeu Smicyth (Pauſan. V, 26. p. 446.), tutor liberorum Anax lai tyranni Rhegini, Ol. LXXVI, 1. defuncti: d quo v. Herodot. VII, 170. Diod. XI, 66. 4 Miratur Pauſanias Glauci et Dionyſii magiſtr ignorari. Alius fuit *Glaucias Aeginęta*, qui Gel nem et equum Olympiae dedicatum fecerat; iuxt que eum, Philonem, Corcyrenſem, pugilem: i quem Simonidis ſubiicitur epigramma VI, 9 ext p. 474. item Analect. Tom. I. p. 140. porro ei fuit ſtatua Glauci pugnantis habitu (ibid. c. 1 p 475.) et Theagenis victoris Olympici Ol. LXX LXXVI. (ibid. c. 11. p. 479. cf. c. 6. p. 466.)

Eadem fere tempora aſſignanda ſunt *Calami* patriam haud reperio, caelatori et ſtatuario, ſcul ptorique clariſſimo, nam et ille fecerat equos cu pueris inſidentibus inter dona ab Hierone pr victoriis Olympicis: v. Pauſ. VI, 12 pr. p. 479 Colligas idem ex Agrigentinorum donario, puer

ex

nyſum Morychum ex lapide Phellita (marmor mon tis Phellei in Attica) memorat Clemens Alex. Pro trept. p. 14. Sylb. v. Svid. in Μόρυχος.

aere dextras ad Iovem tendentibus (V, 25. 443.), factis ex manubiis Motya capta; Olymp. XXV. 1. puta, pugna ad Himeram facta. Etiam *con*, Nicocratiſ f. Syracuſanus, Hieronis ſtatuas ympiae dedicatas fecerat: VI, 12. p. 480. forte de quo Plin. ſ. 30. *Micon athletis ſpectatus*.

Vixere hac eadem aetate *Ariſtomedes* et *Socra*-*r*, Thebani, qui Pindaro Cybelen è marmore entelico elaborauerant ante eius domum in aede oſitam: cuius ipſe meminit; fato ille defunctus Ol LXXXVI, 2. Supererat vtraque Pauſaniae etate IX, 25. p. 758.

Olymp. LXXXIII, ante C. N 448. fuit *Pa*-*aenus* Phidiae frater, primus arte pingendi clarus, *iam praelium Athenienſium aduerſum Perſas apud Marathona factum pinxit;* (eadem Pauſan V, 11. 402.) — *et quidem duces iconicos:* (atqui pugna Marathonia facta erat Ol. LXX, 3. ante C. N. 490. deoque iam XL annis ante hanc epocham; quo olo apparet, Panaenum aut maturius picturam il-m elaboraſſe, aut ex fama tantum icones adum-raſſe) Plin. XXXV, ſ. 34. Eo florente etiam *rtamen. picturae eſt inſtitutum Corinthi* [illegible] *Delphis, rimusque* ille *certauit cum* Timagora Chalcidenſi, *iperatus ab eo Pythiis.* — De Panaeno vide dicta Comment. de epochis Plinii p. 216 ſqq.

Ante XC. Olympiadem, ante C. N. 420. cla-is fuerat *Polygnotus*, Aglaophontis f., *Thaſius*, ui inter multa alia, pinxit leſchen Delphicam et thenis Poecilen, et hanc quidem ipſe gratuito,

alteram partem mercede *Micon*, cuius tempora hoc ipſo aeſtimantur: Plin. XXXV, 35. Pa *Aglaophon* artem docuerat et illum et eius fratre *Ariſtophontem:* v. Plato in Ione p. 533. A. Micon filia *Timarete* inter feminas memoratur quae pi xere: Plin. XXXV, ſ. 43.

V. *Aetas Polycleti eiusque ſcholae*, Olym LXXXVII, 3. a. C. N. 430. anno Periclis emo tuali, bello Peloponneſio iam moto; tum *Zeuxi et Parrhaſii* ab Olymp. XCV, 4. a. C. N. 397 ad Olymp. CIV, 1. a. C. N. 364. ſunt anni 66.

Non iam id agendum mihi ſumſi, vt artifices, ne clariores quidem, omnes enumerem. Seruandum hoc eſſet libro huic rei deſtinato. Obſervationes tantum de temporibus eorum apponam, nonnullis quidem parum accurate vulgo conſtitutis.

Polycleti Sicyonii, Ageladae *diſcipuli*, tempora paullo altius, quam a Plinio finitum eſt, aſſurgere, iam vidimus. Eius diſcipuli memorantur a Plinio XXXIV, ſ. 19: *Argius*, *Aſopodorus*, *Alexis*, *Ariſtides*, *Phrynon*, *Dinon*, *Athenodorus*, *Dameas* vel *Demeas*, nam idem eſt nomen, *Clitorius*.

Myron, de quo iam ante memoratum eſt, filium habuit eundemque diſcipulum clarae artis *Lycium:* Plinius ibid. Athenaeus XI, 1. i. p. 486. D. Opera eius nonnulla ſunt apud Pauſan. V, 22. p. 435.

Iam

iam ap. Plinium XXXIV, ſ. 19. *XCV. Olympiade floruere Naucydes, Dinomenes, Canachus, Patrocles.* Horum ſtatuariorum tanquam ſtemma ex Pauſania elicere licuit hoc: Ex Naucydis et Polycleti Argiui ſchola prodiere hi: (Pauſan. V, 17. p. 419.)

Naucydes Ol. XCV.
|
Polycletus Argiuus, Naucydis frater et diſcipulus, Ol. XCV.
|
Pericletus, *Canachus* et *Ariſtocles* fratres.

Pericletus → *Antiphanes* → *Cleon* Ol. XCVIII. CII.

Ariſtocles → *Synnoon* → *Polichus* → *Soſtratus* → *Pantias*.

Adiiciam pauca de ſingulis. *Naucydes*, Mothonis f. Ol. XCV. memoratus a Plinio; eius frater et diſcipulus fuit *Polycletus Argiuus z*), non confundendus cum *Polycleto Sicyonio*, Ageladae diſcipulo, ſupra memorato. Naucydis diſcipulus quoque *Alypus* fuit, cuius ſigna memorantur nonnulla VI, 1. p. 452. et c. 8. p. 472. *Canachus*, Polycleti diſcipulus (Pauſ. VI, 13. p. 483.) clariſſimus, eiusque frater *Ariſtocles* (VI, 9 pr. p. 472.) Sicyonii. Diuerſus ab hoc Ariſtocle eſt alius *Ariſtocles*,

z) Pauſ. II, 22. p. 162. (vbi male legitur: τὸ δὲ, ἀδελφὸς Περικλείτου Ναυκύδης,) et VI, 6. p. 465. Πολύκλειτος ὁ Ἀργεῖος, οὐχ ὁ τῆς Ἥρας ἄγαλμα ποιήσας, μαθητὴς δὲ Ναυκύδου.

ſtocles, filius et diſcipulus Cleoetae: (V, 24. p 440.). *Cleoetas* inter antiquiores referendus erit, vt ex loco de eius ſtatua Athenis in acropoli Pauſ. I, 24. p. 57. apparet. Alius *Cleoetas* Ariſtomenis filius carceres hippodromi Olympiae fecerat, in quem eſt epigramma (VI, 20. p. 504. et in Analect. Tom. III. p 193. CCVIII.). Tertius *Ariſtocles* Cydonia Cretae ortus iam ante Olymp. XXVIII. viuere debuit, vt ex lib. V, 25. p. 445. colligo. *Synnoontis* memoria alia extat nulla. At *Polichus*, qui et *Ptolichus*, Aegineta, Theogneti Aeginetae ſtatuam fecit Olympiae *a*), *Pantias* autem Nicoſtrati pugilis in pueris, et Ariſtei ſtatuam Argiui: cuius patrem Chimonem ſtatua effinxerat Naucydes (V, 9. p 473.) vt mirari liceat, cum tam longa artificum ſucceſſio inter Naucydem et Pantiam interceſſerit, quomodo alter patrem, et filium alter, effingere potuerit. Nam *Pantias ab Ariſtocle Sicyonio per manus traditam artem ſeptimo eius diſcipulorum gradu acceperat* (VI, 3. p. 459.). Chius ille erat, eumque pater *Soſtratus* artem docuerat (VI, 9. p. 473.). Soſtratum inter ſtatuarios nominat Plinius XXXIV, f. 19 pr. ad Olymp. CXIV. Diuerſus ille eſt ab alio *Soſtrato* Pythagorae Rhegini diſcipulo; forte et ab alio, qui cum *Hecatodoro* Minervam fecerat Aliphieris Elidis vrbe, ap. Polyb. IV, 78.

Cum Naucyde et Canacho Plinius iungit *Dinomedem*, qui haud dubie *Dinomenes* fuit; nam alterum

a) Pauſ. VI. 9 pr. p. 472. diuerſus eſſe debuit hic Theognetus ab eo, quem Pindar. Pyth. VIII, 48. memorat, Ariſtomenis, victoris Pythiis Ol. 83, 3. auunculo. Polichus enim multo ſerius vixit.

alterum nemo memorat, Dionomenem ipſe Plinius inf. ſ. 15. feciſſe Proteſilaum et Pythodemum luctatorem. Occurrit eius Priapus in Epigrammate Anthol. Gr. in Analect. Tom. I. Leonidae I, 36. Ita et *Patroclem* iterum memorat Plinius ſ. 34. inter eos, qui athletas, armatos, venatores et ſacrificantes effinxerant.

Referendus eſt in haec tempora *Daedalus Sicyonius*, nobilis plaſta, cuius aetatem declaraui ex eius operibus eorumque notatione temporum: tropaeum elaborauit Elidenſibus de Lacedaemoniis: VI, 2. p. 456. coll. lib. V. extr. p. 450. rem ſpectare dixi ad Agidis incurſationes Ol. XCIV, 3. 4. et XCV. 1. fecit quoque ſignum Eupolemi victoris curſu Ol. XCVI. (ibid.) Daedali diſcipulus fuit *Ariſtodemus* Patroclis f., qui ſtatuam fecerat Ariſtodemi, Thraſidis f. victoris lucta Ol. XCVIII. (ibid. VI, 3. p. 457. vt recte ibi verba interpunxit Facius.)

Plinius XXXIV, ſ. 19. Floruere Olymp. CII. ſtatuarii *Polycles*, *Cephiſſodotus*, *Leochares*, *Hypatodorus*. *Polycles* ex Atticis fuit ſtatuariis, Stadiei Athenienſis diſcipulus: Pauſ. VI, 4. p. 461. Memorantur eius liberi et ipſi ſtatuarii: lib. VI, 12. p. 481. X, 34 extr. p. 887. *Cephiſſodotus* aliquot operibus clarus; de aetate conſtat quoque ex eo, quod Phocion Athenienſis eius ſororem matrimonio habuit. *Leochares*, Philippi, Alexandri, Amyntae, Olympiadis, ſtatuas fabricauit: Pauſ. V, 20 extr. p. 429. idem Mauſolei latus ſculpturis ornauerat, vt ſupra vidimus in Scopa, alterum *Bryaxis* Athenienſis, qui idem Seleucum feciſſe narratur,

ratur, Athenis: Plin. XXXIV, ſ. 19, 13. *Timotheus* vna cum ipſis aliam Mauſolei partem caelaverat, et quadrigam marmoream in ſummo *Pythis*: Plin. XXXVI, ſ. 4, 9.

Iam his temporibus commemorandus erat *Scopas Parius*, quem ſupra vidimus perperam illatum eſſe in recenſum ſtatuariorum Ol. LXXXVII. poſt Pythagoram Rheginum (p. 372.). *Hypatodori* opera nonnulla memorantur a Pauſania: Alipheris Arcadiae Minerva, VIII, 26. p. 653. Delphis heroes ad Thebas, partita cum *Ariſtogitone* opera, poſiti ab Argiuis, e manubiis victoriae de Lacedaemoniis ad Oenoen Argolidis: X, 10. p. 822.

XC Olympiade a. C. N. 420. fuere *Aglaophon*, *Cephiſſodorus*, *Phrylus*, *Evenor* — *omnes iam illuſtres* pictores. Cum *Aglaophon* pater Polygnoti vna cum filio iam ante hoc tempus inclaruerit: facile apparet, has epochas conſtitutas eſſe aut pingui Minerva aut ex certa aliqua hiſtorici notatione ad alium reſpectum facta; apparet tamen nec minus, nunc quoque, annis 28 ſerius, Aglaophontem adhuc et multo magis filium Polygnotum magna artis laude floruiſſe. De *Cephiſſodoro* pictore, aliunde nil conſtat, nec de *Phrylo*. At *Evenor* filii gloria innotuit; nam *Parrhaſii pater fuit et praeceptor maximi pictoris*: Plin. XXXV, ſ. 36, 1.

His temporibus vixiſſe neceſſe eſt *Damophilum Himeraeum*, et *Neſeam Thaſium*, *quoniam*, *vtrius eorum diſcipulus Zeuxis fuerit*, dubitatum eſt: ap. Plin. ſ. 36, 2.

Olymp.

Olymp. XCIV, a. C. N. 404. inter lumina artis *primus refulſit Apollodorus Athenienſis:* ibid. — *neque ante eum tabula vllius oſtenditur, quae teneat oculos.*

Olymp. XCV, 4. a C. N. 397. *Zeuxis Heracleotes* inclaruit, qui penicillum ad magnam gloriam adduxit; ibid. ſ. 36, 2. De eius temporibus v. diſputata in Commentat. de epochis Plinii p. 220 ſq.

Aequales eius et aemuli fuere: *Timanthes, Androcydes, Eupompus, Parrhaſius.* Praeter Androcydem, minus notum, nomina clariſſima. *Eupompus* docuit Pamphilum, Apellis praeceptorem; ille picturam in *tria genera* diuiſit, quae ante eum duo fuere: *Helladicum* et *Aſiaticum. Propter hunc, qui erat Sicyonius, diuiſo Helladico tria facta ſunt:* Ionicum, Sicyonium, Atticum. *Parrhaſius* Epheſius, in lineis extremis palmam adeptus. — *Euxenidas* hac aetate docuit *Ariſtidem:* de quo mox. ſ. 36, 3 - 7.

Pamphilus Amphipolitanus, qui Apellem docuit; primus in pictura omnibus litteris eruditus: ſ. 36, 8.

VI. *Sculptura, pingendi fingendique ars, abſoluta. Praxiteles eiusque ſchola:* Ol. CIV. ante C. N. 364. *Apelles* Ol. CXII. a. C. N 332. *Lyſippus* Ol. CXIV. ante C. N. 324.

Olympiade CIV. floruere Praxiteles et Euphranor; Plin. XXXIV. ſ. 19.

Praxi-

Praxiteles *marmore felicior, ideo et clarior*, ſunt Plinii verba; *fecit tamen ex aere opera pulcherrima* XXXIV, 19. ſ. 10. *b*). Inter ſculptores vtique principe loco habitus; eius opera ex marmore: v. Plin. XXXVI, 4, 5. alia ap. Iun. ex Pauſ. et aliunde. Filii eius memorantur a Pauſania I, 8. p. 20. IX, 12. p. 734. in his fuit *Pamphilus* ſculptor: XXXVI, 4, 10. Eminuit *Cephiſſodorus* (qui et *Cephiſſodotus* ſcriptus occurrit) *filius et artis heres* Plinio XXXVI, 4. ſ. 6. inter ſculptores vtique clariſſimus. Laudatum in his erat *Pergami ſymplegma, ſignum nobile, digitis corpori verius quam marmori impreſſis*. Alterum in terris ſymplegma nobile erat *Heliodori*, Pan et Olympus luctantes, Plin. XXXV, ſ. 27.

Euphranor Iſthmius pictor fictorque longe ante omnes eminens; multis nobilibus operibus clarus: in iis eſt Alexander et Philippus in quadrigis, XXXIV, 19, ſ. 16. et de picturis v. XXXV, 40, 25.

Eius diſcipuli fuere *Antidotus*. *Carmanides* ſ. 42, *Leonides* Anthedonius, ap. Stephan. Byz. pictores. *Nicias Athenienſis* Antidoti, non Euphranoris; ſ. 27. 28. Inter clariores iam pictores fuit hic Nicias; Nicomedis f., cuius operum recenſum facit Plinius l. c. Nam pictorum infrequens apud Pauſaniam eſt memoria, quia picturis maturius ſpoliata eſt per Romanos Graecia. Idem Nicias probatus Praxiteli: adiicit Plinius: ſ. 28. *Hic eſt Nicias,*

b) Tertia poſt Alcamenem aetate eum vixiſſe ait Pauſ. VIII, 9. p. 616. quod non ſeuere eſt exigendum; nam ab Ol. LXXXIV ad CIV non eſſent niſi 76 anni.

cias, de quo dicebat. Praxiteles interrogatus, quae maxime opera ſua probaret, in marmoribus: quibus Nicias manum admouiſſet; tantum circumlitioni eius tribuebat. Vereor, vt hic nomina diuerſa miſcuerit Plinius: 'quid enim circumlitio pictoris ad ſtatuarium? Nicias adhuc Olymp. CXII. memoratus eſſe videtur ibid.

Eadem aetate, qua Euphranor, fuit et *Cydias*, pictor: Plin. XXXV, ſ. 26.

Olympiade CVII. ante C. N. 352. floruere *Echion*, *Therimachus*. ap. Plin. XXXV. ſ. 9. inter claros *pictores*; relati tamen iidem inter ſtatuarios ab eodem XXXIV, ſ. 19.

Pictura omnes vicit *Apelles* Cous, Ol. CXII. ante C. N. 332. Eius aequales *Ariſtides* Thebanus, et *Protogenes* Caunius, quem arti ſecurum vacaſſe accepimus Demetrio rege oppugnante Rhodum Ol. CXVIII, 4. CXIX, 1. ante C. N. 305. 304. Legitur ap. Plin. ſ. 39. "*Ceris pingere* — quidam *Ariſtidis* inuentum putant, poſtea conſummatum a *Praxitele*." Debuit itaque huius nominis pictor quoque eſſe. Pergit: *ſed aliquanto vetuſtiores encauſticae picturae extitere, vt Polygnoti* (v. ad Ol XC.) *et Nicanoris et Arceſilai Pariorum: Lyſippi* quoque, addit, pictoris ignoti. Niciam alio loco memorauit ſ. X, qui et adſcripſerat, ſe inuſſiſſe, tabulae Nemeam ſedentem exhibenti. *Arceſilai* tempora aſſequi licet ex eo, quod is Athenis in Piraeo Leoſthenem eiusque liberos pinxit: Pauſ. I, 1. p. 3. Leoſthenes autem Athenienſium imperator Antipatrum vicit in bello Lamiaco Ol. CXIV, 1. ante C. N. 324.

Primus

Primus in hoc genere *encauſta pingendi* nobilis fuit *Pauſias* Sicyonius, et ipſe Pamphili diſcipulus, ideoque Apellis aequalis: qui idem lacunaria primus pingere inſtituit, de quo multa v. ap. Plin. XXXV. ſ. 40 et 24.

Pauſiae diſcipuli fuere: *Ariſtolaus*, eiusdem filius, *Mechopanes*, et *Socrates*: v. ibid. ſ. 31. a nonnullis idem habitus, qui Charitas ſculpſit, quas alii Socratis philoſophi eſſe voluere: id. XXXVI, 4, 10.

Eadem aetate, qua Apelles, Ariſtides et Protogenes fuere, fuit *Aſclepiodorus*, quem in ſymmetria admirabatur Apelles: ibid. ſ. 21. Debuit quoque *Amphion* tum eſſe; *nam cedebat* Apelles *Amphioni* de diſpoſitione, *Aſclepiodoro* de menſuris. ſ. 10.

His adnumerari debet (pergit Plinius ſ. 36, 22.) *Nicomachus*, Ariſtodemi f. ac diſcipulus: pingere iuſſus ab Ariſtrato, Sicyoniorum tyranno, quem Philippi R. tempore vixiſſe ex Plutarcho comperio in Arato p. 1032. E. Teleſti poetae monumentum. Is memoratur ap. Diodor. XIV, 46. ad Olymp. XCIV, 3. tyranni Dionyſii aetate inter quatuor poetas dithyrambicos, qui erant *Philoxenus* Cytherius, *Timotheus* Mileſius, *Teleſtes* Selinuntius et *Polyidus*, pictoriae muſicesque ſimul peritia excellens. Diſcipulos habuit Nicomachus *Ariſtidem* fratrem, et *Ariſtoclem* filium et *Philoxenum* Eretrium: cuius tabula Caſſandro regi (ante C. N. 316 - 299.) picta, Alexandri praelium cum Dario exhibuit: ibid. Plinius ſ. 36, 22. tum pergit: adnumeratur

his

s et *Nicophanes*, elegans et concinnus: ibid. 23.
ellis diſcipulus, *Perſeus*, ad quem de hac arte ſcripſit.
rro: *Cteſilochus* Apellis diſcipulus, qui petulanti
ſtura innotuit — 40, 33. *Huius fuerat aetatis Ari-*
les, Thebani (Ariſtidis?) diſcipulus; *fuerunt et*
i (Ariſtidis) *Niceros* et *Ariſton*, diſcipuli, *Anto-*
les et Euphranor. ſ. 36, 23.

Ad Alexandri et Apellis tempora referendi ſunt
ſtores, quos *ſubtexi par eſſe* ait Plinius ſ. 37.
yricus, qui humilia pinxit, rhyparographus,
ionyſius, anthropographus, qui homines pinxit,
ales ſunt, cum Polygnotus meliores pinxiſſet,
auſon, mox memorandus, deteriores: quae ex
riſtotele de poetica c. 2. tenemus. *Callicles*, *Calades*,
nriphilus, qui parua fecere. Ad tempora Apellis
lhuc referendus Antiphilus, nam falſa is accuſa-
one in vitae periculum eum adduxiſſe apud Ptole-
aeum narratur a Luciano de Calumnia, et eſt
n operibus eius lanificium, Ptolemaeo venante
40, 32. Ipſe in Aegypto natus didicit artem
Cteſidemo, memorato ſ. 33.

Niciae, Athenienſis, quem Euphranoris et
pellis aequalem vidimus, diſcipulus fuit *Ompha-*
on Pauſaniae memoratus IV, 31. p. 358. Cum
licia comparatur et aliquanto praefertur *Athenion*,
laronites (e Thraciae vrbe Maronea), *Glaucionis*
orinthii diſcipulus (Plin. ſ. 29.). Phylarchus, quem
le pinxit Eleuſine, hiſtoricus, quem fuiſſe noui-
ius, eſſe neqnit, nam hic multo ſerius vixit.
riore quoque aeuo vixit *Heraclides* Macedo ſ. 30.
emoratus; ſiquidem ille capto rege Perſeo

(Ol. CLIII, 1. ante C. N. 168.) Athenas commi-grauit, vbi eodem tempore erat *Metrodorus* pictor idemque philoſophus, *magnae in vtraque ſcientiae auctoritatis*. *Alcimachus* Dioxippum, qui pancratio Olympia citra pulueris tactum vicit (Plin. ſ. 32.) ad haec tempora referendus erit, ſi Dioxippus ille eſt, qui Alexandro comes fuit.

VII. *Aetas inde a Lyſippo* Olymp. CXIV. ante C. N. 324. *Initia regni Ptolemaei Lagi in Aegypto. Inde ad artem ceſſantem poſt* Olymp. CXX. ante C. N. 300. *Ars reuiuiſcens* Olymp. CLV. ante C. N. 160. *vsque ad Auguſti tempora.*

Plinius XXXIV. ſ. 19. Olympiade CXIV. *Lyſippus fuit, quum et Alexander M. item Lyſiſtratus, et frater eius Sthenis, Euphronides, Soſtratus, Ion, Silanion.*

Ineptum eſſet, de *Lyſippi* Sicyonii temporibus aut operibus plura dicere. Eius frater *Lyſiſtratus* gypſo vel argilla hominum imagines reddendo nomen habuit, XXXV, ſ. 44. *Sthenis*, vt nunc legitur, XXXIV, ſ. 19. eſſe debuit frater Lyſiſtrati, ergo et Lyſippi; cur ergo tam contorta [illegible]tione hoc expoſuit? Immo vero delenda copu[la] et legendum: *item Lyſiſtratus eius frater.* Tum ſuccedit *Sthenis*, et ipſe ſtatuarius, cuius opera ipſe Plinius annumerat XXXIV, ſ. 33. De *Euphronide* et *Ione* nihil aliunde conſtat. De *Soſtrato* iam ſupra fuit memoratum p. 378. *Silanion* Athenienſis: de quo Plinius haec addit ibid. ſ. 19: *in hoc mirabile, quod*

nullo doctore nobilis fuit ipſe. Eius opera ex aere iorat ſ. 21; in his eſt *Apollodorus* et ipſe fictor; Pauſan. VI, 4. p. 461. VI, 17. p. 487. adde ap. Iunium. *Diſcipulos habuit Zeuxim et Iadem,* Plin. l. c. vtrumque aliunde ignotum; forte et *Zeuxiades* fuit ex aliorum librorum lectione.

Phoenix Lyſippi diſcipulus memoratur Plin. XIV, ſ. 19, 20. et multo clarior *Chares* Lin. qui coloſſum Solis Rhodiis fecit: Plin. XIV, ſ. 18.

Pergit Plinius: Olympiade CXX. (ante C. N. a. XXIV. Ptolemaei Lagi, cui Ol. CXXIV, 1. N. 284. ſucceſſit Philadelphus,) floruere *chides, Euthycrates, Dahippus, Cephiſſodotus, Ti-hus:* ſtatuarii. De horum operibus pauca, memorantur, videnda ſunt apud Iunium. *chides* fuit Sicyonius a Lyſippo edoctus: Pau- VI, 2. p. 455. *Euthycrates, Dahippus* et *Beda,* Lyſippi et diſcipuli, multis operibus clari; amus Plinium ſ. 7. *filios et diſcipulos reliquit lau- artifices,* Dahippum et Bedam, *ſed ante omnes* ycratem: *quanquam is, conſtantiam patris potius latus quam elegantiam, auſtero maluit genere quam do placere.*

Pergit Plinius: *Huius* (Euthycratis puta) *porro ulus fuit* Tiſicrates, *et ipſe Sicyonius, ſed Ly-ſectae propior, vt vix diſcernantur complura ſigna.* Et ſ. 23. Xenocrates, *Tiſicratis diſcipulus, aut, lii, Euthycratis; vicit vtrosque copia ſignorum; ſua arte compoſuit volumina.*

'*Dahippus* in Plinii codd. et edd. paſſim ſcri-tur *Lahippus;* ſed verum nomen Δάϊππος ext apud Pauſaniam VI, 12. p. 480. et 16. p 49: vnde patet *Daippum* eſſe ſcribendum. Eius frat ex Lyſippo, *Bedas*, paullo poſt narratur fecil *adorantem*, προσκυνοῦντα. Aut fallitur Vitruviu aut diuerſus ab eo eſt Beda Byzantius, quem m morat lib. III. praef. loco praeclaro de fortun impotentia in ipſam artificum famam et celebrit tem graſſante non tam ab operum praeſtantia pr ficiſcentem quam ab eorum, quibus illa facta ſu auctoritate, dignitate et nobilitate, ita vt mul non minore ſtudio, induſtria et ingenii ſoller perfecta lateant tamen aut negligantur obſcur fortunae aliqua iniquitate. Nec aliter Fortuna librorum plerumque celebritatem adminiſtrare e perientia docet. *Cephiſſodotus*, aliis *Cephiſſodon* ſerior duobus huius nominis ſtatuariis ſupra m moratis; forte ille *alter*, qui *philoſophos fecit:* ſ. 27

'*Artemonem* pictorem his temporibus aſſigna dum eſſe, colligere licet ex eo, quod regina Stratonicen pinxit: Plin. XXXV, ſ. 32. Eteni haec illa eſt Seleuci coniux, quam priuigno ei Antiocho filio ceſſit paullo ante mortem: ſucced autem patri Antiochus Theos Olymp. CXXV, a. C. N. 280. Non itaque abfuit ab his tempo bus *Cleſides*, qui innotuerat tabula iniurioſa in r ginam Stratonicen ſ. 33.

Iam Plinius poſt ſupra memoratos pergi *Ceſſauit deinde ars:* quod non ita accipiendum. ſi poſt Olymp. CXX. ars fingendi pingendiq

ſtatu

tim extincta ſit; nam ſucceſſere tempora Ptole-
ıeorum Philadelphi et Evergetae, non omnino
ıibus inimica; verum conſenuerant illi artifices,
c heredes ſuae artis reliquerant vllo opere admo-
ım memorabiles. Fuiſſe quoque pictores conſtat;
Leontiſcum, qui Aratum pinxit cum tropaeo:
autem inde ab Olymp. CXXXII. Achaicum
edus ſtuduit ad maiores opes euehere, deceſſit
l CXLI, 4. *Nealces* Arato carus praelium pinxit
gyptiorum et Perſarum! ex antiquioribus tem-
ɪribus petito argumento ſ. 36. Eius filiam et
ſcipulam *Alexandram* pinxiſſe teſtatus erat Didy-
us; et tritor colorum eius *Erigonus* diſcipulum
liquit *Paſiam* fratrem Aeginetae (nomen excidiſſe
detur) fictorem ſ. 41.

Tandem Plinius: *rurſus*, ait, ars *Olympiade*
LV. ante C. N 160. *reuixit*, *quum fuere*, *longe*
idem infra praedictos, *probati tamen*: *Antaeus*, *Cal-*
ſtratus, *Polycles*, *Athenaeus*, *Callixenus*, *Pythocles*,
ythias, *Timocles*.

Ex his *Antaeus* ſ. *Antheus* (nam videtur fuiſſe
ινθεύς), *Calliſtratus*, *Athenaeus*, *Callixenus*, *Py-*
ocles et Pythias ex hoc vno loco innotuere. At
imocles cum *Timarchide* Aeſculapii ſignum fecerat
lateae: Pauſan. X, 34. p. 886. vbi generis Attici
iſſe memorantur (*γένους τοῦ Ἀττικοῦ*): fuere
go aequales; Timarchidis filii fuere *Polycles* et
ionyſius, qui Iovem fecerant in aede ad porti-
ım Octaviae e marmore XXXVI, 4. ſ. 10.

Nemo non quaeret de cauſſis artium illa aeta
reuiuiſcentium. Scilicet obierat Olymp. CLV,
ante C. N. 152. Eumenes II., qui litterarum
artium ſtudio tenebatur; eique ſucceſſit fr
ter Attalus II., Philadelphus: qui et ipſe ad exo
nandam vrbem Pergamum nouis operibus oppo
tunitatem praebuit nouis artium incrementis.

Spectant itaque ad haec tempora memorati
Plinio XXXV, ſ. 30. pictores *Heraclides Macedo*
Metrodorus pictor et philoſophus, de quibus ia
dixi ſupra poſt Niciam p. 385. b.

Ab his inde temporibus raram aut nullam r
perimus memorationem artificum; niſi ſerius *L*
lam Cyzicenam, quae M. Varronis iuuenta Rom
penicillo et ceſtro in ebore pinxerat: Plin. ibid. ſ. 4
43. quod ad tempora circa Ol. CLXXI. a. C.
96. V. C. 658. referre licet; eadem aetate celebe
rimi imaginum pictores *Sopolis* et *Dionyſius*: ibi
Arceſilaum L. Luculli familiarem, plaſten val
probatum (apud Plin. XXXV, ſ. 45.) eadem aet
vidit; et cum eo alium plaſten, *Paſitelem* ibid.
XXXVI, 4, 12. 13. diuerſum illum a multo a
tiquiore, cuius diſcipulum, *Coloten*, Parium, ſt
tuarium, memorat Pauſ. V; 20 pr. p. 427. *Sa*
ros et *Batrachus*, Lacones, fecere templa Octavi
porticibus incluſa; inſculpta in columnarum ſ
ris nominum argumenta, lacerta atque rana: ibi
ſ. 4, 14. Plin.

Caeſaris dictatoris aetate Timomachus Byza
tius *Aiacem et Medeam pinxit, ab eo in Veneris Ge*
tri

[..]icis aede poſitas: Plin. XXXV, ſ. 40, 30. idem ſ. 9; [..]ixit igitur ille ſaeculo nouiſſimo ante C. N. [..]dmirationem eſſe tabulae ab Auguſto in Curia [..]a conſecratae, Glaucionem patrem cum filio Ari[..]ſtippo pubere, ſeni ſimillimo ſalua aetatis differentia, exhibentis, Plin. ſ. 10. memorat: "*Philochares* hoc ſuum opus eſſe teſtatus eſt." Putes forte nec aliter interpretandum eſſe Plinium, quam de ſculptoribus, qui Auguſti aetate vixere, narrantem XXXVI, 4. 11. *Similiter Palatinas domos Caeſarum repleuere probatiſſimis ſignis Craterus cum Pythodoro, Polydectes cum Hermolao, Pythodorus alius cum Artemone, et ſingularis Aphrodiſius Trallianus*: ignoti aliunde ſculptores. Nolim tamen fidere interpretationi; nam *ſimiliter* refertur ad coniunctam plurium artificum operam, vt, paullo ante, in Laocoonte.

ORIGINES
VESTIGIA ET MEMORIAE
ARTIVM ET LITTERARVM
IN ITALIA ANTIQVA
PER TEMPORA SVA DESCRIPTAE.

Quoties de artium et litterarum per Italiam antiquam ſive ante Romam conditam ſiue per primas vrbis conditae aetates aut ipſe egi aut alios agentes perluſtraui, vidi plerumque nos haerere in ſynchroniſmo, quem vocamus, ſeu in rationibus temporum Italiae cum reliquorum populorum, Graecorum maxime, temporibus comparatis et ad conſenſum redigendis. Itaque hoc iam ante multos annos mihi ſepoſueram, vt temporum antiquiorum aliquem proſpectum tanquam in tabula proponerem, quo, vno obtutu, perluſtrare liceret rerum et litterarum per Italiam ortum ac progreſſum, aut eius ſaltem tanquam veſtigia, quae quidem in ſcriptoribus extarent; quorum quidem multa ſunt aut fabuloſa, hoc eſt mythica, antiqua fama aut ſcriptorum opinione propagata, aut rerum accurata cognitione et fide deficiente temere credita, ea tamen pleraque tantum ſparſim et ſingulatim notata, nusquam vno loco collecta aut ita recenſu facto expoſita, vt certos numeros et ordines inter ea conſtituere, temporumque pro-

ceſſum

ceſſum et ſuccedentium notitiarum ſeriem aut ipſas rerum viciſſitudines recte perſpicere liceat. Conſtitueram itaque tanquam tabulam chronographicam et hiſtoricam artium et litterarum per Italiam antiquam proponere, qua inſpecta memorias antiquas ad temporum ordinem digeſtas ac diſpoſitas haberent illi, qui de Etruſca, Romana et Graeca per Italiam antiquitate accuratiora ac veriora, quam adhuc factum eſt, diſputare vellent. Non itaque ipſe hiſtoriam ſum conditurus; verum antiquas rerum memorias, ad hiſtoricas et chronologicas criticasque rationes diligentius diſpoſitas, apponere decreui, vnde petant alii, qui hisce de rebus ad litterarum et artium hiſtoriam pertinentibus ſubtilius et diſertius agere volent. Nec enim haec aut ita ad liquidum perducta ſunt, vt nihil ſuperiorum temporum ſcriptis addi poſſit, nec noſtrorum hominum ſtudia aut ad leuia et e triuio petita depreſſa, aut ad friuola ac futilia adeo abiecta eſſe arbitror, quin doctiores litterae nanciſcantur inter nos ingenia generoſa, quae iterum ad antiquas litteras earumque viciſſitudines, auctus et defectus eorumque cauſſas cognoſcendas, ſe applicent, nec ſatis habeant, hoc praeſenti aeuo frui, ſed extendant vitam per omnia retro ſaecula, etiam vetuſtiora; hic enim demum eſt vitae fructus locupletiſſimus, complecti animo tempora ac vitas omnium ſaeculorum, quae ante nos effluxere, quorumque extat aliqua memoria. Itaque is, qui ingenium habet bonis litteris excultum, pro ſuorum ſtudiorum ratione ac modulo viuit modo cum Romanis, modo cum Graecis, modo cum Etruſcis, Aegyptiis,

Indis, et ſic porro, vitaeque quaſi vſum ampliſſimo foenore per omnem temporum et terrarum ambitum extendiſſe videri poteſt.

Loca inter montes Apenninos et mare inferum ab vltima memoria qui inſediſſe memorantur, ſunt *Siculi* et *Vmbri*. *Siculi*, Ibericae ſtirpis populus, *Vmbri* Gallicae gens, quae loca cis et vltra Apenninum tenuit. Vmbris ab oriente finitimi memorantur *Aborigines* ex ſtirpe *Auſonum*; *Auſones* tenuere omnem interiorem Italiam, niſi quod alii barbari, Illyricae forte originis, multa loca maxime maritima inſederant. Mature immigrauerunt *Pelasgicae* ſtirpis copiae, primi humanioris cultus inter ceteros auctores. Haec quidem per ſummam dicta rite colligi poſſunt ex iis, quae fama vetere accepta a ſcriptoribus, qui de his expoſuere, notata ſunt. Si tamen ſigillatim de his quaeritur, multa ſine famae certae auctoritate, ex opinione, temere, falſo, inter ſe repugnantia, memorata reperias: vt ea relinquenda et omittenda potius eſſe videantur, quam operoſe refellenda.

Multorum errorum fons eſt inter ipſos vetuſtiores ſcriptores, inde ab Herodoto I, 94. quod, *Tyrrhenorum* nomine decepti, hos aduenas pro *Lydis* habuere; enimuero fuerunt *Pelasgi* eodem nomine, qui partim Lemnum, Imbrum et nonnullas Thraciae ac Theſſaliae oras inſederant, partim praedandi cauſſa mare peruagati ſunt: diuerſi ab Etruſcis, qui proprio nomine Raſennae vel Turaſennae dicti in alterum nomen a Graecis Romanisque ſcriptoribus deflexi ſunt.

De

De *Siculis* non multum eſt laborandum; habitarant illi loca inter Tiberim et Lirim, et traiectu in Siciliam facto ceſſere Auſonibus: cf. ad Virgil. Aen. II. Excurſ. VIII. et de *Auſonibus* et *Aboriginibus* Exc. IV. ad Aen. VII. *Auſonum* ſtirps late per Italiam genus ſuum propagauit, variis nominibus. Nomen Auſonum tuebantur Cales in Campania cum aliis vrbibus, adhuc ſub belli Samnitici exordia, vrbs a Romanis capta V. C. 418. Liv. VIII, 16. et Auſonum gens deleta V. C. 440. ante C. N. 314. Liv. IX, 25. Celticae propaginis Auſonum gentem fuiſſe, coniectura eſt haud improbabilis. *Aborigines*, Auſonum, vt dictum eſt, populus, inſederant loca cis Tiberim, inprimis Latium, vnde hi ſaltem, qui has terras inhabitabant, dicti Latini.

Pelasgi partim inter Etruſcos conſederunt, ita vt in nonnullis tractibus, vt Faleriis et Agyllae, etiam praeualerent, in aliis permixtim habitarent; partim Vmbros ſedibus expulerunt, iunctis cum Aboriginibus armis, inter quos et ipſi in nouas ſedes recepti ſunt. Haec eſſe puta bella, quae narrantur, perpetua Tyrrhenorum cum Vmbris: Strab. V. p. 330. C. D. Plin. III, 14. ſ. 19. Late igitur, ſparſim tamen, Pelasgi per Italiam mediam habitarunt; etſi de eorum in Italiam aduentu vaga et incerta fama eſt: cuius tres modos memoratos videmus ap. Dionyſ. Halic. I, 11 ſqq. v. Excurſ. IV. ad Aen. VII. primam coloniam ab Oenotro ex Arcadia ductam XVII. ante bellum Troianum aetatibus:

pona-

ponamus *ante C. N.* 1694 *vel* 1643.

verum haec ex coniectura tantum appoſuit Dionyſius, nulla ſeu ſcriptorum fide ſeu fama accepta.

Viderat ille Catonem et alios ſcriptores Romanos tradere, Aborigines fuiſſe Graecos ex Achaia oriundos, eosque multis ante bellum Troianum aetatibus, πολλαῖς γενεαῖς, inde profectos: hoc vnde illi acceperint, aut accipere potuerint, cum haud appareat: Dionyſius de Pelasgis interpretatur, quos cum Oenotro in extrema Italiae ora ad Sinum Scylleticum appuliſſe XXX ante bellum Troianum aetatibus tradiderant Graeci ſcriptores. Quod tamen ipſum, etiamſi fidem aliunde haberet, ad illos Pelasgos, quos Aborigines in ſocietatem receperant, referri nequit: parum enim probabile eſt, Oenotri comites per tot diuerſos barbarorum populos tam longinquarum terrarum inde ab inferiore Italia ad Latium penetrare potuiſſe. Alteram Pelasgorum in Italiam migrationem acceperat Dionyſius (lib. I, 17.) eorum, qui a Deucalione fugati Theſſalia exceſſerant. Ponunt chronologi calculos

circa annum ante C. N. 1503.

Quo tempore iam Vmbros et Etruſcos loca cis Apenninum tenuiſſe ſtatuendum eſt, Auſonibus per finitima loca mediae Italiae habitantibus. Putandum ita eſt, Pelasgos, ſaltem nouos aduenas, iam tum meliore vitae cultu fuiſſe imbutos, cum Deucalion cum progenie Hellenum ab eo ducta in barbarorum numero eſſet habendus. Sane Pelasgica gens late per omnem Graeciam inde a Theſſalia et per Peloponneſum ſparſa, tribus habuit alias aliis

aliis aſperiores vel mitiores; habitabant quoque inter eos Thraces, e quibus Pieres humanitatis elementa aliqua habuiſſe videntur; cum vates eorum, in his Orpheus, et initiorum ritus memorentur: Vitae tamen melioris auſpicia repetuntur ab aduenis, in Attica Cecropis ex Saitide Aegypti, ante C. N. 1556. Cadmi Phoenicis in Boeotia a. 1493. in Peloponneſo ab acceſſu Danai cum Aegyptiis 1485. et Pelopis e Phrygia 1344. Attica per barbaros inhabitata, mox Ionibus accolis acceptis, cum antea ſparſim habitata eſſet, ſub Cecrope II. in XII demos collectis hominibus, vidit hos in vrbem, *ἄστυ*, Athenas, contractos a Theſeo circa a. 1234. ante C. N. *a*). Quae ſi compares cum fama altera antiquiſſima, Minoem, non illum antiquiorem, ad cuius annos referunt ferri fundendi artem a Dactylis Idaeis inuentam, circa a. 1406., ſed Minoem II. Cretae legibus dediſſe et mare nauibus tenuiſſe. (Thucyd. I, 4.) circa 1234 ante C N.: mirationem facit, Creticam diſciplinam ad vicinam Peloponneſum tam ſero penetraſſe, per Lycurgum demum, CCCLIII. fere annis ſerius, circa a. C. N. 881. ante Ol. pr. 105. porro fruges in Attica inuentas a. 1383. ducentis fere annis poſt Cecropem, qui tamen ex Aegypto aduenerat frugum cultu iam tum nobili. Notan-

dum

a) Reges Athenae habuere vsque ad Codrum a. 1091. Poſt cuius mortem fuere Archontes ab a. 1070. primo perpetui, tum inde ab Ol. VI, 3. ante C. N. 754. circa Romae initia, decennales, et inde ab Ol. XXIV, 1. ante C. N. 684, annui. Appoſita haec ſunt, vt vno obtutu tempora comprehendi mente poſſint.

dum quoque ad Minois II. tempora ſpectare primas ſculpturae origines, fabuloſas non modo Cretae et Athenarum, verum etiam Siciliae, et Iapygiae in Italia, in iis quae de Daedalo memorantur, circa ante C. N. 1234.

Inter haec in loca Etruriae finitima veniſſe narrantur alii Pelasgi ex Arcadia cum Hellenibus permixti duce Evandro, Pallantio profecti: itaque Pallantium ſeu Palatium, in monte inde Palatino dicto, ad Tiberim condiderunt, annis ante captam Troiam LX.

ante C. N. 1244.

Ab Evandro litteras in Italiam illatas eſſe credidit antiquitas.

Paucis annis poſt Evandrum Hercules cum Hellenibus nonnullis haec eadem ad Tiberim loca adiiſſe fertur, redux ex Iberia, per Celtas et Ligures, Italiaque peragrata fretum Siculum traiiciens; e quibus fabuloſe traditis nullius rei argumentum duci poteſt. Herculem quidem iam tum ab Evandro ſacratum eſſe memoratum eſt a Romanis; vt e Virgilio conſtat, et Plinio XXXIV, 16. Ab hac Herculis per Italiam profectione fabuloſa origo petitur Herculanei: Dionyſ. I, 44. Magis exploratum hoc, quod Herculaneum et Pompeios tenuere olim Oſci, qui ex Auſonibus fuere, tum Etruſci et Pelasgi, tandem Samnites, et poſt hos Romani: Strabo V. p. 378. B. (p. 247.)

Ante C. N. 1198.

prima Carthaginis exordia tradita; altera CLXXIII annis ſerius: ante C. N. 1025; tertia Carthaginis

nis epocha eſt ante C. N. 861. v. Excurſ. I. ad Aen. IV.

Ante C. N. 1184. *Troia capta.*

Inde *Aeneae* et *Troianorum* aduentus in Latium fama acceptus. *Mezentius*, Etruſcorum rex, et quidem Caeretanorum, cum Rutulorum rege Turno Ardeae in Latio, arma iunxit aduerſus Latinos, ſeu Aborigines, ſub Latino rege, cum Troianis aduenis foedere iunctos: ante C. N. 1176.

A Pyliis, qui cum Neſtore a Troia redierant, *Metapontum* ferebant extructum in extrema Italia: Strabo VI. p 406. A. Iuſtin. XX, 2. Sed vulgaris ea vrbium Magnae Graeciae fuit vanitas, vt origines ſuas repeterent a Troianis temporibus. v. Excurſ. IV, ad Aen. VII. Fuit ea vrbs Achaeorum colonia: v. Strabo l. c. Livius XXV, 15, 7.

Ante C. N. 1104. annis poſt Troiam captam 80. ante Olympiadem pr. annis 328. facta κάθοδος Ἡρακλειδῶν, aduentus in Peloponneſum Dorienſium cum Heraclidis; inde expulſi ſedibus ſuis Achivi, fortunarum euerſio, factaque omnium rerum conuerſio, reducta barbaries. At Herculis nomen coepit magnum et inſigne eſſe, eiusque res ſerius per poetarum ἔπη celebrari; vnde Ἡράκλειαι Piſandri, Steſichori, Panyaſis, Rhiani. Inde argumenta petita a ſculptoribus et pictoribus multorum operum etiam in Italia.

Ante C. N. 1070. Codrus Heraclidas fines Atticos adortos vincit, ipſe ſe deuouet. Medon primus Athenis Archon: *Ea tempeſtate et Tyria claſ-*

ſis,

ſis, plurimum pollens mari, in vltimo Hiſpaniae tractu in extremis vrbis noſtri oris, Gades *condidit. Ab iis dem paucos poſt annos in Africa Vtica condita eſt CCLXXXVII annis ante Carthaginem:* vti ex Phoenicum annalibus notat auctor de mirabil. audit c. 146. interuallo XX fere annorum, pro communi computo epochae tertiae Carthaginis conditae circa ante C. N. 861. infra memorandae.

Ante C. N. 1044.

Deductae coloniae Ionum in Aſiam; nono autem, qui anteceſſit, anno conditae *Cumae* in Italia ab Hippocle, Cuma Euboeae (Κύμη) oriundo, et a Megaſthene, Chalcidenſi: Chronic. Euſeb. Hieronymi Nr. 966. Strabo V, p. 372. B. antiquiſſimam omnium Sicularum et Italicarum a Graecis deductarum coloniarum Cumas perhibet. cf. Vellej. I, 4 pr. Tenebant ea loca tum Auſones et Opici ſeu Oſci. Nec recte Salmaſ. ad Solin. p. 51. 52, Virgilio epico poeta potiore auctore habito, Cumas ante Troiam captam conditam eſſe cenſet; etſi Oſcorum habitationes iis locis iam tum eſſe potuere. Cumaei initio proſperas res habuere; tenebant quoque campos Phlegraeos ſoli fertilitate celebres; poſtea autem Campani occupata vrbe fortunas eorum euerterunt. Ait tamen Strabo V. p. 373. A. ſua etiamnum aetate haberi multa Graecae culturae, religionum et inſtitutorum, veſtigia.

Pars Cumaeorum magno poſt interuallo Neapolin condidit: Vellej. l. c. Liv. VIII, 22. Strabo V. p. 377. A. ſcilicet *Parthenopen,* quae *Palaepolis* dicta eſt

ex eo tempore, quo noua vrbs condi coepta , *Neapolis* dicta.

Incrementa vrbs a diuerſis colonis habuit: ex illi in factiones diſciſſi Campanos, quibus adic pro inimiciſſimis vſi erant, in ciuium numem receperunt: Strabo l. c., quod tamen ad mnitium tempora referendum eſſe, infra patebit. x his licet cauſſas petere, cur vaſorum Campanom tam diuerſa ſint picturae ac ſculpturae arguenta fabulaeque.

Cenſorinus c. 17. de die natali, ex antiquiobus, e Varrone forte, refert, *in Tuſcis hiſtoriis octo ecula ei genti* (Etruſcorum) *data eſſe, octauum tum um agi*, ſcil. cum illae hiſtoriae ſcriberentur, riptas autem eas faeculo octauo, Varronem teari; *nonum et decimum ſupereſſe: quibus transactis em fore nominis Etruſci.* Confictum haud dubie oc vaticinium, vt alia plura, ex ipſis rerum euens. Nam ſi Plutarchum in Sulla (Tom. I. p. 456. A. rf) et in Svida ſeruatum fragmentum antiquioris riptoris, in Σύλλας, compares, ſaeculum octaum anno V. C. 666. ante C. N. 88. L. Sulla Pompeio Coſſ. exiiſſe viſum erat auſpicibus truſcis. Quod ſi numeros et ſpatia aetatum meorata retro perſequimur, incidimus in

an. ante C. N. 992. ante V. C. 239.

quo aruſpices Etruſcos rerum Etruſcarum initia uxiſſe videntur. Saltem rem Etruſcam tum aut rimum conſtitutam aut eximie auctam eſſe proabile ſit *b*).

Ab

b) Incidit quoque in hunc calculum Freret *Mem. de l'Acad. des Inſcr.* Tom. XVIII. p. 100. In Diſſ. dell'

Ab his inde temporibus Etruſci eas opes ſ
parare coepere, quibus ante Romanorum o
auctas plurimum polluerunt per totam Italia
coloniis in varias partes deductis, in quibus ea
dem reipublicae formam conſtituiſſe videntur, qu
ipſi domi habebant; etenim in XII ciuitates c
ſcripſerant cum loca vltra Padum, tum Cam
niam: Polyb. I, 17. Claſſicus locus eſt Livii V, 3
"*Tuſcorum ante Romanum imperium late terra mari*
opes patuerunt, mari ſupero inferoque; quantum pot
rint, nomina ſunt argumento, quod alterum Tuſcu
communi gentis vocabulo, alterum Adriaticum mare,
Adria, Tuſcorum colonia, vocauere Italiae gentes.
Ii in vtrumque mare vergentes, incoluere vrbibus du
denis terras, prius cis Apenninum, ad inferum ma
poſtea trans Apenninum, totidem, quot capita origi
erant, coloniis miſſis, quae trans Padum omnia lo
excepto Venetorum angulo, qui ſinum circumcolunt m
ris, vsque ad Alpes tenuere (cf. Iuſtin. XX, 5, 9.
Alpinis quoque ea gentibus haud dubie origo eſt, m
xime Rhaetis, *quos loca ipſa efferarunt, ne quid*
antiquo, praeter ſonum linguae, nec eum incorrupt
retinerent." De Rhaetis eadem fere Iuſtin. l.
XX, 5. Plin. III, 20. ſ. 24. Ex Liviano lo
ſaltem haec tenebimus: primo, mature Etruſc
loca inter Alpes et Apenninos tenuiſſe et XII co
loniis frequentaſſe. Itaque videmus Gallos, q
circa an. V. C. 164. ante C. N. 590. in Italia
Alpi

dell' Accad. di Cortona Tom. VIII. eſt diſſ. XI. *ſopr*
l'anno magno degli Etruſchi. Praeſtat tamen adi
ipſa veterum ſcriptorum loca, quam ariolationes h
cognoſcere.

pibus ſuperatis ingreſſi ſunt, ſaepe cum iis pugna-
ſe. Secundo, Adriam inter eas colonias fuiſſe,
ias Tuſci in his locis tenuere. Livius I, 33.
driaticum mare, ab Adria Tuſcorum colonia. Plin.
I, 29. *nobili portu oppidi Tuſcorum Atriae, a quo
triaticum mare antea appellabatur, quod nunc Adria-
um.* Ibidem, enumeratis Padi oſtiis, *omnia ea
mina foſſasque primi a Sagi* (oſtio) *fecere Tuſci,
eſto amnis impetu per transuerſum in Atrianorum pa-
des, quae ſeptem maria appellantur.* Porro ex loco
iviano diſcimus, incoluiſſe Etruſcos vrbibus duo-
nis terras prius cis Apenninum, ad inferum mare,
oſtea trans Apenninum totidem quot capita origi-
s erant coloniis miſſis. Cum alia ſint argumenta,
iibus Etruſcos, Raſennas dictos, Alpibus traiectis
loca circa Padum veniſſe, inde Apennino tra-
cto ad mare inferum perueniſſe, rite colligas:
obabile fit, cum in prima incurſatione prioribus
dibus relictis ad vlteriora loca pergere adſueuiſ-
nt, eodem modo, quo poſtea Galli, et ſerius
mbri (Plutarch. in Mario p. 411 C.), eos poſtea,
cis ad inferum mare per aliquantum temporis in-
ſſis, recordatos priſtinarum ad Padum ſedium
iſiſſe colonias in iſta loca, iterumque ea occu-
iſſe. Ita vtraque narratio fundum habuiſſe videri
oteſt idoneum. In his coloniis fuit princeps *Fel-
ia*, Plin. III, 20. *Coloniae: Bononia Felſina voci-
ta, cum princeps Etruriae eſſet*, et c. 23. *Mantua
uſcorum trans Padum ſola reliqua.* Coloniae illae,
iod Livius teſtatur, trans Padum loca omnia,
cepto Venetorum angulo, ad Adriaticum mare,
que ad Alpes tenuere. Itaque nec mirum, eos

Cc 2 Gallis

Gallis Taurino ſaltu in Italiam transſcendentibu ad Ticinum occurriſſe: Liv. ibid. c. 34.

De iisdem locis inter Apenninum et Alpe Etruſci cum Vmbris diu pugnarunt: Plinius III ſ. 19. "*Ab Ancona Gallica ora incipit, Togat Galliae cognomine Siculi et Liburni plurima eius tra tenuere, inprimis Palmenſem, Praeturianum, Adr numque agrum. Vmbri eos expulere, hos Etrur hanc Galli. Vmbrorum gens antiquiſſima Italiae exi matur. — Trecenta eorum oppida Tuſci debel reperiuntur. Nunc in ora flumen Aeſis. — Ameri Cato ante Perſei bellum conditam annis* IↃCCCCLX *prodidit.* (964, qui anni, ante V. C. 586. ant C. N. 168. nos retrahunt in an. 1132 ante C. N eoque in tempora, quorum vix vlla certa ſupe fuit memoria.) Apud Strabonem V. p. 331. *Ariminum Vmbrorum eſt colonia* (κατοικία, condi ab iis vrbs) *vt et Ravenna;* vtraque Romanos ac cepit colonos (ἐποίκους). Adiiciamus ad ſuperi dicta Strabonis verba: ibid. p. 330. *Romanis,* i quit, *Vmbrica gens admixta, alicubi etiam Tyrrhe Vmbri enim et Tyrrheni, antequam Romanorum au fuit potentia, diu de principatu inter ſe contenderu cumque Tiberi fluuio diuiderentur, facile vltro citro bellum inferebant.* Narrat porro, vtrumque popu lum, inuidentem alterum alterius opibus, barb ros circa Padum habitantes armis eſſe adortum ita eueniſſe, vt multae in iis terris ſint Etruſcorum multae Vmbrorum coloniae, plures tamen Vm brorum, quippe qui iis locis ſint finitimi, qu fiat, vt, cum Romani iis terris potiti, varias qu

de

em colonias in eas miſerint, habeantur quidem mnes nomine Romani, ſint tamen non minus artim Vmbri, partim Etruſci, quemadmodum unt Veneti, Ligures et Inſubres.

Per CC. annorum et quod excurrit ſpatium Etruſcorum et Vmbrorum res per Italiam virium rmamenta ac praeſidia ſunt nactae. Quae ſi attentiore mente contemplatus fueris, facile perſpiias, vana eſſe ſomnia de artium in Italia, inter Etruſcos praecipue, antiquiſſimis, quas viri docti onſtituunt, originibus et incrementis. Elementa itterarum artiumque et rudimenta per has aetates oſita eſſe credere licet a populis barbaris; at iidem, n tot faeculorum progreſſu, etiam cum luxu difluerent, aruſpicinae ſuperſtitionibus foede ſeruienes, vix ingenia magnarum rerum capacia aut haere, aut ferre, inter ſe potuere. Quod mythos Graecanicos attinet, non apparet, quomodo iam um ſignis ac picturis ii reddi potuerint inter hoaines omnium litterarum et notitiarum rudes.

Per has primum aetates Homericis carminibus ſſignantur ſua tempora circa ante C. N. 907 rebus onum florentibus, eadem fere Heſiodo; narratur phitus ludos Olympicos inſtituiſſe, viginti fere anis poſt, et 108 ante Olympiadum initia; Lycurgus eges tuliſſe, Thales Cretenſis, μελοποιὸς ἀνὴρ καὶ ομεθετικὸς (Strabon. X. p. 738. C.) vixiſſe, et uae alia a Graecis in hoc temporum interuallum eferri ſolent. Rhodii autem multis iam ante Olympiadem primam annis ferebantur vsque ad Hiſpanias nauigaſſe, ibique Rhodum condidiſſe,

 quam

quam poſtea Maſſilienſes tenuere, Parthenopen in Opicis, et, vna cum Cois, Elpias in Daunia: h. e. Salapiam in Apulia; quin et ipſas inſulas Baleares, tradente Timaeo, Gymneſias Graecis dictas; con ſediſſe etiam nonnullos ad Chonen apud Sybarin Strab. XIV. p. 967. cf. Nov. Comment. Societat Tom. II. p. 42 ſq. *Cumarum* origo multo antiquior ſupr. p. 400. v. Opuſc. Vol. II. p. 267. de Cumi cf. infr. ad a. 524. 506. 474. 420.

ante C. N. 801.

condita ſecundum nonnullos *Capua* et *Nola* Tuſcis: Vellej. I, 7. De Capua cf. inf. ante C. N 471 et 423. Ante Etruſcos haec loca circa Cra terem, h. e. a Miſeno vsque ad Minervae promon torium, tenebant Oſci et Auſones, eiusdem ſtirpi populi: v. Strabo V, p. 371. A. B. vbi narratum memorat, eos primum expulſos a Cumaeis, ho ab Etruſcis; ab his XII vrbes conditas eſſe, qua rum Capua caput eſſet. De Nola autem Solin. c *Nolam a Tyriis conditam.* Salmaſ. *a Thuriis* corri git; immo vero legendum *a Tuſcis*, praeeunte iam Muffeo. Iuſtin. XX, 1. *Nolanos Chalcidenſium* co lonos appellat; recte et hoc, et temporum hau dubio ſucceſſu; nam Graecos in iis terris conſe diſſe, teſtatur vaſorum pictorum copia circa e loca reperta. Ex XII his vrbibus pleraeque in teriiſſe videntur iam ante ea tempora, quibus Roma norum coloniis frequentata eſt Campania. Habita itaque merito apud Romanos pro antiquiſſimis tem poribus ſunt ea, in quibus Oſci et Tuſci Campa niam inſederant, et ignotae ipſis eſſe debuere ori

ginis

;inis monumenta, quae ex temporibus ante Çampanos et Samnites ſupererant. Tenuere Tuſci has erras vsque ad Silarum fl. Plin. III. ſ. 10. *A Surrento vsque ad Silarum amnem XXX M. paſſ. ager Picentinus fuit Tuſcorum;* addit eum inſignem eſſe templo Iunonis Argiuae, qualis etiam Faliſcis fuit; b Iaſone ille conditus, ex praua opinione, quam upra memoraui p. 399.

Ante C. N. Olymp. I ante V. C. 23.

Circa haec tempora, Ol. III. et IX., vixiſſe feruntur *Cynaethus*, Lacedaemonius, Telegoniae, ſeu Heracleae auctor, *Eumelus* et *Arctinus*, poetae, ille Bugoniae et Europae, item προσωδίου εἰς Δῆλον, hic Aethiopidis, et Ἰλίου πέρσιος, auctor habiti. Eumeli verſus inſcripti erant arae Cypſeli.

Circa Olympiades primas triremis prima fabricata eſt Athenis ab Aminocle Corinthio: cf. Comment. II. de Epochis Caſtoris p. 48.

Ante C. N. 754. Olymp. VI, 3.

Roma condita ex epocha Varroniana, e qua procedit a. I. ab V. C. ante C. N. 753. Ol. VI, 4. emendatiore, quàm Catoniana aera, quae procedit ab Ol. VII, 2. Eodem anno Ol. VI, 3. Antimachus Teius, ἐποποιὸς, defectum lunae notauerat in carmine, Plutarch. Romul. p. 24. A.

Romulum ferunt Gabiis Graeca diſciplina imbutum Plutarch. in Romulo p. 20. C. Dionyſ. Hal. lib. I. c. 84. Victor. O. P. R. 21. e Valerio Antiate. haud dubie ex praeconcepta opinione originum Romanarum a Graecis petendarum; etſi

Gabiis ille inſtitui potuit. Ceterum Romani ab Albanis oriundi generis Latini erant; ſed ex mixta cum aduenis ſtirpe; nam Latini erant quidem Aborigines, ſeu Auſones, cum Pelasgis tamen permixti. Si verum eſt, Evandro duce Arcadas Pallantium in Palatino monte condidiſſe, et Troianos ad iittus Latii acceſſiſſe; etiam hinc aliquid peregrini admixtum eſſe debuit. Litterarum formas iam ante haec Pelasgi inferre potuere: antiquiores tamen eas, Phoeniciis ſimiles, quae etiam per Etruriam, hinc quoque in Gallias, propagatae fuere; nec abhorrent veteris Hiſpaniae characteres, ſi Mahudelii tabulas et Ioſephi Velasquez *Enſayo ſobre los Alphabetos — en Eſpanna* inſpexeris. Nec tamen bibliothecas e veſtigio conditas aut libros contextos eſſe putabimus, quoties ſcripturam innotuiſſe audimus.

Ante C. N. 750. *Ol. VII*, 3.

Mileſii obtinuere mare, et Naucratin in Aegypto condiderunt. v. de Caſtoris epochis Comment. II. p. 50 ſq.

Iam abſoluta erat pictura, etiam in Italia; ſunt verba Plinii XXXV, ſ. 6. *extant certe hodieque antiquiores vrbe picturae* Ardeae *in aedibus ſacris,* in parietibus puta, *quibus equidem nullas aeque demiror tam longo aeuo durantes, in orbitate tecti veluti recentes;* ſimiliter Lanuuii, *vbi Atalanta et Helena cominus pictae ſunt nudae* (vides fabulas antiquas Graecanicas iam iſta aetate in Latio) *ab eodem artifice, vtraque excellentiſſima forma, ſed altera vt virgo; ne ruinis quidem templi concuſſae.* (Fac modum excedi in vetuſtate aſſe-

aſſerenda; debuere tamen eſſe ſatis antiquae artis veſtigia.) *Caius princeps eas tollere conatus eſt, libidine accenſus, ſi tectorii natura permiſiſſet. Durant et* Caere, *antiquiores et ipſae; ſatebiturque quisquis eas diligenter aeſtimauerit, nullam artem celerius conſummatam, cum Iliacis temporibus eam non fuiſſe appareat.* Ardeatis pictoris nomen ſeruatum in epigrammate, quod Plinius adſcripſit eod. lib. ſ. 37, quod tamen ſerius aeuum prodere videtur hominis Romana ciuitate donati; eſt illud, *M. Ludius Helotas, Aetolus.* Extat quoque Epigramma in Anthol. Lat. lib. I, 61. in quo in metrum redigendo exerceat ſe, qui volet.

Romulo copias ex Etruria adduxiſſe narratur Coele Vibenna, Lucumo; data iis ſedes in monte Coelio et Vico Tuſco: Varro de LL. IV. p. 14. ed. Dordr. Tacit. Ann. IV, 65. et Tabulam Lugdunenſem ex aere. (ad Taciti Ann. XI, 24. ed. Ern.)

Primi inter Etruſcos Veientes, belli Fidenatis contagione inuitati, arma ſumunt aduerſus Romanos. Agri parte multatis induciae in C annos datae. Liv. I, 15. Dionyſ. II, 53-55.

ante C. N. 741. V. C. 13. Ol. IX, 4.

ex Vallarſii rationibus; Ol. XI, 1. ſecundum Scaligeri numeros Euſebianos: *Naxus* condita in Sicilia, a Chalcidenſibus; *prima quidem vrbium, a Graecis in Sicilia conditarum:* Thucyd. VI, 3. Ne hoc maturius fieret, impedimento fuere Tyrrhenorum per mare praedationes, Strabo VI. p. 410. (267. C.) ſeu Pelasgici illi fuere, ſeu, quod probabile ſit,

Etruſci, qui aduenas haud ferebant inſulas et littora huius maris adeuntes: quod ex Ephoro memorat Strabo e. l. Idem alio loco lib. V. p. 336. (p. 219.) earundem praedationum meminit, et ex iis ſuſpicatur, foedus XII ciuitatum Etruriae iam tum diſſolutum eſſe videri, ita, vt barbaris vicinis, agros ſibi eripientibus, vires coniunctas opponere non poſſent, et agris amiſſis ad latrocinia maritima ſe conuerterent. Argumentatio haec eſt Strabonis, non fides hiſtorica. Caeterum Phoenices, et cum his Poeni, iam tum a multo inde tempore Siciliam coloniis frequentauerant.

Ante C. *N*. 736. *V*. C. 18. *Ol*. *XI*, 1.

Syracuſae in Sicilia conditae, proximo a Naxi initiis anno, vt Vallarſ. correxit, recte, ſi Thucydidem inſpexeris VI, 3. cum Euſeb. Scaligeri in annum 4. reiiceret; ſed variant quoque Hieronymi codd. Marmor Arundelianum in Ol. V, 3. retraxerat.

Anno poſt Syracuſas conditas *quinto*, a. 731. Chalcidenſes Naxo profecti, Siculis pulſis, *Leontinos* condiderunt, et poſt eos, *Catanam*. Catanae aliisque per Siciliam et Italiam ciuitatibus Chalcidicis leges ſcripſit Charondas Catanaeus: Ariſtot. de Rep. II, 12. quas etiam Thurii adſciuerunt. De his v. Vol. II. Opuſc. p. 266 ſqq. 156 ſq. 76.

Ante C. *N*. 720. *V*. C. 34. *Ol*. *XV*, 1.

Sybaris condita ab Achaeis adſumtis Troezeniis. Euſeb. Hieronymianus Olymp. XVII, 4. Scaliger XIX, 2. *Croton et Parium et Sybaris conditae.* At

Parium

Parium corrupte memoratur: forte ad *Sybarin* aliquis adſcripſerat *Thurium*: v. Opuſc. Vol. II. p. 126 ſqq.

Romuli, cuius mors ad Ol. XVI, 1. V. C. 38. ante C. N. 716. ſolet referri, *ſtatua erat in Capitolio ſine tunica*: Plin. XXXIV, 6. ſ. 11. qui eam ipſis Romuli temporibus poſitam videtur putare. Miror Plinio non ſubortam eſſe ſuſpicionem, an non ſeriorum ea opera temporum fuerint; nam ſtatuas Romuli paſſim Romae occurriſſe facile credas, etiam Plutarcho teſte p. 27. D. E. qui pedeſtres et triumphales (τροπαιοφόρους) fuiſſe omnes aſſerit. De Romuli et Camilli ſtatuis ſimilia ſibi perſuaſerant alii, vt Aſcon. ad Cic. pro Scauro extr. Veniam facile dabimus aliis; Plinio ſaltem ea dubitatio in animum venire debuerat. At ille tanquam aetate pares ſtatuas Numae, Tarquiniorum et Servii Tullii, memorat: XXXIII, 4. 5, alias XXXIV, ſ. 11, 13. *c*). Atti Navii ſtatuam Tarquinii Priſci aetate poſitam, cum eo etiam Liv. I, 36. Dionyſ. III, 71. Omnino

c) S. 11. — "et Atti Navii ſtatua fuit ante Curiam, — fuit et Herodori in Comitio, legum, quas Decemuiri ſcribebant, interpretis, publice dicata. Alia cauſſa, alia auctoritas M. Horatii Coclitis ſtatuae, quae durat hodieque. Equidem et Sibyllae iuxta Roſtra eſſe non miror, tres ſint licet — primas putarem has et Atti Navii, poſitas aetate Tarquinii Priſci, niſi regum antecedentium eſſent in Capitolio: Ex his Romuli eſt ſine tunica, ſicut et Camilli in Roſtris; et ante aedem Caſtorum fuit Q. Marcii Tremuli equeſtris togata — (v. infr. ad a. 306.). Inter antiquiſſimas ſunt et Tulli Cloelii, L. Roſcii, Sp. Nautii, C. Fulcinii in Roſtris, a Fidenatibus in legatione interfectorum (infr. 438.). De Cloeliae ſtatua equeſtri v. infr. ad a. 506. De legatis ad Teutam v. ad a. 230.

Omnino Plinius, cum a diuerſis auctoribus diuerſimode tradita ante oculos haberet, paſſim repugnantia inter ſe appoſuit. Idem antiquiores quoque vrbe ſtatuas memorat, *Herculis in foro boario, ab Evandro ſacrati, vulgo triumphalis dicti; Iani gemini, a rege Numa dicati, digitis numerum 365 referentis:* XXXIV, c. 7. ſ. 16. Simili incuria Dionyſ. Hal. II, 54. narrat Romulum Camarina Albanorum colonia euerſa triumphaſſe et ex manubiis quadrigas aeneas Vulcano dicaſſe, iuxta collocata ſtatua ſua; et, quaſi ipſe haec fecerit Romulus, addit eum inſcripſiſſe res a ſe geſtas litteris Graecis: *ἐπιγράψας Ἑλληνικοῖς γράμμασι τὰς ἑαυτοῦ πράξεις.* Ita ſtatuendum ſaltem hoc, extitiſſe in templo Vulcani tale ſignum antiqui operis. Conflagrauit templum ſub Nerone. Plutarchus p. 33. A. memorat quadrigas ex aere in praeda Camarinae in vrbem abductas in templo Vulcani dedicatas cum ſtatua Romuli a Victoria coronati.

Per haec tempora in Aſiae ora prima artium ſpecimina memorantur inter Lydos, pro donariis Delphos miſſa, inprimis a Gyge, Lydorum rege, qui ſucceſſit Candauli Ol. XV, 2. ante C. N. 719. V. C. 35. fuſa ea ex auro, argento et aere; vaſa primum et vtenſilia, inde ſigna: hactenus conuenit, quod etiam in Italia Plinius ait XXXIV, ſ. 9. poſt vaſa, triclinia, tripodas et alia, — *tranſiit deinde ars vbique vulgo ad effigies deorum;* — *tranſiit et ab diis ad hominum ſtatuas atque imagines multis modis.* Picturae quoque iam tum memorabilia erant opera. Sculpta e ligno ſigna multo ante

erant

erant facta. De his v. ſupra *de artium inter Graecos temporibus* p. 347 ſqq.

Ante C. N. 717. *V. C.* 37. *Ol. XV*, 4.

Numa Pompilius rex; Curibus Sabinis arceſſitus, omnis diuini atque humani iuris conſultiſſimus, vt Pythagorae diſcipulus haberetur; hoc quidem perperam; potuit tamen iam tum in Sabinis eſſe ſapientiae diſciplina aliqua ſimilis ei, qua Pythagoras aliquot aetatibus poſt inferiore Italia fuit celebratus. Ad eum tanquam auctorem religionum et ſacrorum inſtituta a Romanis referri ſolent, fama et opinione.

Numa ſeptimum *collegium figulorum* inſtituit, ob figlinarum opera in ſacris profaniſque vſu frequentata; etiam fictilia deorum ſimulacra Plin. XXXV, ſ. 46. *Veturius Mamurius*, qui ancilia fabricauerat, ex aere Vertumnum fecerat, qui in Tuſco vico ſtabat: de quo Propert. IV. El. 2. in pr. 49 ſq. 59 ſq. Refert quoque ad Numae tempora *Atti Nauii ſtatuam, quae fuit ante Curiam* (in foro Romano) Plinius XXXIV, ſ. 11, idem paullo poſt, cum tres Sibyllae ſtatuas memoraſſet, pergit: *primas putarem has, et Atti Navii, poſitas aetate Tarquinii Priſci, niſi regum antecedentium eſſent in Capitolio; ex his Romuli eſt ſine tunica.* — Quid de his ſtatuam, dictum eſt paullo ante.

Numae libri memorantur, ſed ſuppoſititii, V. C. 573. ante C. N. 181. inuenti et combuſti. v. Liv. XL, 29. Plutarch. in Numa ſ.

Per Numae tempora nouae Graecorum in Italiam et Siciliam immigrarunt coloniae:

Ante

Ante C. N. 710. *V. C.* 44. *Ol. XVII*, 3.
Condita *Croton*, Achaeorum colonia; v. Opuſc. Vol. II. p. 178 ſqq. p. 201.

Ante C. N. 707. *V. C.* 47. *Ol. XVIII*, 2.
Tarentum conditum a Partheniis Phalantho duce Lacedaemone profectis: v. ibid. p. 217 ſqq. Colonia Dorici generis.

Ante C. N. 688. *V. C.* 66. *Ol. XXIII*, 1.
Gela condita, colonia Dorica; annis XLV poſt Syracuſas habitari coepit, Thucyd. VI, 4. Annis abhinc propemodum CVIII. ante C. N. 580. Geloi *Agrigentum* condiderunt. ibid. p. 260.

Circa Olymp. XXIII. *Archilochus*, Parius, poeta lyricus, claruit, carminis Iambici inuentor, v. Corſin. ad e. a. Cicero Tuſc. Qu. I, 1. *Archilochus* (fuit) *regnante Romulo*. et Olymp. XXIII, 4: bellum Meſſeniacum alterum, in quo *Tyrtaeus* poeta lyricus virtutem Spartanam cantu incendiſſe memoratur.

Ante C. N. 683. *V. C.* 71. *Ol. XXIV.*
Locri conditi in Italia ad promontorium Zephyrium: Strabo VI, p. 397. C. deducta in haec loca erat colonia a Lacedaemoniis iam ſub rege Polydoro, qui circa Ol. XIV, 1. obiit: Pauſan. III, 3. v. Opuſc. Vol. II. p. 46 ſq. cf. p. 18 et p. 9. Zaleuci legibus, quas ille ſcripſiſſe fertur Olymp. XXIX, V. C. 90. ante C. N. 664. ſtetit respublica Locrorum per CCCXXVII annos; nam ſoluta eſt Dionyſii iunioris inſidiis Olymp. CVI, 1. ante C. N. 356. Strabo VI. p. 397. cf. Opuſc. ibid.

Ante

Ante C. N. 672. V. C. 82. Ol. XXVII, 1.
Tullus Hoſtilius rex. Ceterum, numeros hos ſerius eſſe inuentos etſi haud dubitem, vtendum tamen iis eſt ad ſeriem et ordinem rerum certo modo figendum et conſtituendum, quem alioqui nullo modo tenere liceret. Sub eo V. C. 90. Veientes, Fidenatibus defectionis conſilii ſocii, caeſi. Fidenae a Tullo captae. Alba Longa diruta: Dionyſ. III, 22. Liv. I, 27.

Iam videamus rerum et ingeniorum inter Graecos per haec tempora profectus. Ante C. N. 664. V. C. 90. Ol. XXIX, 1. praelium nauale omnium vetuſtiſſimum factum inter Corinthios et Corcyraeos: de quo v. Commentat. de Caſtoris epochis Tom. II. nov. Comment. Soc. Gott. p. 51. Eodem anno Pauſan. IV, 23. Meſſenios profugos *Zanclen* occupaſſe tradit Pauſan. IV, 23. At v. infr. ad a. 476. Eadem Olymp. XXIX. *Arion* Methymnaeus cithara agonem in Sicilia vicit.

Ante C. N 658. V. C. 96. Ol. XXX, 3.
Cypſelus Corinthiorum tyrannide potitus. Bacchiadae fugati, in his *Demaratus*, Tarquinii pater: v. infr. ad a. 617. Tenuit Cypſelus regnum vsque ad Olymp. XXXVII, 4. Cypſeli arca, anaglyphis ornata, Olympiae dedicata, inter prima Graecae artis exempla notabiliora habita. v. ſupr. de artium inter Graecos temporibus p. 351. 352. His temporibus vixit *Leſches*, Lesbius, paruae Iliadis auctor; floruit item *Alcman*, lyricus poeta. Memoratur ante C. N. 648. V, C. 106. Ol. XXXIII. *Piſander* Camirenſis, Heracleae auctor, poeta epicus;

cus; ante C. N. 644. V. C. 110. Ol. XXXIV. *Terpander* lyram ex quaternis fidibus ſeptichordam fecit: quam, *barbiton* proprie dictam, in omnibus ſacris Romae patrio ritu ſeruatam notat Dionyſ. Hal. VII, 72. cum inter Graecos eius vſus iam tum exoleuiſſet.

Ante C. N. 640. V. C. 114. Ol. XXXV, 1.

Ancus Marcius Romanorum rex. Ab eo *Veientes* iterum debellati ante C. N. 627. V. C. 127. Ol. XXXVIII, 2. Silua Maeſia iis ademta Dionyſ. III, 41. Liv. I, 33. Idem Ancus aduerſus Etruſcorum latrocinia, negotiatores in Tiberi infeſtantium, Ianiculum muniit, et in ore Tiberis Oſtiam condidit, Romanisque nauale conſtituit: Liv. I, 31, Dionyſ. III, 44. Arguunt narrata haec artes mercatorias Etruſcorum aduerſus vicinos libertatem commerciorum ſibi vidicantes.

Per haec tempora Battus, Thera profectus, Cyrenen condidit ante C. N. 632. V. C. 122. Ol. XXXVII. v. Bouhier diſſ. Herodot. p. 149. Eadem Olympiade Samii nauigatione in Aegyptum inſtituta aduerſis ventis curſu deiecti extra Herculis columnas delati ſunt: v. Herodot. IV, 152. cf. ſup. p. 357 extr. Comment. de Caſtoris Epochis Tom. II. p. 61 ſq. p. 59.

Ante C. N. 617. V. C. 137. Ol XL, 4.

Tarquinius Romanorum rex, Demarati Corinthii, e Bacchiadarum gente, patria profugi filius. Demaratus antea negotiationem ad Etruriae emporia exercuerat, mox, cum Bacchiadae Cypſeli tyran-

nide

ıide oppreſſi eſſent (Ol. XXX, 3.), Tarquiniis :onſederat. Eo mortuo Lucumo filius ſuperſtes, Etruſca et Graeca diſciplina nutritus, cum vxore Tanaquil, ſeu Caia Caecilia, diſciplinae auguralis :onſultiſſima, Romam ſe contulit. Dionyſ. III, 46. Liv. I, 34. Demarato Corintho fugienti *Cleophantum* ıliquem, Corinthium, pictura clarum, comitem fuiſſe, : Cornelio Nepote memorat Plin. XXXV, 3. ſ. 5. ıbi de picturae originibus agit. Ex eodem Plinius ıauſiſſe videtur, quae c. 12. ſ. 43. adſcripſit: De-naratum — *comitatos fictores Euchira* et *Eugram-num* (fabuloſa nomina, ſi recte cenſeo), *ab iis Ita-iae traditam plaſticen.* Sufficit ex his intelligi, cre-litum eſſe, picturam iam tum in Italia fuiſſe exer-:itam. Diuerſus hic Euchir ab alio Euchiro ap. ?auſan. VI, 4. Etiam Strabo V. p. 336. B. Dema-:atum opifices (δημιουργοὺς) in Etruriam domo ıdduxiſſe memorat; minus probabili iudicio ad-lens, *a Tarquinio et patre Etruriam admodum exor-ıatam eſſe; ab illo quidem, Roma opes ſubminiſtrante.*

Sub Tarquinio Romae accepimus opera pu-ılica exſtructa, Circum maximum, Cloacas, Ca-ıitolium, inchoatum ſaltem, fundamentis iactis, ıuod perfecit poſtea Tarquinius alter *fabris vndi-ue ex Etruria accitis*, Liv. I, 55. Subſtructio tamen apide quadrato facta demum V. C. 367. narratur Livio VI, 4. *Elaboratam plaſticen Italiae, et ıaxime Etruriae*; *Turrianumque* (ſi modo nomen ecte ſcriptum, eſt) *a Fregellis accitum* (fuit ea Volſcorum vrbs, vt etiam inter eos artium veſtigia eperiamus), *cui locaret Tarquinius Priſcus effigiem*

Iouis in Capitolio dicandam, Varro tradiderat; fictilem eum fuiſſe, et ideo miniari ſolitum; fictiles in faſtigi templi eius quadrigas d). Plinius l. c. Iupiter ill poſtea *Decemuirorum monitu fulmen aureum L pondo accepit,* Liv. XXII, 1. incendio autem Sullae tempore facto cum Capitolio conflagrauit: Plin. XXXV ſ. 45. Ab eodem paullo ante memorato *Turrian factum Herculem, qui hodieque materiae nomen in urbe retinet;* fuit ſcilicet dictus *Hercules fictilis;* Plinius memorat l. c. ſ. 45. Atti Navii auguris ſtatuam Tarquinii aetate factam ſupra memoratam vidimus: p. 411.

Ante C. *N.* 608. *V.* C. 146. *Ol. XLIII. et ſe*

Pittaci et *Alcaei* Mitylenaeorum aetas.

Ante C. *N.* 606. *V.* C. 148. *Ol. XLIII,* 3.

cum Latinis et Sabinis primum quinque Etruriae vrbes conſpirant in Romanos: Cluſium, Ruſellae Volaterrae, Arretium et Vetulonia; mox totum Etruſcum nomen in belli ſocietatem tractum. Victi ſaepius a Tarquinio Priſco pacem petunt; foedere facto principatum Tarquinius ſuis Romanis paciſci tur. Inſignia regia Tarquinio munus mittunt: Dionyſ. III, 50. 61. Paullo aliter Strabo V. p. 336. C

Mane

d) Haec ſunt illae quadrigae, de quibus memorat lib XXVIII, 4. inter prodigia, quod eae in fornace cum coquebantur, creuerant: cf. Feſtus in *Ratumena* Plutarch. in Poplicola p. 103. E. e quo patet, a Tarquinio ſaltem Veienti artifici faciendas locatas eſſe ſed Romam translatas ſerius. De iisdem quadrig memorat Vitruv. III, 3. Fuit in eodem faſtigi templi Iovis Capitolini Summanus fictilis. Cic. d Div. I, 10. opus Etruſcum et hoc.

Manet tamen hoc: inſignia magiſtratuum cum religionibus et aruſpicina ab Etruſcis ſeu nunc demum ſiue iam maturius, vt volunt alii, ſub Romulo, Romanos accepiſſe.

Ante C. N. 600. *V. C.* 154. *Ol. XLV*, 1.
in Sicilia condita *Camarina;* quae aliquoties euerſa eſt. v. Opuſc. Vol. II. p. 259.

Ante C. N. 599. *V. C.* 155. *Ol. XLV*, 2.
Maſſilia condita a Phocaeenſibus, qui circa idem tempus vltra Gades nauigarunt. Tiberis oſtia invecti amicitiae cum Romanis iungendae opportunitatem praebuerunt Maſſilienſibus. v. Commentat. ad Caſtoris Epochas. Nov. Comment. Soc. Vol II. p. 59. ibi laudatis adde Iuſtin. XLIII, 3. Solin. II, 5. Victoria de Poenis eos creuiſſe opibus ait Pauſanias X, 8. p. 817., meminit quoque Thucydid. I, 10 extr. Pauſan X, 18. p. 841 extr. at diſertius expoſuit Iuſtin. XLIII, 5. quem v.

Circa idem tempus Ol. XLIV. Neconis Aegypti regis iuſſu Phoenices Africam claſſe obiiſſe feruntur: quod quam vere dictum ſit, haud conſtat.

Ante C. N. 597. *V. C.* 157. *Ol. XLV*, 4.
Solis defectus a Thalete praedictus in Ol. XLVI, 3, qui pugnam inter Alyatten Lydorum et Cyaxarem Medorum regem, commiſſam diremit. cf. Corſin. Faſt. Attic. ad h. a.

Ante C. N. 596. *V. C.* 158. *Ol. XLVI*, 1.
Sappho Mitylene in Siciliam nauigauit. A. 2. Epimenides Cretenſis Athenis Cylonium ſcelus expiauit.

piauit. A. 3. *Solon* Archon eponymus Athe leges ſcripſit.

Solonis tempore vixit *Bathycles*, nobilis ſc ptor throni Amyclaei Apollinis. v. ſup. p. 359 ſq

Ante C. N. 590. V. C. 164. Ol. XLVII, 3.

Circa hoc tempus, quod iam ſupra p. 402. 40 notatum, primum Galli tranſitum in Italiam te tarunt facere, *CC annis, antequam Cluſium o pugnatum venerunt.* Condebant tum Phocaeen Maſſiliam. *Taurino ſaltu inuias Alpes transgreſſi, ſ ſisque acie Tuſcis haud procul Ticino flumine, cu in quo conſederant, agrum Inſubrium appellare au ſent, cognomine Inſubribus pago Aeduorum; i omen ſequentes loci, condidere vrbem, Mediolanum a pellarunt.* v. Livius V, 33. 34. Polyb. II, 17. Su cedit ſubinde *alia Cenomanorum manus*, poſt h *Salluvii.* Pennino deinde *Boii Lingonesque tra greſſi, cum iam inter Padum atque Alpes omnia te ntur, Pado ratibus traiecto, non Etruſcos modo, ſ et Vmbros agro pellunt, intra Apenninum tamen continent: Tum Senones, recentiſſimi aduenarum, Vtente flumine vsque ad Aeſim fines habuere: Ha gentem Cluſium, Romamque inde, veniſſe comperi* Liv. V, 35. Itaque: *Mantua tamen Tuſcorum tra Padum ſola reliqua:* Plin. III, 19. ſ. 23. Videntu tamen Etruſci etiam Padi oſtia cum maritimi Vmbriae et Piceni obtinuiſſe. Certe *nobilis portu oppidi Tuſcorum Atriae* (inter Padi et Atheſis oſtia memoratur Plinio III, 16. ſ. 20. et in Piceno te nuerunt *Cupram*; Cuprae enim fanum a Tyrrheni

condi

…ditum dedicatumque deae prodit Strabo V. 369. A.

Ceterum, ducentos hos annos paullo ante e …vio memoratos, intra quos Galli in Italiam trans…nderunt, vsque ad oppugnatum Cluſium Apen…nis traiectis, puta eſſe interuallum temporum, …o ſaepe *exercitus Gallici cum Etruſcis inter Alpes …penninumque* incolentibus *pugnauerunt* (Liv. l. c. …, 35.). *Saepe ab iis cis Padum vltraque legiones …truſcorum fuſas.* c. 36. Itaque iam tum Etruſco…um fines circumſcripti erant Gallicis populis, *Libuis*, circa ea loca, in quibus poſtea Brixia ac Verona vrbes fuere, *Laevis*, *Liguribus*, circa Ticinum amnem, *Vmbris* cis Padum, vltra Apenninum tamen. Liv. ibid. c. 35. Dum haec in Italia Tarquinii aetatem faciunt memorabilem, in Graecia prima dramaticae rudimenta facta ſunt.

Nam *ante C. N.* 580. *V. C.* 174. *Ol. L.* prima Athenis *Comoedia* acta a Suſarione et Dolone Icarienſibus; at *Tragoediam* primus docuit Alceſtin Theſpis Ol. LXI. ex computatione Marm. Parii.

Marmore ſcalpendo primi omnium inclaruerunt Dipoenus et Scyllis, geniti in Creta inſula, etiamnum Medis imperantibus, priusque quam Cyrus in Perſis regnare inciperet, hoc eſt Olympiade circiter L. Plin. LXXVI, 4. 1. (v. ſup. p. 354.). Cum ii eſſent, iam fuerant in Chio inſula Malas ſculptor, *dein filius eius Micciades, ac deinde nepos Anthermus Chius*: Plinius ibid. v. ſup. p. 354.

Circa Olymp. L. Sybaritarum res cum maxime floruerunt.

Eadem Olympiade Cnidii et Rhodii, duc Pentathlo profecti, et ad Lilybaeum appulſi; hin digreſſi, *Liparam* incolunt. Diodor. V, 9.

Liparenſes Tyrrhenorum incurſatione infeſtat claſſem parant, eosque multis pugnis naualibu vincunt: Strabo VI. p. 422. B. Pauſan. X, 16 extr et X, 11. p 824. cf. Cluver. Sicil. p. 402. Euſe bius tamen Hieronymianus ad Ol. XXXVII, 4 *Lipara condita*: qua fide, haud apparet. *Piratae Liparenſes* legatos Romanos cum aureo cratere Delphos miſſos intercipiunt, anno ante C. N. 394. V. C. 360. ap. Liv. V, 28.

Ante C. N. 582. V. C. 172. Ol. XLIX, 3.

Agrigentum a Gelois conditum; v. Opuſc. Vol. II. p. 260 ſq. eius opes et opera v. inf. ad A. C. N. 480. *Gela* a Rhodiis erat condita ante C. N. 688. Ol. XXIII, 1.

Ante C. N. 578. V. C. 176. Ol. L, 3.

Servius Tullius Romae regnat.

Variae Servii pugnae cum *Veientibus*, quibus ſe Caeretani et Tarquinienſes, tandem totum Etruſcum nomen adiungit: Dionyſ. IV, 27. Pax fit in antiquum foedus. niſi quod tres victi populi agri parte multantur. Foedus a Tarquinio Superbo renouatum eſt, vt ex eodem, V, 3. intelligitur.

Videamus Graeca per annos XLIV, qui eius regno aſſignantur:

Ante C. N. 565. V. C. 189. Ol. LIII, 4.

Phalaris Agrigenti regnum occupat per ſedecim annos.

Ante

Ante C. N. 556. *V. C.* 198. *Ol. LVI*, 1.
(Vallarſ. LV, 1.)

Steſichorus obit, natus Ol. XXXVII. ap. Svidam.

Ante C. N. 548. *V. C.* 206. *Ol. LVIII*, 1.
Croeſus in pugna ad Halyn victus, *Lydorumque* opes extinctae. Praeclarae artis et materiae opera ab eo Delphos miſſa (cf. ſup. p. 350 ſq.).

Ante C. N. 544. *V. C.* 210. *Ol. LV*, 1.
Pherecydes Syrius, Pythagorae magiſter, floruit; idem primus proſam orationem condidit cum Cadmo Mileſio et Acuſilao Argiuo.

Ante C. N. 539. *V. C.* 215. *Ol. LVI*, 2.
Phocaea ab Harpago oppugnata; *Phocaeenſes* relicta patria profugi, ad inſulam Cyrnum et Maſſiliam contendunt. In Cyrno, ſeu *Corſica*, iam XX annis antehaec Alaliam ſeu Alariam condiderant: Herodot. I, 165.

Ante C. N. 534. *V. C.* 220. *Ol. LXI*, 3.
in *Phocaeenſes*, qui per quinque annos Cyrnum habitarant, et vicina erant populati, *bellum a Carthaginienſibus et Etruſcis* ſuſceptum. Pugna nauali in mari Sardoo, etſi victores, Phocaeenſes fracti tamen, relicta Cyrno, Rhegium nauigant, inde *Veliam* condunt. Saeuiunt in Phocaeenſes captos Agyllenſes: Herodot. I, 166. 7. 8. *Agylla* enim, Pelasgorum vrbs, ab Etruſcis *Caere* appellata, (v. Dionyſ. III, 58. Stephan. Byz. h. v. inepte a χαῖρε nomen deduxere nonnulli) re nauali inprimis valuit. Romana ciuitate donatum Caere non fuit niſi poſt Romam a Gallis captam. Tenuere inde

Corſicam Carthaginienſes vt ex Diod. XI, 88. patet; cf. inf. ad ante C. N. 453.

Scilicet iam tum *Poenorum* opes magnae fuere maritimae, quod variis, paſſim in ſcriptoribus obviis, narrationibus colligitur. Eos inſulas maris mediterranei iam tum aggreſſos eſſe ex eo intelligitur, quod ap. Iuſtin. XVIII, 7. *Poeni, cum in Sicilia diu feliciter dimicaſſent, translato in Sardiniam bello, amiſſa maiore exercitus parte, graui praelio victi ſunt* Oroſius, qui Trogum ipſum exſcripſit, temporibus Cyri regis Perſarum haec geſta eſſe affirmat. Hinc bellum ciuile, et Carthago a Malcho exule capta. Malcho Mago ſucceſſit imperator; *eius filiis ducibus, Amilcare et Asdrubale, Sardiniae bellum illatum:* Iuſtin. XIX, 1. quae paullo ante Darii tempora euenisse, apparet.

Ceterum marium et inſularum Italiam inter et Africam tutelam apud duo populos, Poenos et Etruſcos, hac aetate fuiſſe, ex narratis apparet; eos quoque commerciorum cauſſa fuiſſe foedere iunctos, colligere licet ex Ariſtotele de Rep. III, 9. (al. 6.) de rebus importandis, de teſſeris, ne inferatur iniuria et de ſocietate.

Circa eadem tempora, Ol. LX, 1, *Hipponax* poeta vixit; eius aetate *Bupalus* et *Anthermus* clariſſimi in ſcientia fuere marmoris ſcalpendi: Plin. XXXVI, 4, 1. (ſup. p. 355.).

Ante C. *N.* 544. *V.* C. 222. *Ol.* *LXI*, 4.

Torquinius II. Superbus Romanorum rex.

Ante C. *N.* 533. *V.* C. 221. *Ol.* *LXI*, 4.

Pythagoras per Magnam Graeciam clarus.

Ante

Ante C. N. 532. *V. C.* 222. *Ol. LXII*, 1.

Milon Crotoniates Olympiae in lucta victor. Eius aetate vixit *Dameas* Crotoniates, a quo facta Milonis ſtatua Olympiae viſebatur. Vixerat iam tum *Learchus* Rhegienſis, tam priſci aeui ſculptor, vt et Daedali diſcipulum eum appellarent: Pauſ. III, 17. (ſupr. p. 364. 362.)

Ante C. N. 528. *V. C.* 226. *Ol. LXIII*, 1.
ex Scalig. numeris Ol. LXIV, 4.

Dicaearchia, quae et Puteoli, Cumaeorum nauale, a Samiis condita.

Ante C. N. 524. *V. C.* 230. *Ol. LXIV*, 1.

Cumae, quae omnium in Italia coloniarum fuit vetuſtiſſima, v. Opuſc. Vol. II. p. 267. florentes opibus, a barbaris oppugnatae: puta, ab Etruſcis mare Adriaticum accolentibus, Vmbris, Dauniis, et aliis; barbaris fugatis *Ariſtodemus* Malacus, et magiſter equitum Hippomedon, praemiis ornati; hic optimatum partes, ille plebem fouit. Dionyſ. VII, 3.

Ante C. N. 523. *V. C.* 232. *Ol. LXIV*, 3.

Polycrates Samiorum tyrannus per proditionem ſublatus. Poteſt eius aetas pro noua artium epocha haberi. Certe ante et per haec tempora Samus artes fouit et excoluit; ſecundum eam Chius. Signum Polycratis ex aere in muſeo Nani ad haec tempora referre haud auſim: (Paciaudi Mon. Pelop. T. II, p. 50.)

Ante C. N. 512. *V. C.* 242. *Ol. LXVII*, 1.

Hippias Athenis eiectus et reſtituta *Athenis* libertas.

Ante C. N. 511. V. C. 243. Ol. LXVII, 2 et 3.
Sybaris a Crotoniatis ſolo aequata. A Sybaritis *Poſidonia* ſ. Paeſtum ſeu tum ſeu antea colonis eſt frequentata; incoluere cum iis Troezenii.

Ante C. N. 509. V. C. 245. Ol. LXVII, 4.
Tarquinius vrbe excluſus Tarquinios Etruriae ſe recepit. Vejentes et Tarquinienſes fruſtra eum reducere tentant. Liv. II, 6. 7. Dionyſ. V, 14.

Eodem anno primum inter Carthaginienſes et Romanos foedus factum. v. Polyb. III, 22.

Ante C. N. 507. V. C. 247. Ol. LXVIII, 2.
Porſenna, Cluſiorum Lars, Romanis bellum infert vlturus Tarquinios. Pax data duris conditionibus, et *tanquam vrbe dedita* (Tacit Hiſt III, 72.) *ne Romani ferro, niſi in agricultura, vterentur.* Plin. XXXIV, 14. 39. Multas de hoc bello et de hac pace fuiſſe narrationes apparet. Sic ea humanitas fuiſſe memoratur, vt induciarum fide Etruſci Romae intereſſent ludis curulibus: Servius ad Aen. XI, 134.

Eodem anno Ol. LXVIII, 2. Pythagoras obit. Bentley Diſſ. de Phalaride p. 73 ſqq.

Ante C. N. 506. V. C. 248.
Aruns, Porſennae filius, Ariciam oppugnat et a *Cumanis*, qui cum Antiatibus et Tuſculanis auxilio venerant, victus occumbit. Liv. II, 14. Dionyſ. V, 36. Duxerat Cumanos *Ariſtodemus*; is redux tyrannidem Cumis occupat; Dionyſ. VII, 5 ſqq. qui inter alia, *ſublatis ex locis ſacris eorum, quos interemerat, ſtatuis, iisdem ſtatuas ſuas*

repo-

repoſuiſſe memoratur. Fuere ergo iam tum ſtatuae et ſtatuarii in his Italiae locis. Porro cum ciues ad effeminatae vitae rationes adducere vellet, iuſſit adoleſcentibus comites dari paedagogas mulieres, *vmbellas et flabella* portantes; easdem ipſos lauare in balneis, *allatis pectinibus, vnguentorum alabaſtris et ſpeculis*. Haec eadem in vaſis pictis frequentata videmus. Plutarchus his verbis rem exponit; eum aſſuefeciſſe *pueros comam alere aurumque geſtare; mulieres autem adegiſſe, vt tonderent ſe rotunde* (τὰς δὲ θηλείας ἠνάγκαζε περιτρόχαλα κείρεσθαι) *et chlamydes ephoborum geſtarent, et tuniculas perbreues* (καὶ τῶν ἀνακώλων χιτωνίσκων). Facit Ariſtodemus iniuriam Romanorum legatis anno abhinc XIV. V. C. 262. Liv. II, 34. Dionyſ. V, 2. Senex ab exulibus obtruncatur: ibid. c. 10. 11. diſertiora de his ſunt ap. Plutarch. de mul. virtut. p. 261. 2. Meminit quoque Ariſtodemi Diodor. Ecl. p. 516. Tom. II. Weſſ. De Cumis v. inf. ad a. 474.

Pace redintegrata Romani nouam in femina virtutem nouo genere honoris, ſtatua equeſtri, ornauere; in ſumma ſacra via fuit poſita virgo inſidens equo. Liv. II, 13 de *Cloelia* agens. *fuit*, ait: at Seneca de Conſolat. ad Marciam 16. tanquam de ſtatua adhuc in conſpectu omnium poſita loquitur. Cloeliae ſtatuam equeſtrem poſitam paſſim eſt narratum: primam cum *Coclitis* publice dicatam credebat Plinius XXXIV, ſ. 13. vbi pergit: *Atto enim ac Sibyllae Tarquinium, et reges ſibi ipſos poſuiſſe veriſimile eſt: niſi Cloeliae quoque Piſo traderet, ab his poſitam, qui vna obſides fuerant, redditis a Porſenna*

in honorem eius. E diuerſo Annius Fetialis equeſtrem, quae fuerit (ergo non amplius ſupererat) *contra Iovis Statoris aedem in veſtibulo Superbi domus, Valeriae fuiſſe Publicolae Conſulis filiae;. eamque ſolam refugiſſe Tiberimque tranauiſſe, ceteris obſidibus, quae Porſennae mittebantur, interemtis, Tarquinii inſidiis.* Piſonem ſequitur Plutarch. in Public. p. 116. 117. De Horatii Coclitis ſtatua de caelo tacta cf. Gell. IV, 5. vnde illuſtratur Cicero de Div. I, 11. vſſ. 54 ſq.

De Porſenna adhuc adiiciam: Narrat Plinius XXXVI. 19, 4. tanquam rem ab Etruſcis traditam, et quidem fabuloſe, ſub vrbe Cluſio *Porſennae* fuiſſe *ſepulcrum* magnae molis cum quatuor pyramidibus, intusque labyrinthum: in eius expoſitione vtitur verbis M. Varronis.

Ante C. N. 500. *V. C.* 254. *Ol. LXX.*

Zeno Eleates floruit, item *Anaxagoras Clazomenius* natus eſt, qui ſub Xerxis in Graeciam traiectum annum egit XX. (Ol. LXXV, 1.) eodem anno *Democritus* annum agebat XVI. cuius auditor fuit *Protagoras*. *Parmenides*, Zenonis praeceptor, paullo ante floruerat, cum *Heraclito*, Olymp. LXVIII.

Ante C. N. 495. *V. C.* 259.

Tarquinius Cumis moritur, quo ſe poſt fractas Latinorum opes ad Ariſtodemum tyrannum contulerat; Liv. II, 21.

Ante C. N 494. *V. C.* 260. *Ol. LXXI*, 3.

Anaxilaus Rheginorum tyrannidem occupat per XVIII annos (v. Opuſc. Vol. II. p. 170. 171.

Pau-

Pauſaniae IV, 23. errorem multi notarunt, inprimis Bentl. in Diſſ. de Phalar. p. 149. cf. *Supplement au Corps Diplomatique* Tom. I. Nr. XLVIII.)

Ante C. N. 493. *V. C.* 261. *Ol. LXXI*, 4.
Spurio Caſſio II. Poſtumio Caminio II. Coſſ.

Hoc tempore vixiſſe neceſſe eſt *plaſtas Damophilum et Gorgaſum*. Aetatem eorum ita conſtituo: Plin. XXXV, ſ. 45: *Plaſtae laudatiſſimi fuere Damophilus et Gorgaſus, iidemque pictores: qui Cereris aedem Romae ad Circum maximum vtroque genere artis ſuae excoluerunt verſibus inſcriptis Graece, quibus ſignificarunt, a dextra opera Damophili eſſe, ab laeua Gorgaſi.* Aedes haec Cereris, Liberi Liberaeque, ad Circum Maximum, ab A. Poſtumio dictatore in pugna cum Latinis V. C. 258. vota et exſtruenda locata (Dionyſ VI, 17. Tac. II. Ann. 49.) dedicata fuit a Coſ. Caſſio anno ſuprafcripto V. C. 261. Dionyſ. VI, 94. Pergit Plinius: *Ante hanc aedem Tuſcanica omnia in aedibus fuiſſe auctor eſt Varro*, h. e. ab Etruſcis artificibus templorum ſigna et picturas antea eſſe profectas. In hac ipſa tamen aede multa ex Etruſco more fuere ſeruata. Nam Vitruv. III, 2. *in acroſtylis aedibus — ornant ſignis fictilibus aut aereis inauratis earum faſtigia, Tuſcanico more, vti eſt ad Circum Maximum Cereris et Herculis.* Igitur ab Etruſcis petitus eſt *mos* hic Romanis ſatis frequentatus *faſtigia templorum ſtatuis et quadrigis ornandi.* Subiicit Plinius: *Ex hac aede, cum reficeretur, cruſtas parietum excisas tabulis marginatis incluſas eſſe* (artificio etiam noſtris temporibus noto

et

et frequentato, inprimis in muſiuo opere) *item ſigna ex faſtigiis diſperſa.*

Ante C. *N.* 490. *V.* C. 264. *Ol. LXXII*, 3. facta pugna ad Marathonem.

Ante C. *N.* 486. *V.* C. 268. *Ol. LXXIII*, 3. Sp. Caſſius Coſ. regni affectati reus. *Romae ſimulacrum ex aere factum Cereri primum reperio ex peculio Sp. Caſſii, quem regnum affectantem pater ipſius interemerat:* Plin. XXXIV, 4. ſ. 9. Procliues erant animi in Cereris ſtatuam, quia a Sp. Caſſio aedes eius dicata erat. Eundem tamen et ipſum ſibi ſtatuam ſtatuiſſe apud aedem Telluris, alio loco memorat c. 6. ſ. 14, eamque a Cenſſ. (596.) P. Cornelio Scipione M. Pompilio conflari iuſſam.

Ante C. *N.* 485. *V.* C. 269. *Ol. LXXIII*, 4. ſecundum Dionyſ. VIII, 82. vel a. ſeq. ap. Liv. II, 42. Bellum *Veiens*, populatione mutua agrorum per multum tempus protractum. Singulos annos adſcribere nil refert. Auxilia ſaepe Veientibus a ceteris Etruriae vrbibus miſſa. Veientibus induciae in C annos datae a Coſ. A. Manlio ante C. N. 474. V. C. 280. Dionyſ. IX, 36. Liv. II, 54.

Ante C. *N.* 484. *V.* C. 270. *Ol. LXXIV*, 1. *Gelon* Syracuſarum tyrannidem occupat. v. Weſſel. ad Diodor. XI, 38.

Ante C. *N.* 480. *V.* C. 274. *Ol. LXXV*, 1. Xerxis traiectus in Graeciam. Pugna naualis *Salaminia;* anno ſequenti ad Plataeas. Inierat Xerxes foedus cum Carthaginienſibus, vt Graecos in Sicilia

Sicilia claſſe adorirentur. Victi a Gelone Carthaginienſes ad Himeram, hoc eodem anno: Herodot. VII, 165 ſqq. mari quoque: v. Pindar. P. I, 137 ſq.

Ab hoc inde anno procedunt *anni L florentis Graeciae.* v. ſup. p. 365 ſq.

Ante C. N. 478. V. C. 276. Ol. LXXV, 3.

Simonides Leoprepis f. vicit choro Athenis. Moritur Ol. LXXVII, 4. Eſt haec aetas ferax ſummorum ingeniorum; vixere tum Lyrici, in his Pindarus et Bacchylides; vixere Epicharmus, Aeſchylus.

Eodem anno *Hiero* Geloni fratri ſuccedit Syracuſis.

Circa haec tempora magnificentia *Agrigentinorum* in operibus publicis, inprimis templorum, celebrata eſt: v. Diodor. XI, 25. vsque ad Olymp. XCIII, 3. v. ibid. XIII, 82 ſqq.

Ante C. N. 476. V. C. 278. Ol. LXXVI, 1.

Anaxilaus Rhegii tyrannus obit. Idem *Zanclen* ad fretum in Sicilia colluuie hominum frequentarat, eiectis Samiis, et nomen a patria ſua, nam Meſſenius erat, indidit *Meſſanam:* Thucyd. VI, 5. Alii Meſſanam Meſſeniorum coloniam faciunt. v. Strab. VI, p. 410. C. cf. ſup. ad a. 664. Zancles colonia fuit Himera. Ceterum Zanclen primo Cumani condiderant: Thucyd. VI, 4. eratque ea adeo inter colonias Chalcidenſes; quocirca a Naxiis eius origines repetitas videas ab aliis ap. Strab. l. c. Cumanos Samii aliique Iones eiecerunt, qui Medos

dos fugerant; quod factum neceſſe eſt poſt Ol. LXXI. 2. cf. Corſin. ad h. a. Tandem vrbem Campani Mamertini occupant Ol. CXXIV. conf. Opuſc. Vol. II. p. 269 ſq.

Ante C. N. 474. *V. C.* 280. *Ol. LXXVI*, 3.

Cumae ab Etruſcis bello petitae (ὑπὸ Τυῤῥηνῶν θαλαττοκρατούντων) auxilium ab Hierone Siculorum tyranno petunt: cuius triremes adiunctis Cumanis Etruſcos nauali praelio vincunt multasque eorum naues ſubmergunt (τοὺς μὲν Τυῤῥηνοὺς ἐταπείνωσαν) Diodor. XI, 51. Praedicat illuſtrem victoriam Pindarus Pyth. I, 139 ſqq. Luxu Cumae poſt haec tempora infames. vid. Athen. XII. p. 528. E. cf. ſup. ante C. N. 506. Opuſc. Vol. II. p. 267.

Eo anno deceſſit Anaxilaus Rheginorum tyrannus; liberorum et vrbis cura relicta Micytho liberto. v. Opuſc. Vol. II. p. 271.

Ante C. N. 471. *V. C.* 283. *Ol. LXXVII*, 2.

Capua et Nola a Tuſcis condita ſecundum Catonem ap. Vellej. I, 7. v. ſup. a. C. N. 801. Res parum probabilis et pro ceteris rerum temporumque rationibus falſa; niſi dicas inſtauratam tum fuiſſe vrbem et noua incrementa accepiſſe Etruſcorum ſtudiis.

Ante C. N. 466. *V. C.* 288. *Ol. LXXVIII*, 3.

Thraſybulo eiecto *Syracuſae* libertatem recuperant.

Si Marmor Bimardi cum anaglypho certae eſſet fidei, haberemus anaglyphum ex Olymp. LXXIX, 4. ſatis rude adhuc.

Ante

Ante C. N. 453. *V. C.* 301. *Ol.* LXXXI, 4.

erſus *Tyrrhenos* latrociniis mare infeſtantes claſ- mittunt *Syracuſani* duce Phayllo, et mox m ſub Apelle, qui, Etruriae et Corſicae mariti- locis vaſtatis et direptis, Aethaliaque inſula poteſtatem redacta, claſſem opibus mancipiis- e onuſtam reducit. Diod. XI, 88.

Miſſi hoc anno in Graeciam a Romanis, qui es et ciuitates cognoſcerent; adierant iidem itates Magnae Graeciae.

Ante C. N. 451. *V. C.* 303. *Ol.* LXXXII, 2.

icetio rege victo *Siculi* Syracuſanorum ditioni biecti. Diod. XI, extr.

Romae Decemuiri legibus ſcribendis ereati.

Fuit et Hermodori Epheſii ſtatua ex aere *in omitio, legum, quas Decemuiri ſcribebant, interpretis, iblice dicata.* At quis dixerit, eodem tempore ſe poſitam?

Ante C. N. 446. *V. C.* 308. *Ol.* LXXXIII, 3.

olonia *Thuriorum* deducta.

Ante C. N. 444. *V. C.* 310. *Ol.* LXXXIV, 1.

etas *Phidiae, Alcamenis, Hegiae,* et XVI annis oſt, Ol. LXXXVIII, 1. *Ageladae, Callonis, Po- ycleti, Myronis* etc., de his et ceteris Graecorum rtificum aetatibus v. ſup. Artif. inter Gr. tempp.). 365 ſqq. *Duriora et* Tuſcanicis *propiora Callon tque Hegeſias fecere:* Quinctil. XII, 10, 7.

Ante C. N. 439. *V. C.* 315. *Ol. LXXXV*, 2

L. Minucius praefectus annonae, idem qui Maelium regni affectati reum damnauit: *cui ex portam Trigeminam vnciaria ſtipe collata* ſtatu (etſi de columna ibi agit) populus poſuit, P XXXIV, ſ. 11. At lib. XVIII, 4. diſerte *ſic* memoratur. Pro ea *bouem auratum*, victim puta, Livius pronuntiat IV, 16.

Ante C. N. 438. *V. C.* 316. *Ol. LXXXV*, 3

Gens *Campanorum* coaluit (συνέστη) Diodor. X 31. Syncell. p. 198. Euſeb. Hieronym. ad h. Ex Livio hoc eſſe interpretandum cenſeo, IV, quod ab Etruſcis bello fatigatis recepti tum ſ Samnites in agri ſocietatem. Mala hinc o v. inf. a. 423.

Eodem anno Fidenae, colonia Romana, *Lartem Tolumnium*, et Veientes defecere: Miſſi Tolumnium legati iuſſu eius trucidantur. L IV, 17. Statuae iis publice in Roſtris poſit ibid. et Plin. XXXIV, 6, 11.

Ante C. N. 435. *V. C.* 319. *Ol. LXXXVI*, 2

Iterum bellum Romanorum cum *Veientibus*, quos Fidenates defecerant. Lars Tolumnius pugna caeſus; *Fidenae captae*. Liv. IV, 19. Indicto ad Voltumnae fanum omni Etruriae co cilio auxilia Veientibus negantur. Veientibus Romanis induciae in XX annos datae decem a nos poſt, V. C. 329.

Hac Olympiade *Heraclea* a Tarentinis condi proditur: v. Opuſc. Vol. II. p. 234 ſqq.

Ant

Ante C. N. 431. *V. C.* 323. *Ol. LXXXVII*, 2.
Carthaginienſes tum primum per ſeditiones Siculorum ad partis alterius auxilium in Siciliam traiecere Liv. IV, 29. non quaſi tum primum traiecerint, verum ex quo Syracuſani praeualentes per Siciliam opes parauerant, ciuitates autem obſequium detrectantes ad nouas res ſpectabant. Petierant Egeſtani auxilium a Poenis aduerſus Selinuntios.

Eodem anno bellum Peloponneſium initium habuit.

Ante C. N. 427. *V. C.* 327. *Ol. LXXXVIII*, 2.
Athenienſes claſſem in Siciliam mittunt ad ſuppetias ferendas Leontinis aduerſus Syracuſanos.

Ante C. N. 423. *V. C.* 331. *Ol. LXXXIX*, 2.
Peregrina res, verba ſunt Livii IV, 37, *ſed memoria digna, traditur eo anno facta: Vulturnum, Etruſcorum vrbem, quae nunc Capua eſt, ab Samnitibus captam, Capuamque ab duce eorum Capye, vel quod propius vero eſt, a campeſtri aegro appellatam.* (Neutrum verum; ſed nomen a Tuſcis inditum, *viſo falconis augurio, qui Tuſca lingua* capys *dicitur*, Servius, Strabo [V, p. 371. B.] alliique ap. Cluver. Ital. ant. IV, 1. vt adeo *Vulturnum* eius interpretamentum habendum ſit.) *Cepere autem prius bello fatigatis Etruſcis* (quae ea bella? cum ipſis puto Samnitibus, quae ante haec tempora Campaniam infeſtare coeperant) *in ſocietatem vrbis agrorumque accepti* (cf. ſup. a. 438. vt hoc adeo tanquam pacis foedere bellum compoſitum fuerit); *deinde*

feſto die graues ſomno epuliſque incolas veteres noui coloni nocturna caede adorti. Coniurationem fecerant Samnites ritu quodam ſacramenti vetuſto velut initiatis militibus, quod alio tempore, repetitum ab iis deſcripſit Livius. X, 38. adiiciens in f. — *vetuſta Samnitium religione, qua quondam vſi maiores eorum fuiſſent quum adimendae Etruſcis Capuae clandeſtinum cepiſſent conſilium.* Iam nunc igitur *Capua Samnitium* vrbs facta; quos, tenendum eſt, intelligendos eſſe, quoties *Campani* narrantur Dionyſio et Agathocli ſe mercede conducendos dediſſe.

Ex iisdem fuere qui *Meſſanam* mala fraude occuparunt, quorum exemplum ſequuta eſt legio Campana, quae *Rheginos* oppreſſit ſub belli Tarentini initia. Sunt autem *Samnites* Sabinorum propago, ſed montium et ſaltuum ſolitudine efferata. v. Strabo V, p. 349. C. 383. A.

Hoc igitur modo Etruſci, *qui XII vrbibus, quorum caput Capua erat, Campaniam inhabitabant, cum per nimium luxum mollitie fluerent* (διὰ τὴν τρυφὴν εἰς μαλακίαν τραπομένων), *uti antea regione ad Padum pulſi fuerant. ita nunc Samnitibus Campania ceſſerunt.* Strabo V, p. 371. B. Galli igitur iam tum locis circumpadanis Etruſcos eiecerant. De Capua et Campanis v. inf. ad a. 343.

Ante C. N. 420. *V. C.* 334. *Ol. XC,* 1.

A Campanis (h. e. Samnitibus. cf. Liv. IV, 52.) *Cumae, quam Graeci tum vrbem tenebant* (cf ſup. ad a. 1044.) *capiuntur.* Liv, IV, 44. Adde Diodor. XII, 76. qui ſub Ol. LXXXIX, 4. haec recitat.

Hinc

Hinc diluenda Velleii oratio lib. I, 4. *ſed aliis* (ſ. illis, Neapolitanis, vt et Ruhnken. coniicit; ſed bene Krauſ. eſſe *aliis* pro *alteris* dictum) *diligentior ritus patrii manſit cuſtodia*; *Cumanos Oſca mutavit vicinia*. Campanos multa contumelioſe in Cumanos conſuluiſſe, ex Strabone diſcitur lib. V. p. 373. A.

Haec eadem Olympias epocha picturae inter Graecos florentis. Sequuntur mox Ol. XCV ſqq. aetates Zeuxis, Parrhaſii, Timanthis.

Ante C. N. 410. *V. C.* 344. *Ol. XCII*, 3.
Carthaginienſes bello Syracuſanos petunt; Himera capta et ſolo aequata.

Ante C. N. 406. *V. C.* 348. *Ol. XCIII*, 3.
Carthaginienſes iterum Siciliam adorti Agrigentum expugnant. *Dionyſius* tyrannidem Syracuſarum occupat.

Eodem anno *Veientibus* bellum indictum a Romanis, rebus repetitis non redditis, Liv. IV, 58. Anno ſequ. *Veii* obſeſſi. Creato a Veientibus rege ceteri Etruriae populi offenſi auxilia Veientibus negant (V, 1.) praeter Faliſcos et Capenates. Fruſtra concilia Etruriae ad Fanum Voltumnae habita de auxiliis mittendis. *Gentem inuiſitatam, novos accolas, Gallos eſſe, cum quibus nec pax ſatis fida nec bellum pro certo ſit* (ibid. V, 17.). Hac de cauſa auxilia negata.

Ante C. N 396. *V. C.* 358.
Excidium *Veiorum*. Praeda ingens. Reginae Iunonis ſignum Romam deportatum, lib. V, 22.

Hinc *ante C. N.* 395. *V. C.* 359.
Capenates a Romanis bello petiti. Pax petentibus data. Liv. V, 24.

Ante C. N. 394. *V. C.* 360.
In Faliſcos bellum decretum. Deduntur *Falerii*. Liv. V, 26. 27.

Ante C. N. 393. *V. C.* 361. *Ol. XCVI*, 4.
Dionyſius Rheginos bello adoritur. Idem annis ſeqq. Italiam ſemel iterumque claſſe infeſtat.

Ante C. N. 392. *V. C.* 362.
Volſinienſibus et *Salpinatibus* Romani bellum inferunt. Datae anno ſequ. induciae in XX annos. Liv. V, 31. 32.

Ante C. N. 391. *V. C.* 363. *Ol. XCVII*, 2.
Galli Senones Apennino traiecto in Etruriam deſcendunt. *Cluſini* obſeſſi auxilium a Romanis petunt. Conuerſi in Romanos Galli *Romam* capiunt anno ſequ.

Ante C. N. 390. *V. C.* 364.
Mox reddita vrbe in patriam reuertuntur; cauſſam Polyb. II, 18. exponit. Veneti ſcilicet eorum fines hoſtili impetu adorti erant.

Ceterum ab hoc inde tempore perpetua Romanorum fuere bella cum Gallis et Etruſcis. Statim

ante C. N. 388. *V. C.* 366.
coniurationem de bello ad fanum Voltumnae factam Romam mercatores afferebant Liv. VI, 2. Sutrium, ſocios pop. R., Etruria prope omnis armata obſidet: ſed captum eodem die Camillus recipit.

Ante

Ante C. N. 385. *V. C.* 367.
Exercitus Romanorum in agrum *Tarquinienſem* ductus. Ibi oppida Etruſcorum Cortuoſa et Contenebra vi capta dirutaque. Liv. VI, 4.

Ante C. N. 384. *V. C.* 368. *Ol. XCIX*, 1.
Dionyſius Syracuſ. rex *Agyllam* claſſe adortus templum opulentum Leucotheae ſpoliat. v. Diodor. XV, 14. Ariſtot. Oecon. II. p. 506. B. du Val.

Ante C. N. 383. *V. C.* 369.
Nepete et Sutrium ab Etruſcis capta et a Camillo recepta. Liv. VI, 9. 10.

Ante C. N. 378. *V. C.* 376.
Praeneſte a Romanis captum; *T. Quinctius dictator, triumphans ſignum Praeneſte deuectum Iovis Imperatoris in Capitolium tulit; dedicatum eſt inter cellam Iovis ac Minervae; tabulaque ſub eo fixa* — Liv. VI, 29.

Ante C. N. 358. *V. C.* 394.
Iterum *Tumultus Gallicus* Romae. Singulare certamen T. Manlii Torquati trans pontem Anienis cum Gallo. Galli in Tiburtem agrum, atque inde, ſocietate belli facta, in Campaniam transeunt. Liv. VII, 9. 10. cf. Polyb. II, 18. Anno proximo pugna cum Gallis ad portam Collinam. ibid. c. 11. iterum Galli victi circa Pedum V. C. 397. ibid. c. 14. 15. Iterum Galli in agro Latino conſederant a. C. 347. V. C. 405. et geſtum cum iis a Romanis bellum: Liv. VII, 23 ſq. Polyb. II, 19. terrore perculſos Gallos reuerſos domum ait.

Ante C. N. 356. *V. C.* 395. *Ol. CVI.* 1.
Dionyſius iunior Syracuſis eiectus Italiam adit.

Ante C. N. 355. *V. C.* 396.
Tarquinienſe bellum cum Romanis. Liv. VII, 12. Anno ſeq. CCCVII. captos in praelio Romanos milites Tarquinienſes immolarunt: ibid. c. 15. Ante V. C. 399. *Faliſci Tarquinienſesque* M. Fabium Coſ. prima pugna fundunt, *quod ſacerdotes eorum facibus ardentibus anguibusque praelatis, inceſſu furiali militem Romanum inſueta turbauerant ſpecie.* Liv. ibid. c. 17. Bacchicum habitum, qualis in vaſis Etruſcis occurrit, facile agnoſcas.

Concitatur deinde omne nomen Etruſcum — et ad Salinas perueniunt. Caſtra eorum capta a C. Marcio dictatore. ibid.

Ante C. N. 351. *V. C.* 401.
In *Tarquinienſes* victos a Romanis acerbe ſaeuitum: ex captis vulgus trucidatum, CCCLVIII nobiles iuuenes Romam abducti in foro virgis caeſi ac ſecuri percuſſi: id pro immolatis in foro Tarquinienſium Romanis poenae hoſtibus redditum. ibid. c. 19.

Anno ſequ. *Caere* in belli ſocietatem pertractum, ſed Caerites bellum deprecantur. ibid. c. 19. 20.

Tandem *ante C. N.* 348. *V. C.* 404.
Faliſci Tarquinienſesque, qui, dum nusquam cum hoſte congrederentur, agros ſuos ferro ignique vaſtari videbant, inducias in XL annos pepigerunt. ibid. c. 22.

Ante

Ante. C. N. 347. *V. C.* 407. *Ol. CVIII,* 2.
Foedus Poenorum cum Romanis renouatum, v. Polyb. III, 24. Liv. VII, 27. Binis annis ante *mare infeſtum claſſibus Graecorum erat, oraque littoris Antiatis Laurensque tractus et Tiberis oſtia.* Liv. VII, 25. 26. qui in f. ſubiungit: *Cuius populi ea cuiusque gentis claſſis fuerit, nihil certi eſt; maxime Siciliae fuiſſe tyrannos crediderim.* Dionyſii iunioris eas naues fuiſſe arbitror, qui tum in Italia inferiore circa Locros conſederat Syracuſis expulſus, quo anno ſequente Ol. CVIII, 3. reuerſus eſt.

Ante C. N. 343. *V. C.* 411. *Ol. CIX,* 2.
Campani Sidicinis auxiliati ipſi fluentes luxu a Samnitibus belli vſu induratis victi hoſtes in ſe conuertunt; quibus vt ſe ſubducerent, cum intra moenia eſſent compulſi, Romanis ſe dedunt. Itaque Campani Samniticam originem (v. ſup. ad a. 423.) longa luxuria exuerant. Inde *Samnitici belli* origo, quo vaſtatis Campaniae, inde Italiae inferioris locis, Etruſcae et Graecae artium pleraque interiere monumenta.

Miram rem Plinius narrat: XXXIV, ſ. 12. (add. Plutarch. in Numa p. 65. D. E.) *Inuenio et Pythagorae et Alcibiadi* (obierat is anno ante C. N. 404. Ol. XCIV, 1.) *in cornibus Comitii poſitas ſtatuas, cum bello Samniti Apollo Pythius fortiſſimo Graiae gentis iuſſiſſet, et alteri ſapientiſſimo, ſimulacra celebri loco dicari; ea ſtetere, donec Sulla Dictator ibi Curiam faceret; mirumque eſt illos patres Socrati, cunctis ab eodem deo ſapientia praelato, Pythagoram praetuliſſe, aut tot aliis virtute Alcibiadem, aut quemquam vtroque*

Themiſtocli. Iuſta vtique miratio. Vere traditum eſſe potuit, extitiſſe Romae ſtatuas Pythagorae et Alcibiadis; cauſſa, hominis male ſeduli commento, ſerius adiecta. Potuere illae Romam aduectae eſſe per bella in Magna Graecia geſta. Alioqui colligerem, iam tum fuiſſe Graecarum rerum notitiam aliquam inter Romanos ac curam.

Ceterum Apollinem aliquoties conſuluiſſe memorantur Romani. Ita Delphos miſſi Tarquinii filii cum Bruto. Iterum Veiis obſeſſis miſſi legati V. C. 356. Liv. V, 15. 16. et poſt pugnam Cannenſem V. C. 535. Liv. XXII, 57. XXIII, 11. iterum V. C. 549. Matris Idaeae adducendae cauſſa ibid. XXIX, 10. 11.

Ante C. N. 340. *V. C.* 414. *Ol. CX*, 1.

Latini iterum bello domiti, cum Campanis. Latium Capuaque agro multati. Liv. VIII, 11. Latini ob iram agri amiſſi rebellant. Tandem

Eodem anno *Alexandrum Epiri regem* in Italiam claſſem appuliſſe conſtat: Liv. VIII, 3. Poſthaec ſemel iterumque in Italiam traiecit. *Ceterum, cum ſaepe Bruttias Lucanasque legiones fudiſſet, Heracleam, Tarentinorum coloniam, Conſentiam ex Lucanis, Sipontumque, Bruttiorum Terinam, alias inde Meſſapiorum ac Lucanorum, cepiſſet vrbes,* haud procul Pandoſia vrbe interemtus eſt. Liv. VIII, 24. ante C. N. 326. V. C. 428. Olymp. CXIII, 3.

Ante C. N. 338. *V. C.* 416.

L. Furio Camillo C. Maenio Coſſ. omne Latium ſubactum. *Additus triumpho honos, vt ſtatuae eque-*

ſtres

ſtres iis: rara illa aetate res, in foro ponerentur. Liv. VIII, 11. 13.

Pro ſtatua *columnam* C. Maenio poſitam memorat Plinius XXXIV. ſ. 11. eamque *antiquiorem obſeruat fuiſſe columna C. Duillio poſita, qui primus naualem triumphum egit de Poenis, quae eſt etiamnum in Foro.* *Camilli* ſtatuam memorat paullo poſt *in Roſtris* eamque *tunicatam.*

Ab Antio naues longae abactae, interdictumque mari Antiati populo eſt. Naues Antiatium partim in *naualia Romae* ſubductae, partim incenſae, *roſtrisque* earum ſuggeſtum in foro exſtructum adornari placuit Liv. VIII, 14. Antiatum claſſis iam ante V. C. 287 capta, et apparatus naualis incenſus fuerat a Romanis: Dionyſ. IX, 56.

Ante C. N. 336. V. C. 418.

Pacem foedusque cum Gallis factum narrat Polyb. II, 18. quod XXX annos ſeruauerunt.

Ante C. N. 331. V. C. 423. Ol. CXII, 2.

Alexander victo Dario Perſica ditione potitus: Moritur a. C. 324. V. C. 430. Ol. CXIV, 1. Eo anno ad Babylonem eum adierant gratulabundi de victoriis et Aſiae imperio Legati Bruttiorum, Lucanorum et *Etruſcorum.* Arrian. VII, 15.

Ante C. N. 327. V. C. 427. Ol. CXIII, 2.

Palaepolitanis bellum illatum a Romanis: Liv. VIII, 22 ſq. Dionyſ. Exc. Legat. p. 702 ſqq. Cumis illi oriundi (ſup. ad a. 1044.) ideoque Chalcidenſi origine. Anno ſequente vrbs proditione Romanis tradita. Foedus Neapolitanis datum.

Ante

Themiſtocli. Iuſta vtique miratio. Vere traditum eſſe potuit, extitiſſe Romae ſtatuas Pythagorae et Alcibiadis; cauſſa, hominis male ſeduli commento, ſerius adiecta. Potuere illae Romam aduectae eſſe per bella in Magna Graecia geſta. Alioqui colligerem, iam tum fuiſſe Graecarum rerum notitiam aliquam inter Romanos ac curam.

Ceterum Apollinem aliquoties conſuluiſſe memorantur Romani. Ita Delphos miſſi Tarquinii filii cum Bruto. Iterum Veiis obſeſſis miſſi legati V. C. 356. Liv. V, 15. 16. et poſt pugnam Cannenſem V. C. 535. Liv. XXII, 57. XXIII, 11. iterum V. C. 549. Matris Idaeae adducendae cauſſa ibid. XXIX, 10. 11.

Ante C. N. 340. V. C. 414. Ol. CX, 1.

Latini iterum bello domiti, cum Campanis. Latium Capuaque agro multati. Liv. VIII, 11. Latini ob iram agri amiſſi rebellant. Tandem

Eodem anno *Alexandrum Epiri regem* in Italiam claſſem appuliſſe conſtat: Liv. VIII, 3. Poſthaec ſemel iterumque in Italiam traiecit. *Ceterum, cum ſaepe Bruttias Lucanasque legiones fudiſſet, Heracleam, Tarentinorum coloniam, Conſentiam ex Lucanis, Sipontumque, Bruttiorum Terinam, alias inde Meſſapiorum ac Lucanorum, cepiſſet vrbes,* haud procul Pandoſia vrbe interemtus eſt. Liv. VIII, 24. ante C. N. 326. V. C. 428. Olymp. CXIII, 3.

Ante C. N. 338. V. C. 416.

L. Furio Camillo C. Maenio Coſſ. omne Latium ſubactum. *Additus triumpho honos, vt ſtatuae equeſtres*

ſtres iis: rara illa aetate res, in foro ponerentur. Liv. VIII, 11. 13.

Pro ſtatua *columnam* C. Maenio poſitam memorat Plinius XXXIV. ſ. 11. eamque *antiquiorem obſeruat fuiſſe columna C. Duillio poſita, qui primus naualem triumphum egit de Poenis, quae eſt etiamnum in Foro.* *Camilli* ſtatuam memorat paullo poſt *in Roſtris* eamque *tunicatam.*

Ab Antio naues longae abactae, interdictumque mari Antiati populo eſt. Naues Antiatium partim in *naualia Romae* ſubductae, partim incenſae, *roſtrisque* earum ſuggeſtum in foro exſtructum adornari placuit Liv. VIII, 14. Antiatum claſſis iam ante V. C. 287 capta, et apparatus naualis incenſus fuerat a Romanis: Dionyſ. IX, 56.

Ante C. N. 336. *V. C.* 418.

Pacem foedusque cum Gallis factum narrat Polyb. II, 18. quod XXX annos ſeruauerunt.

Ante C. N. 331. *V. C.* 423. *Ol. CXII*, 2.

Alexander victo Dario Perſica ditione potitus: Moritur a. C. 324. V. C. 430. Ol. CXIV, 1. Eo anno ad Babylonem eum adierant gratulabundi de victoriis et Aſiae imperio Legati Bruttiorum, Lucanorum et *Etruſcorum.* Arrian. VII, 15.

Ante C. N. 327. *V. C.* 427. *Ol. CXIII*, 2.

Palaepolitanis, bellum illatum a Romanis: Liv. VIII, 22 ſq. Dionyſ. Exc. Legat. p. 702 ſqq. Cumis illi oriundi (ſup. ad a. 1044.) ideoque Chalcidenſi origine. Anno ſequente vrbs proditione Romanis tradita. Foedus Neapolitanis datum.

Ante C. N. 317. *V. C.* 437. *Ol. CXV*, 4.

Agathocles, Syracuſarum rex, renuntiatus. Is anno 310. bello a Carthaginienſibus petitus arma in Africam transfert.

Ante C. N. 312. *V. C.* 442.

Bello Samniti nondum profligato *Etruſci* bellum renouant. Liv. IX, 29. nec tamen de cauſſis belli conſtat. Duumuiros nauales Romae creatos ibid. c. 30. inuenio, vt et mari pugnatum fuiſſe videatur.

Ante C. N. 311. *V. C.* 443.

Omnes Etruriae populi praeter Arretinos ad arma ierant. Oppugnant Sutrium, quae vrbs ſocia Romanis velut clauſtra Etruriae erat. Pugna cum Romanis commiſſa vtrisque cruenta. Liv. IX, 32.

Ante C. N. 310. *V. C.* 444. *Ol. CXVII*, 3.

Iterum Sutrium obſidentes *Etruſci* vincuntur a Romanis. Liv. IX, 35. Q. Fabius Coſ. Ciminium ſaltum emenſus agrum Etruriae late populatur. Iterum Etruſci in caſtris oppreſſi. ibid. c. 36. 37. Etiam cum Vmbris acie depugnatum eſt, et *ad Vadimonis lacum cum Etruſcis*, lege ab his ſacrata coacto exercitu. Victi tamen Etruſci; *et ille primum dies fortuna veteri abundantes Etruſcorum fregit opes.* ibid. c. 39. L. Papirius Curſor Dictator Romanis praeerat. Sed et Fabius Coſ. cum reliquiis Etruſcorum ad Peruſiam dimicauit. ibid. c. 40. Nomen Etruſcum omne foedus a Coſ. petit: datae induciae annuae ibid. c. 41. quas tamen per plures annos continuatas eſſe neceſſe eſt.

Vmbri

Vmbri ad Romam pergentes a Fabio Coſ. victi. ibid.

Circa eadem tempora factum eſſe neceſſe eſt, quod Polyb. de iunctis Gallorum cum Etruſcis armis narrat lib. II, 19.

Ante C. N. 306. *V. C.* 448. *Ol. CXVIII*, 3.
foedus Carthaginienſium cum Romanis tertio renovatum: Liv. IX, 43.

Eodem anno Q. Marcius Tremulus Coſ. Anagnia capta de Hernicis triumphat. *Poſita ei ſtatua equeſtris togata.* Liv. IX, 42. Plin. XXXIV, 6. ſ. 11.

Ante C. N. 303. *V. C.* 451. *Ol. CXIX*, 2.
Cleonymus Spartanorum rex a Tarentinis aduerſus Lucanos et Romanos arceſſitus *Tarentum* diripit; mox a Venetis et Patavinis naues eius incenſae. Liv. X, 2. Diod. XX, 104.

Ante C. N. 302. *V. C.* 452. *Ol. CXIX*, 3.
M. Livio Dentre, M. Aemilio Paullo Coſſ. (ſecundum Plinii computationem V. C. 450,) *Fabius Pictor aedem Salutis pinxit:* Plin. XXXV, ſ. 7. Aedem eam C. Bubulcus dedicauit: Liv. X, 1.

Eodem anno *Etruria* rebellat, ab Arretinorum ſeditionibus motu orto: Liv. X, 3. pacata a dictatore M. Valerio Etruria. ibid. c. 4. 5.

Ante C. N. 299. *V. C.* 455.
Nequinum in Vmbris captum, et colonia eo adverſus Vmbros miſſa a flumine *Narnia* appellata. Liv. X, 10.

Gallo-

Gallorum ingens exercitus fines *Etruriae* ingreſſus; cum pecunia ingenti Galli dimittuntur. ibid. Romani in Etruria vaſtandis agris vrendisque tectis, vicorum quoque, ſaeuiunt. ibid. c. 11.

Ante C. *N.* 298. *V.* C. 456.

Etruſcis ad Volaterras victis Romani iterum Etruriam ferro ignique vaſtant. ibid. c. 12.

Ante C. *N.* 296. *V.* C. 458.

Samnitium agmen finibus expulſum Etruriam petit. Liv. X, 16. Tuſci fere omnes conſciſcunt bellum in Romanos adiunctis Vmbris, et Gallis mercede conductis. Multa praelia a Romanis locis et temporibus iniquis commiſſa ibid. c. 18. vincunt hoſtem Romani altero Coſ. L. Volumnio e Samnio arceſſito. c. 19. Ingraueſcente tamen bello Romae trepidatum eſt. Galli Senones apud Cluſium legionem Romanam circumueniunt. c. 26.

Ante C. *N.* 295. *V.* C. 459.

ad Sentinum Vmbriae oppidum pugna fit cum Gallis et Samnitibus. Decius Coſ. ſe deuouet. Victoria Romanorum cruenta. Etruſci ad fines ſuos tuendos diſceſſerant. c. 27 - 30.

Anno ſequ. Peruſini caeſi. c. 31. L. Poſtumius Coſ. Volſinienſem et Ruſſellanum agrum vaſtat. Volſinii, Peruſia, Arretium, pacem petiere. Induciae in XL annos datae. Multa praeſens quingenum millium aeris in ſingulas ciuitates impoſita. c. 37.

Ante

Ante C. N. 293. *V. C.* 461. *Ol.* CXXI, 4.
Faliſci arma Etruſcis iungunt. Sp. Carvilius Coſ. Troilium (ſ. Troſſulum) cum quinque caſtellis expugnat. Idem Coſ. de Samnitibus et Etruſcis triumphat. Liv. X, 46.

Idem Sp. Carvilius e pectoralibus Samnitium ocreisque et galeis *Iovem coloſſeum* fecit, de quo Plinius XXXIV, ſ. 18. Non Graeco, ſed Etruſco artifice eum yſum probabile ſit, cum de Graecis artificibus nondum quicquam memoratum meminerim. Adſtabat ad pedes Carvilii ſtatua e reliquiis limae, hoc eſt, ramentis.

Etiam ſequ. anno D. Brutus Coſ. Faliſcos narratur viciſſe et eorum ceterorumque agros vaſtaſſe ap. Zonaram Annal. VIII. p. 367. B.

Ante C. N. 290. *V. C.* 464.
bellum aduerſus *Lucanos*, C. Aelio Trib. pl. rogante, ſciuit populus, quod illi Thurinos vexauerant. Poſita C. Aelio ſtatua a Thurinis Romae. Iidem poſtea Fabricium donauere ſtatua, liberati obſidione: V. C. 472. ante C. N. 282. Plin. XXXIV. ſ. 15.

Ante C. N. 286. *V. C.* 468.
hoc et ſeq. anno bellum *Volſinienſium* cum Romanis. Liv. Epit. XI. Galli Senones Arretium obſident. Miſſi ad Gallos legati Romanorum trucidantur. V. C. 470.

Ante C. N. 283. *V. C.* 471.
P. Cornelius Dolabella Senones vaſtat. Apud Arretium Etruſci et Galli Praetorem L. Caecilium vin-

vincunt. Senones Romam pergunt, in Dolabellam incidunt et vincuntur. *Tota Senonum gens excisa.*

Etruſci Boiique cum Senonum reliquiis ad *Vadimonis lacum* XX annis poſt priorem pugna commiſſa caeſi. Polyb. II, 19. Sena colonia deducta.

Ante C. N. 282. *V. C.* 472. *Ol. CXXIV*, 3.

Iterum Etruſci Boiique in aciem aduerſus Romanos progreſſi profligantur. Petita per legatos pace foedus cum Romanis factum: Polyb. II, 20. Videtur Etruria *in deditionem veniſſe*, nomenque Etruſcum eſſe deletum, h. e. deſiit eſſe ſui iuris.

Ante C. N. 281. *V. C.* 473.

bellum cum *Tarentinis.* Pyrrhus Epiri rex accitus.

Ante C. N. 278. *V. C.* 476.

res in Etruria geſtae Liv. Epit. XIII.

Ante C. N. 272. *V. C.* 482.

Samnites a Sp. Carvilio, Bruttii et Lucani ab altero Coſ. Papirio perdomiti. Tarentum in fidem acceptum.

Ante C. N. 269. *V. C.* 485. *Ol. CXXVII*, 4.

argentum ſignari coepit Romae. Plin. XXXIII. c. 13.

Eodem anno *Hiero* Syracuſis rex creatur.

Ante C. N. 266. *V. C.* 488. *Ol. CXXVIII*, 3.

Vniuerſa Italia perpacata. Mox (a. 488.) Italia in IV regiones diuiſa, IVque quaeſtoribus creatis, prouinciae Vmbriae Etruria pars facta eſſe videtur.

Ante-

Ante C. N. 265. *V. C.* 489.

Volſinienſes ſuperioribus bellis attriti ſeruos libertate et ciuitate donauerant; ab his oppreſſi ad Romanos confugiunt; Volſinii a Romanis oppugnati: Flor. I, 21. et alii.

Anno ſequ. vrbs dedita et diruta. Zonaras Annal. VIII, 7. Huius expugnationis miram cauſſam e Metrodoro Scepſio memorat Plin. XXXIV, ſ. 16. *propter duo millia ſtatuarum Volſinios expugnatos:* quod detrectandi potius ſtudio quam certa fide traditum eſſe videtur. Iterum poſtea condita vrbs, iterum concidit fulmine incenſa: Plin. II, 53. Eandem vrbem aliquando ſeruauerat fulmen a monſtri ingruentis impetu: ibid. c. 54. Vetus fama Etruriae eſt, impetratum (ſcil. eſſe fulmen quod *impetritum* dictum), *Volſinios vrbem, agris depopulatis, ſubeunte monſtro, quod vocauere Voltam:* quod etiam in ſarcophago expreſſum eſſe creditur. Mentionem vrbis adhuc ſub a. V. C. 661. factam video ap. Iul. Obſequ. de prodig. c. 61. De Volſinienſium perdita luxuria, *vt etiam ſeruorum ſe inſolentiſſimae dominationi ſubiicerent,* locus eſt apud Valer. Max. IX, 1. ext. 2. vbi inter alia: *poſtremo lege ſanxerunt, vt ſtupra ſua in viduis pariter ac nuptis impunita eſſent, ac ne qua virgo ingenuo nuberet, cuius caſtitatem non ante ex numero ipſorum aliquis delibaſſet.* At haec de ſeruis narrantur, qui rerum potiti erant, per breue tempus; nec magis vniuerſae ciuitati tribui poſſunt, quam vniuerſo Francorum populo immanitas factionis Robespierrianae.

Ante C. N. 263. V. C. 491.

M. Valerius Meſſala Coſ. Hieronem ad pacem petendam adegit. Ad hoc tempus ſpectat locus Plinii XXXV, ſ. 7. *Dignatio* (picturae) *autem praecipua Romae increuit, vt exiſtimo, a M. Valerio Maximo Meſſala, qui princeps tabulam picturae praelii, quo Carthaginienſes et Hieronem in Sicilia deuicerat, propoſuit in latere Curiae Hoſtiliae, anno* ab V. C. CCCCXC. Subiicit inde exempla aliorum e ſequentibus temporibus.

Ante C. N. 241. V. C. 513.

ſub finem belli Punici I. *Faliſci* armis Romanos prouocant, priore praelio victoria ambigua; altero victi ſe dedunt Romanis: armis, equis, ſupellectile, ſeruitiis et agri ſemiſſe, multantur; vrbs ex arduo et praerupto loco in planum translata. Zonaras VIII, 18.

Eodem anno Veſtae aede ardente L. Caecilius Metellus Palladium ex incendio ſeruauerat: ſtatua ei poſita in Capitolio, cum titulo pietatem declarante. Plin. VII, 45.

Ante C. N. 230. V. C. 524.

miſſi ad Teutam, Illyrici reginam, legati interfecti: Polyb. II, 8. Statuae iis poſitae Romae, in foro, tripedaneae: Plin. XXXIV, 6, 11.

Ante C. N. 226. V. C. 528.

Gallorum Inſubrium et Boiorum copiae per Etruriam iter ad Romanos tentant; circa Faeſulas male a Romanis pugnatur. Onuſti praeda Galli domum

mum diſcedentes in alterum Conſulem a Piſis venientem incidunt et caeduntur: Polyb. II, 26. 30.

Anno ſequ. Romani, aduerſus Boios educti, tertio anno Inſubres adoriuntur, Pado traiecto. Mox a. 532. *Inſubres in deditionem veniunt.* ibid. 31-35.

Anno ante C. N. 217. *V. C.* 537. *Ol. CXL*, 4.
Annibal *Etruriam* ingreſſus, pugna ad Thraſymenum lacum facta pergit in Vmbriam, late Italiam vaſtat, in Campaniam tendit.

Anno ſequ. V. C. 538. poſt pugnam Cannenſem defecere ad Poenos omnes fere Italiae inferioris populi: Liv. XXII. ſub fin.

Ante C. N. 212. *V. C.* 542. *Ol. CXLII*, 1.
Syracuſae a M. Marcello captae. Archimedes necatur.

Ante C. N. 211. *V. C.* 543. *Ol. CXLII*, 2.
Capua capta a Romanis; caeſi vel venditi Campani; vrbs hactenus ſeruata, vt eſſet aratorum ſedes; ager omnis et tecta populi Romani facta. Liv. XXVI, 15. 16.

Ante C. N. 209. *V. C.* 545. *Ol. CXLII*, 4.
Tarentum captum et direptum a Fabio Maximo; relictus coloſſus Iovis; at translatus Hercules et in Capitolio dedicatus: Plin. XXXIV, 18.

Ita tandem *omnis Italia in vaſtitiem verſa; priſcarum opum monumenta deleta.*

Ff 2 *Ante*

Ante C. N. 193. *V. C.* 561.

Iam inde ab a. 197. V. C. 557. Ligures cum Gallis Cisalpinis aliquot populis bellum Romanis intulerant; hoc anno Piſas circumſident. Magnam ex Etruria praedam eos feciſſe ex Liv. XXXV, 21. et XXXIX, 3. intelligitur. Pacata Liguria V. C. 567. ad tempus.

Ante C. N. 188. *V. C.* 566.

Seiuges (equi) *in Capitolio aurati a P. Cornelio poſiti; conſulem* (anni 560.) *dediſſe inſcriptum eſt.* At Plinius XXXIV, 5, 10. *non niſi a diuo Auguſto ſeiuges* poſitas pronuntiat; ſcilicet de triumphantibus loquitur.

Ante C. N. 186. *V. C.* 568. *Ol. CXLVIII,* 3. quaeſtio de Bacchanalibus per Italiam habita.

Ante C. N. 158. *V. C.* 596.

M. Aemilio C. Popillio Coſſ. a Cenſoribus P. Cornelio Scipione, M. Popillio, ſtatuas *circa forum eorum, qui magiſtratus geſſerant, ſublatas omnes, praeter eas, quae populi aut ſenatus ſententia ſtatutae eſſent,* e L. Piſone narrat Plin. XXXIV, 6, 13.

Ante C. N. 146. *V. C.* 608.

Q. Caecilius Metellus de Macedonibus Achaeisque triumphat; inter cetera ſpolia transuexit turmam Alexandri M. amicorum a Lyſippo factam, de quibus Plin. XXXIV, ſ. 19, 6. et Vellej. I, 11. qui etiam primus aedem ex marmore feciſſe narratur, ſuamne,

ſuamne, an dei alicuius non memoratum eſt; quam Plinius XXXVI, 4, 12. innuere videtur; erat ea cum porticu; eique circumducta poſtea porticus Octaviae.

Eodem anno capta et exciſa *Corinthus:* cumque ea extincta Graeciae gloria, ingeniorum lumen, artium honos.

Atque hic omnino finem habet id, quod mihi propoſitum erat, vt colligerem veſtigia et fragmenta artium et operum Italiae, inprimis antiquioris, e quibus iudicio idoneo elici poſſit, quae indoles, quae conditio artium et litterarum per Italiam fuiſſe videri poſſit, primo inter barbaros, ab ipſis inde originibus, tum per Etruſcorum et Graecorum, qui inferiorem Italiam inſederant, ingenia, quae partim per ſe quaeque, partim commerciis rerum, et aliorum operum exemplis ante oculos poſitis, noua inuenta et ſollertiae exempla protulerant; quae characterem ſeu ſtilum quem vocant habent peculiarem; donec ſub tempora expolitae ac perfectae artis Athenis et in reliqua Graecia, artifices per Italiam quoque ad abſolutae artis ſimilem laudem contenderunt; (vt adeo praeſtantiora quaeuis opera et Graecanicis propiora pro recentiſſimis quoque Italicae artis eſſe habenda videantur;) vna cum cauſſis interitus antiquiorum monumentorum cum ipſis plerumque memoriis. Vtetur igitur his, pro fundo vberioris materiae conquirendae, et hiſtoriae artis, quantum fieri poteſt, condendae, qui volet, ſi cui fors otium et

Ff 3 ſtudium

ſtudium conceſſerit. Conquiret idem plures memorias ſtatuarum Romae poſitarum et ſignorum in vrbem inuectorum. Subiiciam adhuc nonnulla ſparſim e ſequentibus annis, quae mihi in manus venerunt.

Ante C. N. 121. *V. C.* 633.

interfectus C. Gracchus, vti vndecim ante annos frater Tiberius (621). *Poſitae iis ſtatuae a populo in foro* (ἐν φανερῷ ſaltem Plutarch. in Gracch. p. 843. C.) etiam *matri, Corneliae*, quae Africani maioris filia fuit: *Sedens huic poſita* ſoleisque ſine amento *inſignis, in Metelli publica porticu: quae ſtatua nunc eſt in Octauiae operibus.* Plin. XXXIV, 6. ſ. 14. qui addit Catonem id prohibere non potuiſſe, etſi in Cenſura vociferantem, *mulieribus Romanis in prouinciis ſtatuas poni.*

Ante C. N. 91. *V. C.* 663.

Bellum Marſicum, ſociorumque defectio ob negatam ciuitatis communicationem. *Vaſtata hoc bello Italia: nec Annibalis, nec Pyrrhi fuit tanta vaſtatio.* Flor. III, 18, 11. Etruſcos arma cum Italicis ſociaſſe, Florus et Oroſius tradunt: v. Interpp. ad Flor. l. c. Appian. B. C. lib. I, 49. eoque bello nondum confecto *bellum ciuile* inter Marium et Sullam nouas calamitates attulit ab anno inde ante C. N. 88. V. C. 666. *quarum non minima pars Etruriam quoque attigit.* cf. Florus III, 21, 22. Volaterrae inter vltimas erant belli reliquias cum dederentur Sullae ante C. N. 79. V. C. 675.

Samni-

Samnitium gens prorſus extincta a Sulla. v. Strabo V. p. 382.

Ante C. N. 86. V. C. 668.

C. Marius Gratidianus praetor rem numariam conſtituit, *arte probandi denarios* inuenta. Plin. XXXIII, 9, ſ. 46. *Ei vicatim ſtatuae dicatae.* ibid. et XXXIV, 6. ſ. 12. euerſae eae Sullae in vrbem ingreſſu. a. V. C. 672. ibid.

Ante C. N. 73. V. C. 681.

M. Terentius Varro Coſ. obiit V. C. 726. ante C. N. 28. Eum tradere narrat Plinius XXXV, ſ. 45. *ſibi cognitum Romae* Poſim *nomine, a quo facta poma et uvas, vt non poſſes adſpectu diſcernere a veris; idem magnificat* Arceſilaum, *L. Luculli familiarem; cuius proplasmata pluris venire ſolita artificibus ipſis, quam aliorum opera;* de eo v. plura eod. l. cf. XXXVI, 4, 13. *Laudat et* Paſitelem, *qui plaſticen matrem ſtatuariae ſcalpturaeque et caelaturae eſſe dixit, et, quum eſſet in omnibus his ſummus, nihil vnquam fecit, antequam finxit:* quaſi aliter alii fecerint! Iterum e Varrone XXXVI, ſ. 4, 12. Theſpiades *admiratur et Paſiteles: qui et quinque volumina ſcripſit nobilium operum in toto orbe. Natus hic in Graecia, Italiae ora, et ciuitate Romana donatus cum iis oppidis* (oppidis Magnae Graeciae: quod factum Lege Iulia V. C. 666. et Lege Plotia V. C. 668.) *Iovem fecit eboreum in Metelli aede, qua Campus petitur.*

Fuit Ludius, *D. Augusti aetate, qui pri[mus] instituit — parietum picturam.* — *Fuit et* Arell[ius] *Romae celeber paullo ante D. Augustum — fuit nuper,* memorat haec Plinius XXXV, c. [...] *grauis ac ſeuerus, idemque floridus, humilis pictor* Amulius; *huius erat Minerva ſpectantem ſpectans quacunque adſpiceretur; paucis diei [...] pingebat; id quoque cum grauitate, quod ſem[per] togatus; quanquam in machinis; carcer eius [...] Domus aurea* (Neronis) *fuit, et ideo non ext[ant] exempla alia magnopere* (fatum ſimile multar[um] noſtrae aetatis nobilium tabularum multi queru[n]tur). *Poſt eum* (Amulium) *fuere in auctorita[te]* Cornelius Pinus *et* Accius Priſcus, *qui Honoris [et] Virtutis aedes Imperatori Veſpaſiano Auguſto reſ[ti]tuenti pinxerunt; ſed* Priſcus *antiquis ſimilior.*

INDEX.

INDEX. *)

[Ab]deri funus: in tabula Philoſtrati ſen. 136. ab eo vrbs Abdera dicta 137.
[Abo]rigines 344.
[Abr]adates Pantheae coniux 110.
[Aca]demiae Georgiae Auguſtae tranquillitas inter bellicos terrores 2. 102. 104. 122. 233. 245. 266. 304. fauſti ac laeti euentus 25. protractae nimium et intempeſtiuae feriae et excurſiones curſum ſtudiorum ſufflaminant 246. feriarum ſemeſtrium vtilitas 40. 180. aliena G. A. a rerum nouandarum ſtudio 78. intacta a vociferationibus philoſophantium 102. 3. libertatem ſentiendi ſeruauit 122. 3.
[A]cademiae deſiderant artium cum litteris ſeuerioribusque diſciplinis connubium 9. iis pernicioſa ſaeculi propenſio deguſtandi leuiter diſciplinarum academicarum ſtudia 267.
Acheloi pugna cum Hercule tab. 171.
Achilles a Chirone nutritus, tabula 92. lugens Antilochum 107. comis tonſis exhibitus ibid. tab. in Scyro: tab. 165.
Adria, Etruſcorum colonia 403.
Aeetes Argonautas perſequens tab. 185.
Aegiſthi partes in caede Agamemnonis et Caſſandrae 113.
Aeſculapius. tab. 214.
Aeſopus a Mythis coronatus: tab. Ph. ſen. 92.
Aethiopes adſtantes Perſeo 81.
Agamemnon, pictus 107 (g). caedes 113.
Agave Penthei mater 63.
Ageladas ſtatuarius 368.
Aglaophon 376. 380.
Agoracritus ſtatuarius 368.
Agrigentum conditum 414. 422. magnificentia 431.

*) Ex parte confectus a *Ge. Henr. Lünemann*, Gotting. Iuuene ornatiſſimo. Facile intelliges argumenta maxime tabularum, et memorabilia in iis obuia, eſſe adſcripta, ex hiſtoria autem ea, quae ad artium fortunam aliquam vim habere potuere.

Fuit Ludius, *D. Auguſti aetate, qui primus inſtituit — parietum picturam. — Fuit et* Arellius *Romae celeber paullo ante D. Auguſtum — fuit et nuper*, memorat haec Plinius XXXV, c. 37. *grauis ac ſeuerus, idemque floridus, humilis rei pictor* Amulius; *huius erat Minerva ſpectantem adſpectans quacunque adſpiceretur; paucis diei horis pingebat; id quoque cum grauitate, quod ſemper togatus; quanquam in machinis; carcer eius artis Domus aurea* (Neronis) *fuit, et ideo non extant exempla alia magnopere* (fatum ſimile multarum noſtrae aetatis nobilium tabularum multi queruntur). *Poſt eum* (Amulium) *fuere in auctoritate* Cornelius Pinus *et* Accius Priſcus, *qui Honoris et Virtutis aedes Imperatori Veſpaſiano Auguſto reſtituenti pinxerunt; ſed* Priſcus *antiquis ſimilior.*

INDEX.

INDEX. *)

Abderi funus: in tabula Philoſtrati ſen. 136. ab eo vrbs Abdera dicta 137.
Aborigines 344.
Abradates Pantheae coniux 110.
Academiae Georgiae Auguſtae tranquillitas inter bellicos terrores 2. 102. 104. 122. 233. 245. 266. 304. fauſti ac laeti euentus 25. protractae nimium et intempeſtinae feriae et excurſiones curſum ſtudiorum ſufflaminant 246. feriarum ſemeſtrium vtilitas 40. 180. aliena G. A. a rerum nouandarum ſtudio 78. intacta a vociferationibus philoſophantium 102. 3. libertatem ſentiendi ſeruauit 122. 3.
Academiae deſiderant artium cum litteris ſeuerioribusque diſciplinis connubium 9. iis pernicioſa ſaeculi propenſio deguſtandi leuiter diſciplinarum academicarum ſtudia 267.
Acheloi pugna cum Hercule tab. 171.
Achilles a Chirone nutritus, tabula 92. lugens Antilochum 107. comis tonſis exhibitus ibid. tab. in Scyro: tab. 165.
Adria, Etruſcorum colonia 403.
Aeetes Argonautas perſequens tab. 185.
Aegiſthi partes in caede Agamemnonis et Caſſandrae 113.
Aeſculapius. tab. 214.
Aeſopus a Mythis coronatus: tab. Ph. ſen. 92.
Aethiopes adſtantes Perſeo 81.
Agamemnon, pictus 107 (g). caedes 113.
Agave Penthei mater 63.
Ageladas ſtatuarius 368.
Aglaophon 376. 380.
Agoracritus ſtatuarius 368.
Agrigentum conditum 414. 422. magnificentia 431.

*) Ex parte confectus a *Ge. Henr. Lünemann*, Gotting. Iuuene ornatiſſimo. Facile intelliges argumenta maxime tabularum, et memorabilia in iis obuia, eſſe adſcripta, ex hiſtoria autem ea, quae ad artium fortunam aliquam vim habere potuere.

Index.

Agylla ſ. *Caere* re nauali potens 423.
Aiaces picti 107 (g). Aiacis Locri naufragium tab.
Alcamenes ſtatuarius 368.
Alcibiadis ſtatua Romae 441.
Alcimachus pictor 386.
Alcmena lecto proſiliens 173.
Alexander Epiri rex in Italia 442.
Alexandra, Nealcis pictoris f. 389.
Alexis ſtatuarius 376.
Alpheus fl. Pelopi coronam porrigens 58.
Alypus ſtatuarius 377.
Amores: tab. 32. cygnis inſidentes 35. Daedalo operis ſocii 55.
Amphiaraus vates terrae hiatu hauſtus, tab. 81, in quo loco: p. 83.
Amphion lyra canens. tab. 36.
Amphion ſtatuarius 384.
Amphitruo, Herculi infanti gladio ſtricto ſuccurrens 173.
Amulius pictor 456.
Amyclaeus ſtatuarius 365.
Amymone Neptunum accedentem conſpiciens tab. 34.
Ἀναῤῥιχᾶσθαι 150.
Anaxilaus Rheginus 431. 2. 428.
Ancaeus in venatione apri Calydonii 191.
Andrii tab. Ph. ſen. 74.
Androcydes pictor 381.
Andromeda a Perſeo liberata, Amore vincula ſoluente 86.
Angelio ſculptor. 363.
Antaeus ab Herculo occiſus: tab. 130. ſtatuarius; ſ. Antheus 389.
Anthermus ſculptor 355. 363.
Ἄνθος, 34. not.
Antidotus pictor 382.
Antigone fratris corpus tollens: tab. 150.
Antilochus a Memnone caeſus: tab. 106. Achillis ἐρώμενος 107.
Antiphanes ſtatuarius 377.
Antiphilus pictor 385.
Antorides pictor 385.
Apelles 383.
Aper Calydonius. Eius venatio 191.
Aphrodiſius ſculptor 591.

Apollo:

Index.

Apollo: boues furto a Mercurio abactas a Maia repoſcens 76. Phlegyam pugilatu caedit 128. cum Hyacintho 72. 189. Amyclaeus 351. 359 ſq. in Thornace ibid.
Apollodorus pictor 381. — fictor 387.
Apollonius Argon. IV, 603. em. 46. ex eius lib. III, 275. adumbrata tabula: 176. 7.
Apollonius Tyanenſis 12. not.
τῶν Ἀποθέτων poetae 37. not.
Aranearum telae: tab. 149.
Arceſilaus Parius pictor 383. plaſtes 390. 455.
Arellius, pictor 456.
Argentum primum Romae ſignatum 448.
Argius, ſtatuarius 376.
Argo cum vectoribus: tab. 117. 8. in Phaſide nauigans 185.
Argonautae reduces 186.
Ariadne dormiens, Baccho accedente tab. 53.
Ariſtides pictor 376. 381. 3. 4. 5.
Ariſtocles Cydoniates 353. alius 377. alius 378. 384.
Ariſtodemus pictor Niciae pater 384. ſtatuarius 379. alius poſt Alexandri tempora, qui Seleucum fecerat Plin. XXXIV, 19, 26. tandem alius, qui hiſtoriam picturae et operum ſcripſerat, ipſe pictor Eumeli artem aemulatus, cuius erat Helena Romae in foro poſita. Philoſtr. prooem. Imagg. et de Vit. Soph. II, 5. p. 570.
Ariſtodemus Cumaeorum tyrannus 425. 6.
Ariſtolaus pictor 384.
Ariſtomedes ſculptor 375.
Ariſtomedon ſtatuarius 365.
Ariſton ſtatuarius 385.
Ariſtophanis ſchol. Av. 575. em. p. 356.
Ariſtophon pictor 376.
Arrhichio pugil. tab. Phil. ſen. 104.
Ars pingendi commendata a Philoſtrato 17. de artibus fabuloſe tradita temporibus heroicis et Homericis 339 ſq. 346 ſq. narrata temporibus regum Lydiae 347 ſq. Artium inter Graecos tempora p. 338-391. incrementa Croeſi, Cyri et Cambyſis tempp. 360 ſq. per Samios 361. Phidiae et Periclis aetate 365 ſq. Polycleti, Zeuxis, Parrhaſii 376 ſq. Praxitelis, Apellis, Lyſippi 381 ſq. inde a Lyſippo vsque ad Augusti tempora 386 ſq. ſcholae 10.
Artemon, pictor 388. alius ſculptor 391.

Artes

Index.

Artes in Italia antiquae 392 ſqq. earum antiquitas aut falſo credita aut vltra meritum laudata 405 ſq. conditio et fata per Italiam 453.
Artificum epochae parum ſubtiliter conſtitutae 366.
Aſclepiodorus pictor 384.
Aſopodorus ſtatuarius 376.
Atalanta in venatione apri Calydonii 191.
Athamas inſaniens. pictura in cera: Calliſtrati 219.
Athenaeus XV, p. 672. em. 345 (h). ſtatuarius 389.
Athenio pictor 385.
Athenis prima artium elegantia 361.
Atlas onere oppreſſus, ab Hercule leuatur. tab. 129.
Auri argentique penuria in vetere Graecia 350. ſubnata copia. ibid.
Auſones 394.

Baccha, Scopae ſignum ap. Calliſtrat. 201. Bacchae et Pentheus: tab. 62.
Bacchanalia, de iis quaeſtio 452.
Bacchicum furorem ſimulantes in fabulis tragicis 111.
Bacchus naſcens 51. attributa 54. not.
Βαλβὶς in diſci iactu 73.
Bathycles 360. 420.
Batrachus 390.
Beda 387. 8.
Boehmeria domus apparatum tabularum ſervans 4.
Bononia Felſina 403.
Boſporus Thracicus: tab. 46. de eo 49. not.
Bularchi tabula 348.
Bupalus 355. 363.
Byzes Naxius 354.

Cadmus et *Harmonia*, in dracones verſi 63.
Caere, re nauali potens 423.
Calades pictor 385.
Calamis ſtatuarius 374.
Calinthus 370.
Callicles pictor 385.
Calliſtratus ſtatuarius 389.
Calliſtrati ſtatuae XIV, 198 ſqq. Emendatt. Iacobs. in eum 201.
Calliteles ſtatuarius 370.
Callixenus ſtatuarius 389.

Callon

Index.

Callon: *Aegineta* 364. ſculptor. ibid. alius, Eleus, ſtatuarius.
Calos: ap. Clement. Alex. qui Callon. 342. 364.
Campana vaſa 401. 421. 440. Campani ſe dedunt Romanis 441. gens deleta 451. Campaniae XII coloniae Etruſcorum 406. 434.
Capaneus 30. 151 not.
Capua 406. 432. 435. 436. deleta 451.
Carmanides pictor 382.
Carthaginienſes in Sicilia 435. 6. bellum cum Syracuſanis 437. foedera cum Romanis 426. 441. 445.
Carthago 398. 400. opes maritimae 423. 424.
Caſſandrae caedes: tab. 112.
Catana condita 410.
Cebetis tabula, ficta pictura 15 not.
Centaura tab. 94.
Centaurus: pictus: commiſſura corporum diuerſorum obſeruata 94. not. ſignum 216. fabula de Centauris ibid.
Cephiſſodorus ſculptor 380. 382.
Cephiſſodotus ſtatuarius 379. alius 387. 8.
Ceris pingere: inuentum 383.
Chares ſtatuarius 387.
Chartas ſtatuarius 372.
Chionis ſtatuarius 365.
Chiron Centaurus, Achillis nutritor: bis in eadem tabula 92.
Chius inſula artes fouit 425. 353.
Chorographiae in tabula. ſeptem ap. Philoſtrat. ſen. 17.
Chorus puellarum 90.
Cleanthes Corinthius inter antiquiſſimos picturae auctores 349.
Clearchus plaſtes 371. 372. 377.
Cleoetas ſtatuarius 378.
Cleon ſtatuarius 377.
Cleonymus Rex Spartanorum in Italia 445.
Cleophantus pictor 417.
Cleſides pictor 388.
Clipeus Achillis, comparatione Philoſtrati illuſtratus 185.
Clytaemneſtra Caſſandram necans 113.
Colotes ſtatuarius 368. alius, Parius 390.
Comus, deus, tab. Ph. ſen. 25. cum eo Riſus ibid.
Corinthus exciſa 453.
Corſicam tenent Phocaeenſes 423. Carthaginienſes 424.

Critheis

Index.

Critheis mater Homeri, Meletis fl. amore capta 108.
Craterus ſtatuarius.
Creta ſub Minoë 397.
Croton condita 414.
Croeſi donaria 350.
Critias ſtatuarius 365. diſcipuli 369.
Cteſidemus pictor 385.
Cteſilochus pictor 385.
Cumae in Italia 400. 406. 425. 432. 436.
Cupido talis ludens cum Ganymede 177.
Cupido Praxitelis ſignum 204. alter 215. ſigna alia 205.
Currus euerſus pictus 96. 97.
Cyclops, tabula 126.
Cydias pictor 383.
Cygni Zephyro ſpirante canore crediti 44. not.
Cypſeli arca 351.
Cyrene condita 416.

Daedalus 339. 340. eius diſcipuli 341. officina: tab. 54.
Daedalus Sicyonius, ſtatuarius 379.
Dahippus ſtatuarius 387. 8.
Daemon fontibus Nili inſidens 31. not.
Dameas ſtatuarius 364. 425. alius ſ. Demeas, Clitorius 376.
Damocritus ſtatuarius 369.
Damophilus plaſta 380. 429.
Damophon ſculptor 373.
Deianira certantibus de eius nuptiis Acheloo et Hercule tab. 171. a Neſſo capta, et ab Hercule vindicata alia tab. 192.
Delphica donaria 350. 362.
Delphos miſſi a Romanis legati aliquoties 442.
Demaratus in Italiam profectus 415. 416.
Diana Laphria 373.
Dicaearchia condita 425.
Dinomedes ſtatuarius 378.
Dinomenes ſtatuarius 377.
Dinon ſtatuarius 376.
Diomedes pictus 107 (g). 166.
Diomedes Thrax caeſus ab Hercule 136.
Dionyſius Syrac. infeſtat Italiam 438. 441.
Dionyſius pictor 385. alius 390. ſtatuarius 389.
Dipoenus ſculptor 341. 354. 355. eius ſchola 362.

Dirae

Dirae in ſacris. 136.
Diſci iactus: et diſcoboli ſtatus in monimentis antiq. 72. 73.
Diyllus ſtatuarius 365.
Dontas ſtatuarius 362.
Doryclidas ſtatuarius 362.

Eburna ſigna 91.
Echion pictor 383.
Echo in tabula reddita 156. adſtans Satyro cum Pane 280.
Ehrhart, Fr., botanici herbarium Academiae donatum 2.
Encauſta 383. 384.
Encauſtici operis ſuſpicio in loco Philoſtrati ſen. 84. not.
Endoeus ſtatuarius 342.
Equi ſeiuges dedicati 452.
Erigonus pictor 389.
Etruria vaſtata a Romanis 444. 446. a Gallis ibid. et Liguribus 452. in bello Marſico 454. in bello ciuili Sullano ibid.
Etruſci, Eorum origines 398. octo ſaecula durationis 401. incrementa 402. bella cum Vmbris 404 ſq. cum Romanis inde a p. 409. cum Gallis: inde a p. 420. praelium nauale cum Phocaeenſibus 423. cum Cumanis et Poenis 432. cum Syracuſanis 433. cum Romanis ad Vadimonis lacum, bis victi p. 444 et 448. tumque in deditionem venerunt.
Euchir et *Eugrammus* fictores 352. 372. 417.
Eumelus pictor 18.
Euphranor pictor 381. 2. 5.
Euphronides ſtatuarius 386.
Eupompus pictor 381.
Euripides Herc. fur. expreſſus in tab. Philoſtr. jun. 184. 187.
Eurypylus occiſus a Neoptolemo 183.
Eutelidas ſtatuarius 354.
Euthycrates ſtatuarius 387.
Eutychides ſtatuarius 387.
Euxenidas pictor 381.
Evadne ſe caeſo marito Capaneo in rogum immittit. tab. 151.
Evenor pictor 380.
Ἐξηγηταὶ in vrbibus et templis 12.

Fabulae Aeſopum coronantes. tab. 29.
Faliſcorum bella cum Romanis. Falerii dediti 438, euerſi 450.

Faunus

Faunus vid. *Satyrus.*
Felſina Etruſcorum colonia 403.
Feſta celebrandi varii modi vnde ducti? 319 ſq.
Fictiles dii 418.
Forma perfecta, mente concepta, non admittit variandi modos 209.
Fruges in tabula pictae 89.

Gades conditae 400.
Galatea per fluctus vecta, Polyphemo proſpiciente 126.
Galli. Eorum in Italiam tranſitus 420. inde perpetua cum Etruſcis et Romanis bella, in pp. ſqq.
Ganymedes talis ludens cum Cupidine tab. 177.
Gela condita 414.
Genii coronis redimiti 28.
Γεωργεῖν, elaborare 46.
Glaucias ſtatuarius 374.
Glaucion pictor 385.
Glaucus deus marinus, mari emergens et vaticinans: tab. 117.
Glaucus Chius 353. Argiuus ſtatuarius, alius Lemnius 374.
Gorgaſus plaſta 429.
Gorgias Laco ſtatuarius 371.
Graecorum nauigationes ad Occidentem 405. Magnae Graeciae ciuitates 399 ſq.
Gyrae petrae ſ. *Aiax Locrus*: tab. 115.

Hecatodorus ſtatuarius 378.
Hegeſias ſ. *Hegias* ſtatuarius 369.
Heliades in populos verſae 45.
Heliodorus ſtatuarius 382.
Hellanodices in tab. 106.
Heraclea condita 434.
Heraclides pictor 385. 390.
Hercules furens, tab. 134. inter Pygmaeos, tab. 132. Atlantis onus ſubit, tab. 129. Diomedem Thracem necat, Abderi mortem vltus, tab. 136. buphagus, Thiodamantis boues deuorans, tab. 106. liberat Heſionen, tab. 187. Neſſum telo percutit, tab. 192. cum Acheloo pugnat, tab. 171. anguem elidit 173.
Hercules in Italia 398. 399. fictilis 418.
Hermolaus ſtatuarius 391.
Heſione ab Hercule liberata, tab. 187.

Hippo-

Index.

Hippocampi in tabula 35.
Hippodamia. tab. 96. alia opera 58.
Hippolytus raptatus. tab. 96.
Horae: choream agentes. tab. 156. caeli portas ſeruant 43.
Hyacinthus, ex aduerſo ſtante Apolline. tab. 189. proſtratus, adſtante Apolline. tab. 72.
Hyllus puer. tab. 192.
Hymenaeus coronato capite, facem tenens 28.
Hymnus in Mercur. comparatus cum tabula. 75.

Ias ſeu *Iades*, ſtatuarius 387.
Iaſon, ex aduerſo, Medea. tab. 176.
Ideal vid. *forma*.
Indus, ſtatua 205.
Ino cum Melicerta in mare deſiliens 111.
Inſulae. tab. 124.
Ion, ſtatuarius 386.
Iſter, cygnis innatantibus 45.
Iſthmia a Siſypho inſtituta 119.
Iſthmus pictus, virili habitu; Lechaeum et Cenchreae puellari 119.
Italia in ditionem Romanorum redacta 448. vaſtata 451. 454.
Italiae antiquae artes 391.
Iunonis ſigna Smilidis 342. Samiae templum 344. antiquiſſimum 358. ſedentis ſignum Tirynthe Argos aduectum 341. Iuno Regina Etruſcorum religio 437.
Iupiter. Iovis Imperatoris ſignum 439. Coloſſus a Carvilio dicatus 447.

Καιρὸς Lyſippi ſtatua 208.

Laco ſtatuarius 371.
Lahippus ſtatuarius 388.
Lala Cyzicena inter pictores 390.
Laodamia mariti morte accepta ſe occidens 111.
Laphaes ſculptor 371.
Learchus ſtatuarius 362. 425.
Lectionis otioſae et promiſcuae librorum, inter aetatis noſtrae calamitates 140 ſq.
Legum vis debilitatur numero aucto 41.
Leochares ſtatuarius 379.
Leonides pictor 382.

Leontini conditi 410.
Leontiſcus pictor 389.
Libanii ἐκφράσεις 220.
Libertas ſentiendi tollitur per ſectarum furores 122. 3.
Librarius mercatus ſapientius regendus 142.
Lindus in Rhodo 135.
Liparenſes 422. pugnant cum Tyrrhenis. ibid.
Litterarum artiumque connubium in academiis 11. quale fuerit inter Graecos et Romanos. ibid.
Litteratorum ſtulta perſuaſio, litteras et ſtudia nil debere imperantium voluntatibus 281.
Locri conditi 414.
Lucianus: Rhet. Praecept. em. 369.
Lucta dea 153,
Lucta Amorum paullo ſaeuior. tab. 33. Antaei et Herculis. tab. 131,
Luctus finiendus officiis vitae intentiore animo exſequendis 61.
Ludibundi. tab. 177.
Ludio pictor 456.
Lycius ſtatuarius 376.
Lydi arte equeſtri clari 57. inter eos prima artium initia 347. 412.
Lydia: picta 112.
Lyra in tab. ac deſcripta 36.
Lyſippus ſtatuarius 386. eius turma amicorum Alexandri Romam abducta 452. pictor 383.
Lyſiſtratus ſtatuarius 386.

Magnetum praelia 348 (l). 360.
Maia puerpera. tab. 75.
Malas ſculptor 355.
Mantua Etruſcorum 403.
Marmore (ex) prima Romae aedes 452.
Marſyas ab Apolline excoriatur. tab. 168.
Maſſilia condita 419.
Mechopanes pictor 384.
Medea fugiens, inſequente patre 186. caedem liberorum animo verſans. ſtatua ap. Calliſtratum 217. in Colchis, adſtante Iaſone. tab. 175. 6.
Meleager in venatione Calydonii apri 191.
Meles II. a Critheide amatus. tab. 108.

Melicerta in Iſthmum a delphine portatus in Neptuni templo collocatus 119.
Μελίχροος 31.
Memnon ab Achille caeſus. tab. 34. Antilochi caeſi victor 106. ſignum e marmore 213.
Menedotus Samius, res Samiorum perſcripſit 344.
Menelaus pictus 107 (g).
Menoeceus ſe iugulans pro patria. tab. 29.
Mercurii natales et furta. tab. 74.
Meſſana 415. 431.
Metapontum 399.
Metrodorus pictor 386. 390.
Micciades ſculptor 355.
Micon, pictor, clarus cum Polygnoto 376. alius, minor, et ipſe pictor, pater Timaretes 376. ſtatuarius 370. 375.
Midas cum Satyro capto. tab. 68. narrata de eo 69.
Minervae natales. tab. 147. ſedentis ſigna 342. 343. Lindia 345.
Minucia ſtatua poſita 434.
Morychus Dionyſus 373.
Myron ſtatuarius 371.
Myſi. tab. 183.
Myſtagogi 12.
Mythi Graecine in Italiam allati 352.
Μῦθοι Aeſopum coronantes. tab. 29.

Narciſſus. tab. 70. ſtatua 206. alia ſigna ibid.
Naucydes ſtatuarius 377.
Navis piratica, picta et deſcripta 64.
Naxus in Sicilia 409.
Nealces pictor 389.
Neapolis condita 400. 1.
Neoptolemus vid. *Pyrrhus.*
Neptunus et *Amymone*. tab. 34. curru vectus ad vlciſcendam Aiacis Oilei ſuperbiam 116. tridente montes findens 116. 117. πανόπτης et γεωργὸς 125. Iſthmius et eius templum 119.
Neſeas pictor 380.
Neſſus Centaurus ab Hercule telo transfixus 192.
Nicanor pictor 383.
Niceros pictor 385.
Nicomachus pictor 384.

Neophanes pictor 385.
Nilus, deus. tab. 31. Nili fontium daemon 32.
Niſaeus equus 99.
Nola condita 406.
Nonnus. Dionyſ. XLIV, 142. ill. p. 66.
Nymphae Pani illudentes 114.

Occaſio Lyſippi ſtatua a Calliſtrato deſcripta 208.
Oenomaus a Pelope curſu curuli victus 56.
Oenotrus 396.
Olympia in tab. 105. Arcadiae aſſignata a Philoſtrato 154.
Olympus, tibia canens. tab. 66. alia 67.
Omphalion pictor 385.
Onatas ſtatuarius 369.
Oropus, heros, conditor vrbis 81.
Orpheus inter feras canens lyra 174. ſedens inter Argonautas 186. pulſans lyram, ſtatua. 210.
Oſſa et *Olympus* diremti 116. 117.
Othryadis mors 363.

Paeonius ſculptor 373.
Paeſtum conditum 427.
Palaemon, nouus deus marinus. tab. 118.
Palaeopolis condita 400. capta a Romanis 443.
Palaeſtra. tab. 153.
Paludes. tab. 35.
Pamphilus pictor 381. ſculptor 382.
Pan, luſus Nympharum. tab. 114.
Panaenus pictor 375.
Pancratium, in tab. 105.
Panthea ſuper mariti corpore ſe iugulans. tab. 110.
Pantias ſtatuarius 377. 378.
Parelius, ſ. *Perelius*, ſtatuarius 373.
Parrhaſius pictor 380. 381.
Parthenope condita 400.
Paſias pictor 381.
Paſiphae. tab. 54.
Paſiteles ſculptor 455.
Patrocles ſtatuarius 377. 379.
Pauſanias. VII, 5. em. p. 343. V, 24. p. 368. VIII, 42. p. 370. II, 21. p. 377.
Pauſias pictor 384.
Pauſon pictor 385.

Πηλα-

Πηλαμύδες vid. *Thynnus.*
Pelasgi in Italia 395 ſq.
Peleus, in venatione apri Calydonii 191.
Pelops cum Hippodamia. tab. 56. currum conſcendens, adſtante Neptuno. tab. 87. alia 182.
Penelopes tela. tab. 149.
Pentheus a Bacchis diſcerptus 52. tab. 62.
Pericletus 377.
Περιηγηταὶ 12.
Perſeus. tab. 85.
Phaethon in tab. 42. alia artis opera 46.
Phaſis fl. pictus 179.
Phidiae et *Periclis* aetas 365.
Philochares pictor 391.
Philoctetes. tab. 192.
Philoſtratus 12 ſq. ſenior tabulas in porticu Neapoli interpretatur 14. 15. opus Sophiſtae ac rhetoris, non iudicis artium callidi 16. tabularum argumenta inde a p. 17. cum diiudicatione inuenti et artis; eadem in claſſes redacta 17. emendata lectio per Commentationes decem priores 18 – 195. emendationes Jacobſii p. 193 ſq. codd. Guelpherb. 162. 3.
Phocaeenſes Maſſiliam condiderunt 419. in Corſica conſedere 423. pugna naualis cum Carthaginienſibus et Etruſcis, condunt Veliam. ibid.
Phoenix ſtatuarius 387.
Phorbas vel *Phlegyae.* tab. 128. vbi de Phorbante. not.
Phradmon ſ. *Phragmon*, ſtatuarius. 371.
Phrygia marmoribus abundans 48. not.
Phrygius veſtitus 88. vid. *Veſtitus.*
Phrylus pictor 380.
Phrynon ſtatuarius 376.
Pictura in cera 219. prima dedicata Romae 450.
Picturae initia 349. tria genera 381. antiquae in Italia 408. 409.
Πῖλοι in ſtatuis 343.
Pindari natales tab. 114.
Pingendi ars. vid. *Ars.*
Pinus, *Corn.*, pictor 456.
Piſcatores. tab. 46.
Piſo ſtatuarius 369.
Plaſtice in Italia 417. 352.
Plato de Rep. V. em. p. 31.

Plinius XXXIV, 19, 16. em. p. 369. XXXIV, 19. em. p. 371.
ibid. 19, 4 em. p. 371.
Plutus in arce Athenarum 148.
Poeni vid. *Carthaginienſes.*
Polemo periegetes; eximius ſcriptor 12.
Polichus ſtatuarius 377. qui et *Ptolichus.*
Πόλος in ſtatuis 343. 210.
Polycles ſtatuarius 379. alius 389.
Polycletus Sicyonius, ſtatuarius 371. eius diſcipuli 376.
Argivus ſtatuarius 377.
Polydectes ſtatuarius, 391.
Polygnotus Thaſius pictor 375.
Polyphemus proſpiciens Galateam in mari vectam. tab. 126.
Porſenna 426.
Porticus in littore 48. tabulis in pariete conſpicua 14.
Poſidonia vid. *Paeſtum.*
Poſis plaſtes 455.
Praxiteles ſculptor 381 ſq. eius Bacchus 212. Cupido 204.
Priſcus, Accius, pictor 456.
Προβολή, in pulſandis fidibus 38.
Προβόλιον 26. 86.
Ptolichus Corcyraeus, ſtatuarius 369.
Puellarum chorea ad aram et ſignum Veneris. tab. 90.
Puteoli conditi 425.
Pygmaei Herculem aggrediuntur. tab. 132. fabula 133. not.
Pyreicus pictor 385.
Πύργος, domus alta 166.
Pyrrhus ſ. *Neoptolemus*, in Scyro educatus, in tab. 167.
eius pugna cum Eurypylo 183. clipeum Achillis patris tenet 184. Hegiae 369. rex Epiri in Italia bellans 448.
Pythagorae Samii ſtatua Romae 441.
Pythagoras Rheginus, ſtatuarius 371.
Pythias ſtatuarius 389.
Pythocles ſtatuarius 389.
Pythodorus ſculptor 391.

Quadrigarum vſus antiquior in certaminibus quam in bellis 57. fictiles in fornace creſcentes 418.

Rheae ſimulacrum ante Pindari domum 115.
Rhodogune. tab. 97.
Rhoecus plaſta 356. 7. 8.

Riſus

Riſus deus, Γέλως 74.
Romanorum origines 408.

Samiorum nauigatio 416. ſtudium artium 361 ſq. 425. templum Iunonis 358. Apollinis Pythaei 359.
Samnitium gens extincta 455.
Satyrus, aut *Olympus*. tab. 66. (Silenus) a Mida captus 68. tibia canens ſtatua 199. Satyrorum forma deſcripta ibid. 68. 69.
Sayros ſculptor 390.
Scamander fl. tab. 18.
Scopae Baccha. ap. Calliſtr. 201.
Scopas ſculptor 372. 380.
Scyllis ſculptor 341. 354.
Scyros picta; adſtante Echo 166.
Seiuges dedicati 452.
Semele igni conflagrans. tab. 50.
Sicilia coloniis frequentata 408 ſqq.
Siculi 394. a Syracuſanis ſubacti 433.
Sicyonius, intell. Canachus 368.
Silanion ſtatuarius 386.
Silenus: a Mida captus 68. ei tributa perſona ſapientiae praecepta tradentis, tanquam Bacchi nutritoris 68.
Simon Aegineta ſtatuarius 373. alius Eupalami f. ſculptor. ibid.
Siſyphus Iſthmia inſtituit 119.
Smilis ſculptor 341.
Socrates ſculptor 375. alius pictor 384.
Somis ſtatuarius 368.
Somniorum porta 133.
Somnus in tab. 28. 81. 83.
Sophiſtae nonnulla ex epigrammatibus arripuere 219 et al.
Sophiſtarum dictio et fucus notatus 161. et in omnib. pag.
Sophocles, μέλιττα. 199. ἀνθρήνιον. ibid. eius Antigone expreſſa in tabula. 150. munera accipit a Melpomene 188.
Soſtratus ſtatuarius 372. alii Soſtrati 377. 378. 386.
Statuae equeſtres Romae poſitae 442. 443. 445. pedeſtres poſitae 447. et al. in ſeqq. quae ſtatuae habitae ſint Romae pro antiquiſſimis 411. 427. circa forum ſublatae 452. Corneliae cum ſoleis ſine amento 454.
Στάζειν corr. στεγάζειν 45.
Sthenis ſtatuarius 386.

Stomius

Stomius ſtatuarius 365.
Syadras ſtatuarius 371.
Sybaris condita 410. deleta 426.
Synnoon ſtatuarius 377.
Syracuſae conditae 410.

Tabulae pictae in noſtris aedibus ſacris paſſim extantes 5. in Philoſtrato ad ſua genera reuocatae 17.
Talos 342.
Tarentum conditum 314. a Cleonymo Lac. direptum 445. deditum Romanis 448. direptum 451.
Tarquinienſes 440 et ſq.
Tectaeus ſtatuarius 363.
Telae. tab. 149.
Teleſtes pictor 384. alius eſt, qui cum Ariſtone fratre fecerat coloſſum Iovis (a Clitoriis Olympiae dedicatum: Pauſan. V, 24. p. 440.) teſtante Epigrammate in Analect. Tom. III. p. 177. CXXXVI.
Templa opera antiquiſſima aſſeruarunt 345. ex iisdem fabulae de operum antiquitate paſſim manarunt 345. 6.
Themiſtocles in aula Perſarum. tab. 152.
Theocles ſculptor 362.
Theodorus plaſtes et ſtatuarius 356. 7. 9.
Theopompus, eius θαυμάσια, e quibus fabula de Sileno apud Midam 68.
Therimachus pictor 383.
Theſſalia: Tempe in ea orta 116. muliebri figura ibid.
Thiodamas, ei aranti Hercules bouem deuorat. tab. 135.
Thynnorum piſcatio in Boſporo. in tab. 49. c. not.
Tiara vid. *Veſtitus Phrygius.*
Timanthes pictor 381.
Timarchus ſtatuarius 387
Timareta inter pictores 376.
Timocles ſtatuarius 389.
Timomachus pictor 390.
Timotheus ſculptor 380.
Tireſias in tab. Menoecei 29.
Tiſicrates ſtatuarius 387.
Turris pro domo alta 166.
Tuſcanica opera 429. 433.
Tyche Smyrnaeorum 356 (o).
Tyrrheni, a Baccho in Delphines mutati 63. qui illi fuerint 66. Pelasgi 394. eorum latrocinia 416. 422.

Valerius

Valerius Flaccus Argonaut. I, 542 ſq. illuſtr. 145.
Veientum bella cum Romanis 409 ſqq. Veii capti 437.
Venatio tab. 83. agri Calydonii 191. Venatores reduces a venatione tab. 169.
Venus arceſſit Cupidinem. tab. 177. Veneris antrum 33.
Veritas picta 81.
Veſtis in veli modum expanſa in dearum figuris 127.
Veſtitus Doricus 136. Perſicus 152. Phrygius et Thracicus 175. 178. 182. 210. 211.
Victoria alata 356 (o).
Vigenerius: eius verſio Philoſtrati et picturae caelo redditae 19.
Volſinii a Romanis capti et ſtatuae abductae 449. iidem a ſeruis oppreſſi. ibid.
Volta, monſtrum. ibid.
Vffenbachianus apparatus librorum et tabularum aere expreſſarum aut delineatarum graphide 3.
Vlyſſes pictus 107. 166.
Vmbra in pictura 71. 130.
Vmbrae, εἴδωλα, ſuper craniis caeſorum volitantes 183. not.
Vmbri 394. 404.
Vtica 400.

Xenia, tabulae duae. 89. 146.
Xenocrates ſtatuarius 387.
Xenophontis Panthia expreſſa in tab. 110.

Zancle 415. 431.
Zephyrus. in tabb. 35. 72. adſpirans cantui 36. 66.
Zeuxiades, nom. corr. 387.
Zeuxis pictor 381.
Zſchornianum legatum 5. 6 ſq.

INDEX RERVM ACADEMICARVM
IN HOC VOLVMINE QVINTO.

Anniuerſaria Georgiae Auguſtae. LIX, in ann. 1796. p. 21. — LX, 1797. p. 60. — LXI, 1798. p. 101. — LXII, 1799 p. 139. — LXIII, 1800. p. 180.

Prorectores: a. 1796. Chph. Meiners. p. 1. Car. Frid. Stäudlin. 21. — 1797. Iuſt. Frid. Runde. 39. Henr. Aug Wrisberg. 60. — 1798. Io. Godofr. Eichhorn. 77. Chph. Frid. Ammon. 101. — 1799. Io. Petr. Waldeck. 121. Henr. Aug. Wrisberg. 139. — 1800. Tho. Chr. Tychſen. 159. Theoph. Iac. Planck. 180. — 1801. Geo. Iac. Frid. Meiſter. 197.

Quaeſtiones propoſitae, et ſcripta diiudicata
I. *ab Ordine Theologorum:*

1796. De vtilitate librorum ſymbolicorum. p. 236. — 1797. De mendacio neceſſitate extorto. 252. — 1798. Delineatio hiſtoriae Pontificum noſtra aetate ſcribendae. 270. — 1799. Religionis Chriſtianae vis in vita moribusque per tria priora ſaecula conſpicua. 289. — 1800. Doctrina de reditu Meſſiae. 305. — 1801. Sententiae Patrum ante Auguſtinum de peccato originali. 324.

Argumenta ſermonum ſacrorum, qui in certamine homiletico (primum a XCV. regia munificentia indicto in a. ſequ. p. 235.) habiti ſunt:

1796. Verae de peccatorum remiſſione notionis vis ad hominum animos, ad 1 Ioh. I, 9. p. 236. — 1797. De vitanda libidine monita ex diſciplina Ieſu, ad Matth. V, 8 p. 255. — 1798. Quam vim habuerit primis ſaeculis ad Chriſtianorum pietatem doctrina de perſona Ieſu, ad Ioh. I, 14–17. p. 272. — 1799. De ſanctitate magiſtratuum ciuilium ex doctrina Chriſtiana, ad Rom. XIII, 1—4. p. 291. — 1800. Dei ſapientia et ſanctitas aſſerta in mali moralis origine et propagatione, ad Matth. XIII, 24-31. p. 307. — 1801. De certa perſuaſione exauditarum a deo precum, ad Ioh. XVI, 23. p. 326.

II. *ab Ordine Iureconſultorum:*

1796. De iure ſupremae inſpectionis. p. 239. — 1797. De inveſtitura euentuali, accedente conſenſu vaſalli. 256. — 1798. De diſtinctione inter modos tollendi obligationem ipſo iure et vi exceptionis. 272. — 1799 Legum poenalium interpretationis praecepta propria. 291. — 1800. Iura in peregrinis delinquentibus puniendis. 308 — 1801. Facultas de bonis inter viuos diſponendi, ſucceſſione vniuerſali per pactum promiſſa. 326.

III. *Ab Ordine Medicorum:*

1796. De febribus neruoſis acutis. p. 239. — 1797. De efficacia lucis in corpus humanum. 257. — 1798. Hiſtoria ſenſuum externorum

rum in claſſe animantium exſanguium. 273. — 1799. Elementa chemica corporum animalium et vegetabilium 293. — 1800. Hiſtoria et curatio febris flauae Americanae. 309. — 1801. Aeris oxygenii vis in morbos. 327.

IV. ab Ordine Philoſophorum:

1796. Hiſtoriae vrbis agrique Gottingenſis breuiarium. p. 240. — 1797. Interdicti importandarum mercium externarum emolumenta et detrimenta. 259. — 1798. Prouinciae Germaniae quae ſint, in quas populi Slavicae originis immigrauerunt. 274. *Extraordinaria:* Hiſtoria bellorum cruciatorum ex Abulfeda. 275. — 1799. Momenta moralia in religionibus Graecorum et Romanorum. 294. *Extraord.* repetita de Slavicis gentibus immigrantibus in prouincias Germaniae. 295. — 1800. De vſibus circuli et curuarum in artibus mechanicis et architectura ante Carteſium. 311. *Extraord.* Senatus Romani prudentia in mittendis legatis. 311. — 1801. Diuitiarum metallicarum eminentis affluentiae effectus. 330. *Extraord.* Reditus reipublicae Romanae ante triumphum Macedonicum. 331.

* * *

Index eorum, qui praemia tulere.

I. Ab Ordine Theologorum:

1796. Gottl. Guil. Meyer. p. 228. Acceſſit proxime ad principem locum Io. Gottfr. Brüggemann. 238. — 1797. Io. Gotth. Brüggemann. 255. Acceſſit: Io. Wilh. Raph. Fiorillo. 255. — 1798. Car. Adolph Grupe. 271. — 1799. Lud. Aug. Pätz. 291. — 1800. Io. Chr. Koken. 306. — 1801. Io. Horn. 325. Acceſſit: Henr. Dan. Andr. Sunne. 325.

Praemia qui tulere homileticis ſtudiis propoſita ſermonibus ſacris habitis:

1796. Frid. Köppen. p. 228. — 1797. Chph. Heinr. Albers. 255. Acceſſit: Aug. Ant. Lüdeke. 256. — 1798. Guil. Frid. Lehne. 272. — 1799. Io. Theoph. Krönig. 291. — 1800. Phil. Conr. Marheinecke. 307. Acceſſit: Car. Chph. Peterſohn. 307. — 1801. Nic. Henr. Ruete. 326.

II. Ab Ordine Iureconſultorum:

1796. Car. Aug. Tittmann. p. 239. — 1797. Franc. Arnold. Reiche. 257. Acceſſit: Frid. Ern. Car. Frommann. 257. — 1799. Aug. Chr. Jordan. 293. — 1800. Edmund. Büſchleb. 309. — 1801. Car. Wilh. Pätz. 327.

III. Ab Ordine Medicorum:

1797. Io. Chph. Ebermaier. p. 258. Acceſſit: Ern. Horn. 258. — 1798. Mart. Chr. Gottl. Lehmann. 274. Acceſſit: Franc. Ioſeph Schelver. 274. — 1799. Io. Lud. Jordan. 291. — 1800. Conſtant. Didier. 310. Acceſſit: Car. Henr. Parry et Aug. Henr. Ferd. Gutfeld. 310. — 1801. Ern. Henr. Guil. Münchmeyer. 330. Acceſſit: Geo. Car. Henr. Sander. 330.

IV.

IV. *Ab Ordine Philoſophorum:*

179 . Iul. Billerbeck. p. 241. — 1797. Chr. Wilh. Ioſ. Huybens. 260. Acceſſit: Io. Iac. Wagner. 260. — 1798. *Extraord.* Frid. Wilcken. 276. — 1799. Io. Aug. Briegleb. 295. Acceſſit: Car. Henr. Parry 295. Laudatus Geo Lud. Winter. 296. — 1800. Io. Henr. Maur. Poppe. 311. Acceſſit: Caſp. Frid. Renner. 311. — 1801. *Extraord.* Io. Andr. Wendel. 332. Acceſſitque Rud. Henr. Bernh. Boſſe. 332. *Alt. extraord.* Io. Conr. Dümler. 333.

* * *

Io. Steph. *Pütteri* ſacrum ſemiſaeculare muneris profeſſorii. p. 21.
Abr. Gotth. *Kaeſtneri* ſacrum ſemiſaeculare muneris profeſſorii. p. 226.

Sphalmata,

quae morari aut fallere poſſint legentem.

Pag. 6. lin. 3. del. *cum.*
— 20. lin. 23. leg. 1212 aliis 1230.
— 34 lin. 2. leg. *primitias.*
— 48. lin. 29. inſerendum εἰς ante τοὺς.
— 48. lin 36. leg ὥσπερεὶ [illegible] εἰ ἄν τι γέγραφεν.
— 49. lin. 20. τῷ ante στόματι excidit.
— 52. lin. 22. leg. ῥέονται et lin. ſeq.
— 52. lin. 31. τῷ deeſt ante περί.
— 65. lin. 15. ἐξείκασται legitur διείκασται.
— 78. lin. 28. lege *diobolaribus.*
— 106. lin. 22. leg. γῦ pro γῆ.
— 109. lin. 15. leg. *Critheis.*
— 112. lin. 30. leg. χρυσῷ γε, ὡς.
— 114. lin. 31. leg. κἂν pro κἀν.
— 125. lin. 21. deeſt τοῦ ante παιδὸς.
— 128. lin. 1. leg. 128 pro 228.
— 130. lin. 21. leg. οὑτωσί.
— 131. lin. 13. leg. *olei* pro *oleo.*
— 131 lin. 20. deeſt ἄνθος ante αἵματος.
— 153 lin. 8. deeſt τῷ ante νῷν.
— 155. lin. 23. δὴ legitur δὲ.
— 157. lin. 12. leg. πέμψον pro πέμπων.
— 165. lin. 17. deeſt οὐσίαν ante ὕλην.
— 169. lin. 31. leg. ᾄδειν pro ἄδειν.
— 205. lin. 14. leg. *ſit* pro *ſiit.*
— 211. lin. 28 leg. ᾄδοντος.
— 218. lin. 26. leg. *Huſchke.*
— 220. lin. 3. leg. *in epigrammate* pro *epigrammata.*
— 262. lin. 26. leg. *cupidiſſima.*
— 267. lin. 17. leg. *ad nos* pro *a nos.*

Monendum adhuc eſt, in certaminum Proluſionibus, inde a p. 231. ea, quae uncinis " — " incluſa ſunt, iudicum verba eſſe.

IV. *Ab Ordine Philoſophorum:*

179 . Iul. Billerbeck. p. 241. — 1797. Chr. Wilh. Ioſ. Huybens. 260. Acceſſit: Io. Iac. Wagner. 260. — 1798. *Extraord.* Frid. Wilcken. 276. — 1799. Io. Aug. Briegleb. 295. Acceſſit: Car. Henr. Parry 295. Laudatus Geo Lud. Winter. 296. — 1800. Io. Henr. Maur. Poppe. 311. Acceſſit: Caſp. Frid. Renner. 311. — 1801. *Extraord.* Io. Andr. Wendel. 332., Acceſſitque Rud. Henr. Bernh. Boſſe. 332. *Alt. extraord.* Io. Conr. Dümler. 333.

* * *

Io. Steph. *Pütteri* ſacrum ſemiſaeculare muneris profeſſorii. p. 21.
Abr. Gotth. *Kaeſtneri* ſacrum ſemiſaeculare muneris profeſſorii. p. 226.

S p h a l m a t a,

quae morari aut fallere poſſint legentem.

Pag. 6. lin. 3. del. *cum.*
— 26. lin. 23. leg. 1212 aliis 1230.
— 34 lin. 2. leg. *primitias.*
— 48. lin. 29. inſerendum εἰς ante τοὺς.
— 48. lin 36. leg ἀτοπεῖ κἀξ εἰ ἄν τι γέγραφεν.
— 49. lin. 20. τῷ ante στόματι excidit.
— 52. lin. 22. leg. ῥέοντας et lin. ſeq.
— 52. lin. 31. τῷ deeſt ante πυρί.
— 65. lin. 15. ἐξείκασται legitur διείκασται.
— 78. lin. 28. lege *diobolaribus.*
— 106. lin. 22. leg. γῦ pro γξ.
— 109. lin. 15. leg. *Critheis.*
— 112. lin. 30. leg. χρυσῷ γε, ὡς.
— 114. lin. 31. leg. κἂν pro κάν.
— 125. lin 21. deeſt τοῦ ante παιδὸς.
— 128. lin. 1. leg. 128 pro 228.
— 130. lin. 21. leg. αὐτικα.
— 131. lin. 13. leg. *olei* pro *oleo.*
— 131 lin. 20. deeſt ἄνθος ante αἵματος.
— 153 lin. 8. deeſt τῷ ante νῦν.
— 155. lin. 23. δὴ legitur δὲ.
— 157. lin. 12. leg. πέμψον pro πέμπον.
— 165. lin. 17. deeſt οὐσίαν ante ὕλην.
— 169. lin. 31. leg. ᾄδειν pro ἄδειν.
— 205. lin. 14. leg. *ſit* pro *ſiit.*
— 211. lin. 28 leg. ᾄδοντες.
— 218. lin. 26. leg. *Huſchke.*
— 220. lin. 3. leg. *in epigrammate* pro *epigrammata.*
— 262. lin. 26. leg. *cupidiſſima.*
— 267. lin. 17. leg. *ad nos* pro *a nos.*

Monendum adhuc eſt, in certaminum Proluſionibus, inde a p. 231. ea, quae uncinis " — " incluſa ſunt, iudicum verba eſſe.